DILVCIDATIONVM ET DECLAMATIONUM tropologicarum in Esaiam Prophetam, libri Quindecim tomis tribus diuisi.


Ad Augustissimum Philippum. II. Hispaniarum Regem Catholicum.

TOMVS TERTIVS.

AVTORE MICHAELE DE PALACIO GRANAtensi, & Ecclesiæ Ciuitatensi à sacris concionibus, & Salmanticensis Academiæ Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ olim professore.



SALMANTICAE.
In ædibus Dominici à Portonarijs, Cath. Maiest. Typógraphi.
M. D. LXXII.
CVM PRIVILEGIO.



DILVCIDATIO NVM ET DECLAMATIONUM tropologi. in Eſaiam Prophetam.

LIBER PRIMVS.

Dilucidatio in Caput quadrageſimum Eſaiæ.

Vaticinium cõſolatoriũ

CONSOLAMINI CONſolamini.[a]) Cap. proximo vt plęriſq; alijs cap. ſuperioribus Babylonicæ captiuitatis mẽtionem fecerat vates hic. Ne autẽ audiẽtes horrida Eſaię vaticinia deſperatiõe frangerẽtur, & ad idola animo deſperato laberentur, miſcuit more prophetico ſolatoria verba: quę velut medicamenti acerrimi quod propinauerat de abducendis in captiuitatem, aut de iam abductis acrimoniã prioris pphetiæ, nouitate poſterioris atq; dulcedine, temperaret. Diuus Thomas & aliorum interpretum turba nõ modica caput iſtud ad captiuitatem Babylonicã vt dicere cœpimus cõuertũt: & reliqua quę conſequuntur ad illam referunt conſolandam. ¶ *Loquimini* (ait) *ad cor Hieruſalem.*[b]) Ideſt loquimini illis blanda, & demulcẽtia ne abſorbeant triſtitia qui eiuſmodi ſunt. ¶ *Aduocate eam.*[c]) Ideſt illam adunate, vt diuinis ſoletur blanditijs, poſt clades turbulentas, ſtrageſq; cruentiſsimas. ¶ *Quoniam cõpleta eſt malitia eius: ſuſcepit de manu duplicia.*[d]) Numerus finitus pro infinito, id eſt, innumera ſuſcepit à Deo munera Hieroſolyma quæ illi alioqui non erant conferenda, ſecundum exigẽtiam peccatorum eius. At verò quia euangeliſtæ quædã huius. cap. verba de Ioãne Baptiſta interpretantur Matthæi 3. Marc. 1. & Lucæ. 3. illa inquã, Vox clamãtis in deſerto: parate viam Domini: propterea ad tẽpora Ieſu Chriſti huius capitis promiſſa conſolatio, referenda videtur. Ipſe enim eſt, qui conſolatur nos ĩ omni tribulatione noſtra. Nonnulli etiam, hoc idẽ colligunt ex verbis illis. *Quoniã completa eſt malitia eius.*) Cæterùm non ſufficiẽter. Siquidem etſi legamus, malitiam, certè non ad veritatem Hebraicam. Etenim dictio quã ſcripſit Eſaias, zabach, he, loco ăleph, ſignificat vtique tempus determinatum: & itidem militiam. Vnde zabbaoth, ideſt, exercituum, aut virtutum à verbo zabaa, quod militauit eſt, aut belligerauit. Id circo aut tranferẽdum erat, Completum eſt tempus illi perſcriptum, aut completa eſt militia eius. Septuaginta completa edide-

Zabach.

Zabbaoth à verbo zabaa.

Cõſolamini, cõſolamini[a] populę meus, dicit Deus veſter: loquimini ad cor Hieruſalẽ,[b] & aduocate[c] eam: quoniã completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illi[o]: ſuſcepit de manu Domini duplicia[d] pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamãtis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ĩ ſolitudine ſemitas Dei noſtri.

Septuag.interpr.aliqñ magis paraphraſtes agũt, quã interpretes.

runt eſt humilitas eius. At neſcio vnde ſic locum hunc ediderunt:vt & plæroſque alios. Quanquam ergo ſub Chriſto finem accepit peccatum, & completa eſt omnis malitia, Danielis. 9.& non ſub Iudaiſmo: at Eſaię litera nõ completam eſſe malitiam, ſed militiam habet. Id quod aptiſsimè gratiæ euangelicę congruit. Quippe Chriſtus bellis, & pugnis, finem impoſuit. Quippe Iudæos & gentes in vnam redegit eccleſiam Eſaiæ capitul. 2. Conflabunt gladios ſuos in vomeres. Et ad Epheſios. 2. vt duos condat in ſemetipſo, in vnũ nouum hominem, faciens pacem. At verò Iu

> Omnis vallis exaltabitur, [a] & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt. [b] Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, qa ſpiritus Domini ſuſflauit in eo. Verè fœnum eſt populº: exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini noſtri manet in æternum. Super mõtem excelſum

Sub Chriſto animorum pax.

dæi captiuitate Babylonica tranſacta, gentium bellis ſæpè fuerunt fracti: vt liber Machabæorum te docebit. Vnde ſub Iudaiſmo militia illius populi non fuit completa. Qui vero ad captiuitatem Babylonicam ſolandam caput hoc putant referẽdum, verba hæc, Vox clamantis in deſerto de ipſo met Eſaia interpetrantur, qui vox fuit Dei clamãtis in deſerto, ideſt per deſertas vias, quas triuerunt Iudæi à Babylone regreſsi, in Iudæam. Hoc enim ſuadebat dominus, vt populo ſuo pararẽt viam vt ſoſpites remearent in patriam. Per Cyrum, & Darium, & quod ſubdit. ¶ *Omnis vallis exaltabitur.* a) Ideſt itineris prædicti impedimenta omnia auferentur, vt Iudæis planum reddatur iter. Sunt enim impedimenta itinerum, aut profunditas vallium, aut montium ſublimitas. Et figurata locutione in gratiã Iudæorum hæc æquanda iuxta horum placitum ſignificat. Ego vero libentius euãgeliſtis ſubſcribo, proindeque ad literam de Ioanne Baptiſta locum hunc intellectũ iri puto: capitiſq; contextus totus euãgelicã ſpirat gratiam, per quam reuelata eſt gloria Domini: quæ ſub Iudaiſmo obtecta erat. Etenim teſtãte Paulo. 2. ad Corint. 3. nos vero omnes reuelata facie, gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem tranſformamur: à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu. Præter hæc quoque ſub euangelica gratia impletum eſt quod Eſaias hoc capitulo inquit futurum. ¶ *Et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt.* b) Siquidem Meſsiam (qui per ora omnium prophetarum futurum eſſe celebrabatur) omnis caro vidit. Siquidẽ apoſtoli, & diſcipuli Domini, & plærique alij Dominũ viderunt, vt. 1. Ioan. 1. docetur quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. De cæteris autẽ, qui Chriſtũ ſenſibiliter non viderunt, ſcriptũ eſt, Beati, qui nõ viderũt, & crediderunt. Maior nanq; beatitudo eſt oculis mẽtis per fidẽ Chriſtũ videre, q̃ carnalibus oculis. Quibus adde de euãgelio Eſaiã hoc in loco meminiſſe, ex preſſaq; voce euãgeliũ nominaſſe. Neq; aliubi

Euãgelium ab Eſaia ex primitur.

aliubi inſtrumẽto(ni fallor) expreſſum reperias,niſi in Naum. 1.& infra.c. 41.&hoc loco. Ait enim. ¶ *Aſcende tu,qui euangelizas Sion.&c.* [a]) Cæterum etſi ex conſolatione captiuitatis Babylonicæ occaſionẽ deſumpſerit, vt caput ordiatur verbo hoc. *Cõſolamini cõſolamini*(dicẽs) *populeus meus.*) Verũ prophetico more ex terrena cõſolatione,ad cœleſtem,per Chriſtum exhibendam, rapitur, vt illam perennem præmonſtret. Etenim quæuis alia cõſolatio,huic collata afflictio eſt.Sũt enim ſeculi cõſolationes oneroſæ. Iob.16. Conſolatores oneroſi omnes vos.Nã extrema gaudij luctus occupat. Per Chriſtũ autem abũdat conſolatio noſtra.2.ad Corint. 1.Dedit enim ipſe conſolationẽ æternam.2.ad Theſſa.2. Chaldæus paraphraſtes ſubaudit,O prophetę cõſolamini,cõſolamini populũ meum.Et ſermo hic conſolatorius ad cap.49.vſque durat. Eſt autẽ hoc prędicatorum,& pręlatorum munus fidelem populum conſolari. Vos,ait Paulus,qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite,in ſpiritu lenitatis, &. 1.ad Theſſalo. 5. Rogamus autem vos fratres corripite inquietos,conſolamini puſillanimes.Et ipſe quoque dominus corporali ſua præſentia illuſtrans orbem, hanc ipſam conſolationem(quam per prophetas ſuos ſe donatũ promiſſerat) per ſemetipſum exhibet dicens, Tollite iugum meum ſuper vos & inuenietis requiẽ animabus veſtris:& rurſum, Venite ad me omnes qui laboratis,& egeni eſtis,& ego reficiam vos.Et aſcenſurus iam ad Patrem,Expedit,inquit, vobis, vt ego vadã:ſi enim nõ abiero Paracletus nõveniet ad vos.Expedit,ait vobis,nõ mihi. Nihil enim aut glorię aut gratiæ Chriſto accreuit poſt aſcenſum in cœlum:quã quam decentiſsimum erat, vt corpus glorioſum ſuum ſideribus inferretur:quippe cœleſtis locus, corpori cœleſti congruebat.At expediebat Apoſtolis, expediebat diſcipulis,vt illò ſe referret dominus:vt Paracletum,ideſt conſolatorem ſpiritum, in de dimitteret,qui cõſolaretẽ fideles in omni tribulatione:ita,vt alios quoque conſolari poſsint.2.ad Corint.1. Nam multæ tribulationes iuſtorũ: & ab omnibus illis eripuit eos domin⁹. Aequũ ſanè eſt vt ſub tanto conſolatore omnis mœror ceſſet,lachrymæque fidelium reſiccentur, nempe vt ſpectantium beatam ſpem:& aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Vt ergo hãc conſolationem fideles capiant Eſaias ait. *Loquimini ad cor Hieruſalem: & aduocate eam.*) Eſt autem Hebraiſmus Hiero. teſtẽte. Perinde enim eſt loquimini ad cor atq; ſi dixiſſet loquimini verba bona,& conſolatoria, Zachariæ. 1. Et ſub typo Hieruſalem eccleſiam militantem Eſaias aduocat: imo per Apoſtolos Chriſtus & diſcipulos,illã ad ſe aduocauit & cõgregauit. Exi inquit,cito in plateas,& vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc,Lucæ. 14. Paſtoris nanque eſt,greges ſuos congregare,& ducis militens, & patris filios, & domini ſeruos. Et demum Chriſti,qui verus paſtor,dux verus,pater æternus,dominus ſupremus eſt, ad ſe homines fideles aggregare. Vt ipſe docuit. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.Eſt autem conſolatio, hæc per Chriſtum nobis præſtita. Quippe cõpleta eſt malitia noſtra,dimiſſa ſunt peccata noſtra:gratificati ſumus in dilecto filio Dei: qui conſedere nos fecit in cœleſtibus. Vnde Magdalenæ,inqt, Dimiſſa ſunt ei peccata multa,quia dilexit multum? Lucæ capitulo.7.& paralitico ait,Dimittuntur tibi peccata tua. Notat autem Hieronymus, aliud eſſe dimittere aliud ſoluere peccata:excellentiuſq; eſſe dimittere,quã ſoluere. Soluuntur enim per condignam ſatiſ

Aſcende tu qui euãgelizas Siõ: [a] exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem: exalta,noli timere.

Pſal.33.

Ad Titũ.2.

Quid ſit loquimini ad cor Hebręis

Ioã.12.&.8

Ephe.1.

Ephe.2.

Mar.2.

Dimittere peccata & ſoluere non idem.

Chriſtus verus eſt conſolator.

Matth.11.

Ioan.16.

satisfactione: dimittuntur autē gratis. Dñs ergo Iesus Christus apud nos cum egisset, dimisit peccata gratis. Nō enim Magdalenæ quicquā satisfactionis iniunctū à Domino legimus, aut paralitico, aut cuiuis alteri, vt adulteræ. At apostolos in tanto munere obeundo, vicarios sibi creans, solūedi illis peccata iniunxit officiū. Quod, cunque, ait Petro, ligaueris super terram erit ligatum in cœlis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum in cœlis. Matthæi. 16. &. 18. omnibus dicit Apostolis, Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis super terrā, erūt soluta & in cœlo. Etenim ecclesiæ sacerdotibus ligandi peccata, & soluendi munus cōcessum est. vt ministris & fidelibus dispensatoribus. Quare vt satisfactionem iniungant peccatis aptam oportet, quando ad soluenda se accingunt peccata. Condigna enim satisfactio ab illis imposita sub clanculari confessione à flammis purgatorijs absoluit. Vt verè dictum putes, quæcunque solueritis (per dignam, subaudi, peccatorum castigationem) super terram, hæc in cœlis etiam soluentur. Per internum igitur animi dolorem Deus iniquitates nostras dimittit, qui solus dimittere poterit. Nanq; solus est dans gratiam, & gloriam. At vero ministri Dei qui tanto præsunt muneri expiandis videlicet peccatis soluunt sanè peccata ex quibus alligat nos Satanas: nanque salubres pœnitentias iniungēres, peccata soluunt. Compleuit igitur Christus humani generis malitiam, & dimisit iniquitatem donans nobis gratis peccata nostra, ad Colloss. 2. Quanquam me latet si hæc Hierony. adnotatio sit inuiolata in scriptura, siquidem Ioan. 20. traditur apostolis potestas remittendi peccata & remittere est dimittere. Tametsi ex autoritate Christus solus dimittit. Nam gesta apostolica referunt Petrum de Christo testatum fuisse. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent: remissionem peccatorum accipere per nomen eius: omnes qui credunt in eum. Insultat tamen hæreticus si nostra iniquitas dimissa est, & completa est iam malitia nostra, quia gratis dimissa conteſtante Paulo, qui ait, Donans vobis delicta (nam donare est gratis dare) quid ergo satisfactiones ieiunorum, aut aliarum macerationum iniungere opus facto erit? At si prædicta non surda & valde impia aure pertrāsiissent, nō ita impudenter debaccharentur vt debaccham tur, etenim si peccata à sacerdotibus diuina autoritate soluuntur, necessarium est si solutio debiti est, vt pretio exhibito celebretur. Alioqui solutio non esset, sed gratiosa potius donatio. Porrò tametsi pro dimissione culpæ homo soluendo non sit, at pro expiatione pœnæ soluendo est: siquidem Deus gratis iustificat. Nāque etsi contritio necessaria est, hanc tamen Deus elargitur libero nostro cooperante arbitrio. Et nisi ipse excitasset ad veram pœnitentiam, homo ad gratiam non restauraretur. Quod verò ipse excitet, etiam si in nobis fiat, cæterum nulla sunt in nobis merita vnde fiat: sed potius vnde non fieret, nisi diuina benignitas munificentissima esset, quæ peccatores ad pœnitentiam vocat. Verum iustificato iam homine per internam contritionem, potens est deo pro modulo humano facere satis: cui alioqui nihil est satis. Quam obrem dixi dudum hominem esse soluendo pro expiatione pœnę: non tamen culpę. Fortasis occinet mihi quispiam, Sacerdos est qui soluit peccata, non pœnitens ipse sacerdotis igitur erat pretium satisfactionis exhibere, non pœnitentis. At si pœnitens non soluit, soluitur tamen à peccato. Pœnæ ergo solutione hac, vt fidelis fruatur, castigationibus carnis, & eleemosynis, & id genus alijs pœnitentiarijs operibus incumbat est necesse, vt prorsus piacula culpæ & pœnæ abstergat. Alioqui post mortem absterſurus modo, supremum Deo gratus clauserit diem. Quodsi adhuc mecum cō tendis pretium sanguinis Christi satis esse quod offeratur, vt simus soluendo Deo,

& pa-

Lucæ. 7. Mar. 2. Ioan. 8.

Satisfactionis opera iniungenda.

1. Cor. 3.

Christus dimisit humani generis malitiam.

Acto. 10.

Soluitur hæreticorum calumnia obiectio.

Homo etsi non expiatione culpæ soluendo nō sit, est tamē soluendo pro expiatione pœnæ post qui i gratus Deo est.

Insultes hæreticorũ huius æui retũditur.

& patri(id quod nobis insultant hæretici) dixerim vtique satis,paruulis esse,qui fonte baptismatis proluuntur?Istis planè satis &plusquam satis sanguis Iesu Christi:quo tinguntur ex aqua baptismi perfusi. Siquidem qui aliena inquinantur culpa ex qua quoq; propriam contraxerunt, nimirum si aliena quoque purificentur iustificatione à qua propriam accipiunt iustitiam: vt nos abundè diximus in declamatione de conceptione Deiparæ Virginis. At verò de adultis,qui proprijs se fœdauerunt maculis, siue propria sui arbitrij autoritate se inseruerunt doloribus multis:non eadem habenda ratio est,quę de paruulis. Aequũ nanque est, vt qui operam suam impenderunt perpetrandis facinoribus multis,eandem quoque impendant eisdem expiandis,iuxta Pauli documentum. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immũtiæ, & iniquitati,ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, &c. De qua re vberior non est transigendus sermo. Plura enim qui volet legat declamationem tropolo. ad caput Esaiæ. 4. *Suscepit.*) Locus hic variam admittit expositionem. Etenim & vsurpari valet in bonum,& in malum: siquidẽ si de supplicio peccatorum vertatur sermo, apertum est quid velit duplas recepturos peccatores pœnas,pro peccatis suis. Non tamen crassa minerua hæc intelligas oportet, Deum plus torquere quam homo sit in culpa:siquidem minus torquet, qui citra condignum torquet. At hebraismus est, vt supplicij magnitudinem exaggeret, sub vocibus istis duplum aut septuplum, proferre sermonem. Leuit. 26. Addam ad plagas vestras septuplum. At si non iudicabit Deus bis in id ipsum,neq; consurget duplex tribulatio Naum. 1. vt ergo septuplices addet Deus plagas, nisi vt acerbitas pœnæ à peccatis nos deterreat?Hac phrasi scriptura loquitur? At vero vt sensus iste prioribus verbis huius capitis consentiat non video. Quãdoquidem non de supplicio peccatorum agebatur, quando Esaias aiebat. *Dimissa est iniquitas illius.*) Et continuo subiecit. *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.*) Cõsolatoria verba igitur hæc sunt non afflictatoria. Sunt enim illa verba,quę loquuntur ad cor Hierusalem. Quæ sunt ad demulcendum, nõ ad deterrẽdum. Suscipere autem duplicia de manu domini pro omnibus peccatis, illud est, quod Lucas scripsit, Dabit in sinũ vestrum mensuram bonam, coagitatam, & superfluentem. Et euangelica gratia nõ ad duplum se coarctat, sed ad centuplum se dilatat. Centuplum,inquit,accipietis,& vitam æternam possidebitis. Neq; te moretur quominus hęc recipias,quia pro omnibus peccatis, inquit, duplicia esse recipienda. Quasi verò, quia homo peccat multo prẽmio sit afficiendus:id quod ipsa præseferunt verba. Qui sensus longè à nobis absit. Nõ enim peccatum esse causam dupli præmij significat. Imo qui ob multitudinem peccatorum indigni erãt qui donarentur venia,donata illis venia ad maiores prouehuntur glorias, quam pro ratione meritorum erant prouehendi. Quare primo dixit. *Dimissa est iniquitas eius.*) Illico adijciens. *Suscepit de manu Domini duplicia.*) Idest, maior erit gloriæ retributio, quam sanctorum labor. Id quod scholastici Theologi celebratissimum habent axioma, Deum punire citra condignum, præmiare vero vltra condignum. Istud igitur est suscipere de manu Domini duplicia:finitus numerus pro infinito. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur 2. ad Corinth. 4. Et ex Theologorum numero quidam non indigni,qui in albo doctorum referantur hunc locum vsurpant, quo probẽt resurgentem à peccato ad maiorem gratiam & gloriam resurgere: neque plurimum extra rem agunt hæc colligentes. De qua re alibi diximus. *Vox clamantis.*)Proposuerat hactenus, quam largifluus sit diuinæ misericordiæ latex qui iniurias peccatorum obliuiscens,pœnitẽ-

Rom. 6.

Lucæ. 6. Matth. 19.

Deus punit citra cõdignum & prẽmiat vltra condignum.

tes blãdo ſuſcipit cõplexu vt ſæpè ad maiora illos gratiarũ incremẽta promoueat, q̃ innocẽtes. Qui alioq̃ peccatis nõ ſe adeò cruẽtauerũt. Et gẽtilẽ populum, qui à veritate Dei toto errauerat cœlo, ad prẽclaria lõge euexit Deus munera, q̃ Hebræum populũ, qui portauerat põdus diei, & ẽſt⁹. ſiquidẽ legẽ illã veterẽ ponderoſam, & cẽremonijs grauiſsimis onuſtã tulit. At gentilitas pro omnibus peccatis ſuis, duplicia ſuſcepit de manu Domini, Hebræo populo repulſo. Et Publicani & peccatores introierũt in regnũ Dei, ideſt ad vnitatẽ fidelitũ. Hi autẽ qui iactabãt Dei iuſtitiã, vt Iudæi, à iuſtitia extorres fuerũt: vt Paulus ſæpè cõmemorat. Romanis nanq̃; ſcribens c. 8. Gentes, inquit, quę nõ ſectabãtur iuſtitiã, apprehenderũt iuſtitiã, iuſtitiam autẽ, quæ ex fide eſt: Iſrael vero ſectãdo legem iuſtitiæ, in legẽ iuſtitiæ non peruenit. Et dominus, Multi, inquit, venient ab oriẽte, & occidente, & recũbent cũ Deo Abrahã & Deo Iſaac, &c. filij autẽ regni eijciẽtur foras. Vt verè dixeris eccleſiam ſuſcepiſſe de manu domini duplicia ꝓ omnibus peccatis ſuis. Inueniasquoque peccatores qui tametſi in profundũ peccatorũ delapſi erãt, feruidiſsima tamẽ pœnitẽtia ſe abſtergẽtes, ad maiora ſanctitatis culmina peruenerunt, quã hi qui incorruptæ vitæ cenſebant. Sũt tibi Paulus, Petrus, Matthæus, & innumeri alij prõptiſsima huius rei exempla. Ineffabilis ergo hæc Dei magnificẽtia quia nõ erat ſilẽtio prętereũda, propterea illius proclamatorẽ Ioannẽ Baptiſtam futurũ denotans Eſaias, Vox clamãtis, ait, in deſerto. Et verè ꝓclamauit in deſerto, Pœnitẽtiã agite: appropinquauit enim regnũ cœlorũ. Erat enim Ioãnes in deſerto prędicans baptiſmũ pœnitẽtię, in remiſsionẽ peccatorũ Lucę. 3. & rurſum, Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Erat ſanè clamãs in deſerto: & quia locus ſuæ prædicationis ſolitudo quædã erat, quã Ioãnes colebat: & quia hi, quibus prædicabat deſerta gerebãt diuina gra corda. Et quãquã apoſtoli cæteriq̃ue, per quos propagata eſt Chriana religio, etiã voces ſunt clamãtes in deſertis, cæterũ qa mun⁹ prouocãdi ad Chriſtũ populos primũ in Ioãne Baptiſta fulſit, qui ante oẽs dixit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi, hac cauſa Eſaię verbũ in Ioãnẽ euãgeliſtæ cõmodè retulerunt. *Parate viam Domini.*) Ecce quid clamat vox hæc, vt paremus viã dño. Quaſi dixiſſet, Expurgatẽ lapidibus, & luto viã, per q̃ dñs venturus eſt, repurgate animos vr̃os à deſiderijs carnalibus (quæ militant aduerſus animã) vt veniat ad vos Chriſt⁹. Vocat aũt ſolitudinẽ animum ſterilẽ & incultũ à verbo Dei. Et verè ſolitudo erant phariſæi illi & ſcribæ, q̃bus Ioãnes aiebat, Genimina viperarũ, quis vobis demõſtrabit fugere â vẽtura ira. Facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ. Per valles aũt & montes, humiles homines & ſuperbos ſubintelligе. Humiles ergo exaltati ſunt per Chriſtũ, ſuperbi aũt depreſsi. Diſperſit nãq̃; ſuperbos mẽte cordis ſui, & exaltauit humiles, vt beata virgo ſuo celebrauit cantico. An nõ exaltauit apoſtolos, quos principes cõſtituit ſuper omnẽ terrã, & Phariſæos, & tumẽtes ex ſciẽtia legis ſcribas depreſſit? Eodẽ quoq̃; cõcinit, quod ait, Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Vide aũt vt clamãte Ioãne valles exaltanẽ, & mõtes deprimunẽ. Nã turbæ denarrãte Luca. c. 3. venerũt ad Ioannẽ, & publicani vt baptizarenẽ, & dixerũt ad illũ, Magiſter q̃d faciemus. Et tandẽ interrogabãt eũ & milites dicẽtes, Quid faciem⁹ & nos? Quibus oĩbus pro ſtatus ſingulorũ rõne, neceſſaria ad vitã cõſequendã æternã reſpõdit. Habẽda nãq̃; eſt in primis ſtatus rõ, vt documéta ſalubria ſecũdũ vniuſcuiuſq̃; qualitatẽ donẽtur? Nõ emñ omnia poſſumus oẽs. Turbis ergo, Qui habet duas tunicas (dicebat) det nõ habẽti, publicanis vero nihil amplius q̃ quod cõſtitutũ eſt vobis faciatis. Militib⁹ tãdẽ ait neminẽ cõcutiatis, neq̃; calũniã faciatis: & cõtenti ſtote ſtipẽdijs vr̃is. En tibi vt vox hæc parat viã dñi: en vt valles exaltantur, à dñi præcurſore exaltandæ multo ſublimius ab ipſo domi-

Eccleſia Ieſu Chriſti ꝓ omnib⁹ peccatis ſuis recepit duplicia.

Vt paranda via eſt dño.

Luce. 1.

Pſal. 44.

Ratio cuiuſlibet habenda vt proſtatu & portione ſua monẽta denturſalutis.

no, Lucæ. 7. Omnis populus audiens, & publicani, iuſtificauerunt Deum: baptizati baptiſmo Ioãnis. At verò Phariſæorum depreſsionem Matthæus te docebit cap. 21. Venit Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicũt dæmonium habet, & Lucæ. 7. Phariſæi & legis periti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos: non baptizati ab eo, ideſt Ioanne. Fuerunt quoque ſub euangelica gratia praua in directa, & aſpera in vias planas. Etenim qui prius ſtudebant prauis, dederunt poſtmodum operam rectis: & qui prę excelſi ſecularibus dignitatibus erant, quaſi prærupti montes, verſi ſunt in planitiem, euangelio obediẽtes, & reuelata eſt gloria domini. Etenim Luce. 2. Chriſto nato ſecundum carnem ex Maria virgine, angeli ſplẽdore ſuæ claritatis profundas noctis tenebras depellentes vocibus altiſonis gloriam Domini reuelant. Annuntio inquit vobis magnum gaudiũ: quia natus eſt vobis ſaluator &c. Et paucis elapſis diebus ſtella inſolita in cœlo coruſcans Magos deducens in præſepium, reuelauit gloriam Domini, ſi non voce, opere tamen. Quia apertis theſauris ſuis, pueri recens nati diuinitatem ſunt profeſsi. Et vox poſthæc Patris de ſublimi ſonans, filij gloriam rurſum demonſtrat. Hic eſt filius meus, ait, dilectus in quo mihi complacui. Et ſurgens à mortuis, & ſub ipſa ſua morte, reuelata eſt & patefacta gloria Ieſu Chriſti. Moriente enim cœlum, & terra Domino ſuo compatiuntur, & reſurgente cœli, & terra lætantur. Terra quidem, quia terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum (qui dormierant) ſurrexerunt Matth. 27. Cœli verò: angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur Matthæi 28: & demum hanc gloriam domini apoſtoli reuelauerunt. In omnem enim terram exiuit ſonus eorum Pſal. 18. & ad Roma. 10. *Et videbit omnis caro.*) Cuius ſenſum iam ſupra aperuimus. Totum

Matth. 2.

Matth. 3.

porrò hominẽ carnem vocat. Quæ cum infirma ſit & mortalis, ex infirma & mortali parte, ſe ipſum homo conſiderans, ſupercilium & faſtum ſuum deprimat: vt pauo, qui pedum inſpecta fœditate, plumei circuli, quem cauda gerit, gloriam deponit. Collatio ex pauone.

Quod verò ait, *Omnis caro pariter videbit*, in finali iudicio ita erit. Chriſtus eñ toti orbi conſpicuus erit: vt in declamatione de finali iudicio, affatim diſſeruimus ad cap. 24. Interim autem etſi nõ videtur in omnem tamen terram euangelica notitia diffuſa eſt. *Vox dicentis.* Vox hæc inſpiratio eſt diuina, quæ Eſaiam iubet, vt diuina, quæ recenſuerat myſteria non ſupprimat ſilentio, ſed alta voce illa proclamet. Et quid proclamandum ſit continuò ſubiecit. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, vt flos fœni.* Id eſt humana natura tanquàm fœnum eſt, quod hodie extat, & cras in clibanũ mittitur. Et omnis gloria eius, id eſt, quicquid pulchritudinis, & honoris eſt humanæ naturæ hærens, & illam ornãs, vt flos fœni deciduus eſt. vt Iacobus ait, Arefecit fœnũ & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita diues in itineribus ſuis marceſcet. Et Paul. 1. ad Cor. 7. egregiè hæc expoſuit. Hoc itaq; dico fratres tẽpus breue eſt, reliquũ eſt, vt q̃ habent vxores tanq̃ non habẽtes ſint &c. Mirat̃ ergo Eſaias Dei bonitatẽ, quæ non deſpexerit humanã fragilitatẽ: ſed adeò illam iuuit vt verbũ caro fieret, vt q̃ fœnũ erãt, & flores marceſcẽtes filij Dei conſtituerent̃. Q̃d ſi filij, & hæredes: hęredes q̃dẽ Dei, cohæredes aũt Chri. Exiccatũ aũt eſt fœnũ, & decidit flos eius: qa ſpũs dñi ſufflauit in eũ. Ideſt inſtar fœni & graminis, quæ vento afflata & vredine percuſſa areſcunt, humanũ genus eſt, q̃d mortis tyrãnide percuſſum, neceſſario perit. Spiritus eñ nonnunq̃ in ſcripturis ventũ ſignificat, vt alibi diximus. Niſi velis humanũ genus Deo permittente, in primo homine exaruiſſe totum, Deo iuſtum ferente iudicium illud, Puluis es, & in pulueꝛẽ reuerteris: verbum autem domini manet in

Matth. 6.

Iacobi. 1.

1. Petri. 1.

Ioan. 12.

Roma. 8.

Geneſ. 3.

net in æternum. Nam quæ dominus per ſuos prophetas prædixit etiam ſi vniuerſa labant, ipſa tamen labi non poſſunt. Quia apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant Matth. 5. *Super montem.*) Hieronymus legit non tu qui euangelizas, ſed tu quæ euãgelizas Sion, vt ſermo habeat cum Siõ monte. Illiq; iniungitur, euãgelizãdi munus: non quia mõtis ſit euãgelizare, ſed tropica locutione cõtinẽs vſurpatur pro contento. Idcirco apoſtolis & diſcipulis domini qui inibi acceperunt Spiritum ſanctum, prædicatio cõcreditur hoc loco. Quanquam in editione Hieronymi, quæ fertur in Biblijs Hiſpaniẽſibus non quæ, ſed, qui, legitur: vt & Septuagin ta legũt. Sed intereſt nihil ſi ſubaudiamus tu ô mons Sion, qui euangelizas. Nam ex Sion exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem. *Exalta, noli timere.*) Ideſt exal ta vocem tuam: ſiue exaltate ô apoſtoli voces veſtras. Parum eñ refert ſublimes aſcendiſſe montes euangelizandi gratia, ſi ſupreſſa voce id agatur. Exaltate igitur voces veſtras ô Chriſti apoſtoli, & quæ audiuiſtis clanculum à magiſtro cœleſti Chriſto, Prædicate ſuper tecta. Nihil terreami ni ab his, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt. Quæ omnia ſuo gradu ad cæteros Chriſtianæ religionis proclamatores deſcendunt: quibus etiam congruit verbum hoc, Exaltate voces veſtras, nolite timere. Et rurſum, Nolite aſſentari. Ex timore nanque aſſentatio nonnunquam procedit. Neque tamen propterea me putes linguaces, & præcipites amare prædicatores, qui veluti inſania perciti, quicquid in buccas venerit, in plebes effundunt. Magnificũ enim arbitrant, ſi plebecula illos audaces, & impauidos eſſe iactauerit. Atqui memini ſapientẽ dixiſſe, vbi nõ eſt auditus ne effundas ſermonem. Quapropter ſi odium auditorũ probabilius timetur, quam correctio ſperat, nõ eſt opportuna acerba prędicatio: ſed in eo tpe prudens tacebit, vt propheta admonet Amos. 5. ¶ *Dic*[a].) En tibi, quid euãgelizãdum eſt, Deum videlicet in fortitudine venturũ. At qualis eſt hæc fortitudo, ſi quidẽ qui in carne mortali in mundũ venit, vt in fortitudine venit? Vtique in fortitudine venit: qa quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus. Quia carne aſſumpta ſpoliauit principatus & poteſtates, & traduxit confidẽter palàm triũphans illos in ſemetipſo. ad Colo. c. 2. ¶ *Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo*[b].) Id eſt in manu habebit Deus mercedẽ, qñ iudicare venerit: quã vnicuiq; iuxta opera ſua retribuet. Hoc eſt qđ ait, *Et opus eius corã illo.*) Vocat eñ opus, operis mercedẽ. Chriſtus autẽ verus paſtor eſt (Ioannis 10.) qui iuſtos auget ad maiorẽ iuſtitiam: & peccatores ad pœnitentiam trahit. Quos omnes per gregem, & agnos ſubinſinuat. Inſtar huius paſtoris, vt paſtoralia ſua munera moderentur oportet eccleſiarum epiſcopi, vt gregem ſuum paſcant, & in brachio ſuo congregẽt agnos, & in ſinu ſuo leuẽt: fœtasq; portent. Id quod Paulus expoſuit. 1. ad Theſſa. cap. 5. Conſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad oẽs. Chr̃s annuat, vt qđ verbis diuinis admonẽt plebes vt faciãt, ipſi quoq; opere pręſtẽt: vt agnos leuẽt, & fœtas portent. Sũt aũt fœtę diuini verbi p̃dicatores, quorũ eſt Deo parere filios. Qui ſanè portãdi, ſunt à prælatis, nõ diuexandi, fouẽdi,

Dic[a] ciuitatibus Iudę, Ecce Deus veſter: ecce dñs Deus ĩ fortitudine veniet, & brachiũ eius dñabitur: ecce, merces eius cum eo, & opus illius corã illo[b]. Sicut paſtor gregem ſuũ paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Quis menſus eſt pugillo aquas, &

Eccleſ. 32.

1. Corin. 1.

Prælati quales.

Matth. 10.

Prædicatores diuini verbi quales.

non deterrendi. Iſtis enim eccleſiaſtica ſunt diſtribuenda beneficia quippe, quibus miniſterium verbi iniunctum eſt. Et duplici honore digni ſunt, hoc eſt, verẽdi ſunt, & alendi, quia laborant verbo, & doctrina. At non portantur hæ myſticæ fœtæ, imo reijciuntur (vtinam non ſæpiſsimè) à præbendis, & eccleſiaſticis beneficijs, & non fœtis, ſed ſterilibus & incultis indoctiſsimis videlicet hoĩbus cõferunt, quos ſubnotans Salomon Prouerbiorum 26. Sicut q lapidem in aceruum, ait, mittit Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem hoc eſt vt aceruus lapidum, qui limes eſt itinerũ (hunc enim Mercurij aceruum nũcupat) creſcit ex lapide iniecto, ita inſipiẽtis ſtultitia ſi prouehatur ad honores in creſcit. Et quanquã ſacra proclamant concilia, vt fœtæ iſtæ ferant, & honore eccleſiaſtico proſequant: ea tñ eſt nri ſeculi calamitas, vt iuribus antiquis, antiquitas noceat, & nouis iuribus nouæ excogitentur fraudes, vt prę uaricent nonnunq̃ ij, quorũ intererat ſeruare ſanctas eccleſiaſtici iuris conſtitutiones, & ad famulos, aut amicos, aut cõſanguineos torqueãt, quæ ad fœtas hasportandas iure erant defereda. Sed de his hactenus. Nã qui eiuſmodi ſunt ſi non portãt fœtas, iudiciũ Dei portabunt. Tu interim aduerte elidendũ errorẽ Saturnini, & Martionis ex hoc loco Eſaiæ. Illi em inſaniẽtes aliũ eſſe Deũ euangelij, aliũ legis Moſaicæ crediderũt, illũ benignum, hunc ferocẽ affirmãtes eſſe. At verò eundẽ ipſum quẽ dixerat Deũ venturũ in fortitudine, cuius merces cũ eo, & opus corã ipſo, ipſum eundẽ docet inſtar paſtoris paſturũ gregem ſuũ, & agnos leuaturũ in ſinũ &c. Eſt igitur iudex Chriſtus vt retribuat, & paſtor vt paſcat. Illud iuſtitię eſt nomẽ, hoc vero clementiæ, & charitatis eſt nomenclatio. Lege Euſeb. li. 4. de hiſt. eccle. De facultate autẽ diuini verbi quãta ea ſit, petẽda tibi eſt noſtra de eadem re ad cap. 30. declamatio. *Quis.*)

Prædicatores ſunt fonendi à prælatis. 1. Timo. 5.

Saturninus, & Martionæ retici elidũtur.

> cœlos palmo põderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ[a], & librauit ĩ pondere mõtes, & colles in ſtatera? Quis adiuuit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Cũ quo inijt cõſiliũ, & inſtruxit

Diuinam ſapientiã & potentiã demonſtrat. Quæ immẽſis in mũdi exordio aquarũ gurgitibus aprisſimum fecerũt locũ. Quaſi primũ mẽſa eas fuiſſẽt, & pugillo illas libraſsẽt. earũq; immenſã vim exploratã prius habuiſſent: & veluti palmo cœlos põderarũt. Eſt autẽ palmus geometrarũ breuiſsima mẽſura. Significat autẽ cœlos exactiſsima menſura à Deo fabrefactos fuiſſe. Rurſum tertio quærit, *Quis appendit tribus digitis molem terræ[a].*) Sunt autẽ interrogationes hæc alibi ſcripturis etiã familiares. In lib. nanq; Iob 38. Quis poſuit, ait, menſuras eius ſi noſti? vel qs tetẽdit ſuper eã lineã? ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt? & ca. 16. Diuinã ſapientiã, & potentiã admirans, inquit, Qui extendit Aquilonẽ ſuperuacuũ, & appendit terrã ſuper nihilum: in fortitudine illius repente maria congregata ſunt. Et Salomonis prouerbia ca. 8. quã libratiſsimè & ornatiſsimè Deus vniuerſa cõdiderit luculẽter denarrãt qñ prę parabat cœlos aderam (loquit̃ diuina ſapientia) qñ certa lege, & gyro vallabat abyſſos. Et philoſophorũ ingenia ſe ſatis triuerũt ſup interrogatiõibꝰ iſtis, đ cœlo, mari, & terra, mẽſuras, & cauſas ſtabilitatis horũ inq rẽtes. Quorũ inq ſitiões p̃termiſit Eſaias. Satis em eſt dixiſſe autorẽ horũ ſapientiſsimũ, & potẽtiſsimũ eſſe, q extendit cœlũ ſicut pellẽ, & poſuit arenã mari terminũ, & fundauit terrã ſuper ſtabilitatẽ ſuam. Hoc certius eſt omni philoſophica ratione. Cæterùm mare in ſuo loco perſiſtit, quippè aquæ elementũ aptam ſibi habet ſedem, vt cætera ſingula elementa:

Diuinæ ſapientiæ laudes.

Iob. 9.

Pſalm. 103

Ierem. 5.

elementa: in quibus quiescunt. Est autem
Psal. 103. terræ sedes infimus mundi locus (quē philosophi medium mūdi vocant). Aquæ verò locus est superferri terræ (qui locus mari est) vt aeri superferri aquis, & ignis superferri elementis cunctis, concauoq; cœlesti contiguitate vniri. Per tres digitos verò personarum Trinitatem glossa interlinealis intellexit, aut per tres digitos tria illa attributa diuina, potentiam, sapiētiam, & bonitatem, intelligere licebit. Quibus digitis non solùm terra appēditur: sed vniuersa. Atqui per tres digitos ternariam terræ mensuram, & longitudinem, & latitudinem, & profunditatem mallem intelligere. Quasi diceret, Quis terræ longitudinem appendit? quis latum eius aut profundum dimensum mensurabit? Quòd si nullus est, qui exactissimè terræ, quā vestigijs calcamus nris ad æquilibre dimensa hæc dimensus fuerit, vt cæterorum absolutam poterimus habere notitiam? *Quis adiuuit.* Quasi dicat nemo. Vniuersa enim incōprehensibili dispositiōe cōdidit Deus, citra consiliarij, consultationem, citraque cooperarij operam. Nam ipse solus omniscius atque omnipotens est. Quibus concinit Iob. 26. Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam? cuius adiutor es? nunquid imbecillis? irrisoriè subsanans eos, qui Deum adiuuandum opera, aut consilio putant. Horum insania etiam Platonem egit putantem Deum angelos habuisse cooperarios, in mūdi fabrica. Et Sapien. 9. Quæ in cœlis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuū quis sciet? nisi tu dederis sapientiam? Paulus apost. hunc quoq; locum indicat mutatis verbis, & retento sensu. Nam Romanis scribēs, Quis enim cognouit, ait, sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? &. 1. ad Corint. cap. 2. quis cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum? Esaias verò, Quis adiuuit spiritum domini, ait? aut quis consiliarius eius fuit? Et egregia vtens repetitione idem cum Paulo sapit: etsi Paulus rem breuiculo comprehendit sermone. Vocat autem semitam iustitiæ totius orbis æquabilissimam dispositionem. Etenim innumeras Deus creans naturas, vnicuique illarum vires concessit, operationes, & locum, secundum propriæ naturæ gradum. Spiritibus enim angelicis facultatē, & operationem angelicā donauit, vt supra tempus essent, & æuo suas moderarentur functiōes, citraq; discursum, & velint & intelligant, sensibilibus non egeant, vt suam indenanciscātur intelligentiam, sed per species inditas à Deo intelligant vniuersum naturæ ordinem. Et secundum hanc rationem cætera, quæ ad angelos spectant tu intelligito. Cœlos quoque lumine, & influētia vitali, quæ inferiora omnia viuificant, ornauit. Elementa quoque in proprijs locauit sedibus: propriasque qualitates naturæ singulorum germanissimas distribuit. Secundum quas & mixta moderantur, vt quædam à medio ferantur, vt leuia, quæ à centro terræ in sublimè feruntur, alia vero ad ipsum mundi medium labuntur, vt grauia. Cœlestia verò corpora circa medium mundi circumaguntur. Nemine ergo docēte hanc semitam iustitiæ, ipse per semetipsum Deus nouit. Forsitan hæsitat mecū aliquis, Quid ergo est quod Paulus 1. ad Corinth. 3. Apostolos coadiutores Dei nominat? Quare ergo dicet aliquis est putandum incommodum esse si angelos dixerit aliquis, coadiutores fuisse Dei in mundi fabrica? Obserua autē, aliud esse de mundi fabrica, aliud verò de humana iustificatione, Etenim si quando mundus à Deo condebatur, angelos habuisset cooperatores, humana infirmitas angelos diuinis prosequeretur honoribus, si credidisset mundi fabricatores fuisse. At verò in humana iustificatione Deus elegit apostolos, & discipulos suos in cooperarios, vicariosq; suos, qui diuinis fungerentur vicibus, in administrandis Sacramentis in disseminādoq; Dei verbo. Etenim res humanas per hominē administrare instituit Deus (quæ est eius ordinatissima sapiētia) Angeli autē in creā dis naturis (etiā vilissimis)

Tres digiti Dei quid significent.

Deus non eget consiliario, aut cooperario.

Mirabilis dispositio Dei in rerū vniuersali administratione.

Angeli non fuerunt cooperarij Deo in mūdo fabricando.

Creatura creare non poteſt.

mis) adiutores Dei eſſe nõ poſſunt. Quippe creaturæ cum ſint, creaturam condere non poſſunt. Neque etiã operationẽ naturæ, niſi ab ea ipſa natura iuuẽtur edere quibunt. Lege Aug. ſuper Geneſim ad literã.

¶ *Ecce gentes* [a].) Quod ſuperius dixerat oĩs caro fœnum, nũc rurſus inculcat alio ſermone eandẽ ſentẽtiam repetens. Comparat enim vniuerſos hoĩes guttæ à fitula ſtillanti, & momento ſtateræ, & pulueri exiguo, & nihilo, & inanĩ. Et Sap. 11. eſt, horũ verborũ origo. Qm̃ tanq̃ momentũ ſtateræ, ait, ſic eſt ante te orbis terrarũ: & tanquã gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terrã. Belliſsima vtiq; collatio hęc eſt, qua ſacratiſsimæ iſtæ vtuntur muſæ. Etem̃ bilancis mediũ qñ in æquilibri eſt, vtraque lanx, in indiuiſibili momento eſt. Nanq; ferè in puncto ſuã ſeruat æqualitatẽ, minimoq; impulſa tactu, variat momentũ. Sic creaturæ oẽs (nedum gentes) tanq̃ inſecti le quodã, quod præ ſua tenuitate aſpectũ nr̃m fugit, ſe gerunt coram Deo. Et vt gutta relata ad ſitulã, incõparabilis eſt in magnitudine, & ſicut ros antelucanus qui cito exorto ſole areſcit: ſic & homines collati ad Deum. Alia editio non momẽtum habet ſtateræ, ſed puluerem hærentem bilanci interpretatur. Puluis nanq; ille nihili fit inter ponderãdũ. ¶ *Ecce inſulæ* [b].) In eodem inſiſtit à genere deſcendens in ſpeciem, à gẽtibus in inſulas. Litera hebraica ait, Ecce inſulas, quaſi minutiſsimum puluerem proijciet, id eſt, tam facilè Deus transferet inſulas, quam minutiſsimus puluis tranſfertur. Et Libanus non ſufficiet ad ſuccendẽdum. Nam ſi quis volet Deo pro dignitate ſacrificare, neq; arbores neque ferę Libani ſat erunt. idem Micheę. 6. Philoſophi quoq; diuinæ maieſtatis non prorſus ignari exſtitêre. Tradiderunt em̃ Platonici Deũ fontem vniuerſi eſſe, creaturas autẽ participio dũtaxat diuinitatis gaudere, eſſeq; creaturas omnes nõ veras res at veluti imagines rei verę entisque vmbræ, quędam, Deum autem eſſe verè ipſum eſſe, ipſum vnum, ipſumbonũ. Quo triplici nomine nominandum Deum Plato duxit, indicante Cyrillo. 2. lib. aduerſus Iulianum. Quin & peripatetici, à Platonica theologia hac non abhorrent Deum tradentes eſſe actum puriſsimum, & ſimpliciſsimum, creaturas verò non puritate actus gaudere. Quippè potentialitatem (vt ſic dixerim) habent immixtam, & ad eſſe, & non eſſe vel: certè ſi hæc defuerit, vt in cœleſtibus globis, ad motum ſaltem cœlis adeſt potẽtia paſsiua. Porrò Paulus apoſto. ad Rom. 9. compendiario ſermone rẽ hanc expoſuit. Vanitati, inquit, ſubiecta eſt omnis creatura. Et eccleſiaſt. ca. 1. videt vniuerſa, quæ ſub ſole ſunt, & vniuerſa proclamat eſſe vana: imo (vt ſignificantius expreſsiſſet) vanitatem eſſe dixit. Quæ omnia cum Eſaiæ verbis conſentiunt: vt ſi illa inuicem contuleris, perſpicuum tibi erit. Legendus quoque diuus Dionyſius de diuinis nominibus. ca. 5. 12. & 13. & aliâs. ¶ *Cui ergo ſimilem* [c]). Apoſtrophat aduerſum idololatras. Elegan-

Eſaiæ comparatio.

Creaturæ ſunt vt momentum ſtateræ coram Deo.

Platonici de diuinitate.

Deus eſt ipſum ens ipſum vnum, ipſum bonũ hæc fuſius multo in diſput. noſtris ad. 1. ſenté.

eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & erudituit eum ſcientia, & viam prudentiæ oſtendit illi? Ecce gẽtes [a] quaſi ſtilla ſitulę & q̃ſi momentũ ſtateræ reputatæ ſũt: ecce, inſulæ [b] quaſi puluis exiguus. Et libanus nõ ſufficiet ad ſuccendendum, & animalia eius nõ ſufficient ad holocauſtũ. Omnes gentes quaſi nõ ſint: ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum et inane reputatę ſunt ei. Cui ergo ſimilem feciſtis Deũ? aut quã imaginẽ

ti enim

ti enim ſermone diuinam expreſſerat magnitudinem:vt nefas demonſtret eſſe idola colere,ſpreto Deo omnipotente.Legimus autem in lib.Sapien.capit.14.hoc nefandum malum ſub Bello rege Syriæ originem traxiſſe, indeq; ſerpſiſſe in omnes nationes. Patris nanque in filiũ feruentiſsimus, & ſtultiſsimus amor, quem de medio intẽpeſtiuè ſublatũ dolebat, vt dolorẽ mortis temperaret filij imaginẽ expreſsit, quam ipſo colẽte, idolorum cultus neſaſtus cœpit. Et ſi Lactantius Firmianus libr. de falſa religione à Ioue cœpiſſe idololatriam contendat. At diuus Hieronymus in libr. de quæſtionibus hebraicis ſub Enos natam duxit idolorum ſuperſtionem. Etenim illum, ſcriptura refert cœpiſſe inuocare nomen domini. Et iſtud ex placitis hebraicis eſſe ait. Diuus Cyprianus porrò tractatu de idolorum vanitate, à regibus tradidit vanitatem idolorum ortum duxiſſe. Quippe ob regalem coli reges cœperũt memoriam: & regum mortuorum vultus à poſteris exprimebantur,quos cultu ſuperſtitioſo colebant, vt in mortuos, affectum animi propenſiſsimum fuiſſe demonſtrarent:ſenſimque lues hæc accepit vires, adeò vt imaginibus victimas immolari cœperint. At verò diuus Auguſtinus libr. 18. de ciuitate Dei capit. 2. non aliud quam liber Sapient.docuit, tradidit de re hac. Id quod certò & indubitatè tenendum iudico. Quanquam fieri potuit, vt apud nationes quaſdam, ſuperſtitio idolorum ab vno exoriretur principio & apud alias ex alio. Sed interim diabolicũ aſtum mihi cõſidera.Sciebat ſagaciſsimus humani gẽris hoſtis hoĩs naturã ad Dei religionẽ,& cultũ prõptã eſſe, aduertebat quoq; ſenſum, & cogitationẽ hoĩs ad malũ eſſe procliuia ab adoleſcentia ſua. Expẽdebat rurſum ſenſibilia hoĩes plurimũ obſeruare, & amare, quæ autẽ ſubtiles, & acres rõnes poſcũt, ab hominibus plærũq; reijci.Id circo excogitauit deos hominum aſpectibus obijcere ſenſibiles, qualia idola erant: quibus ipſe aſsiſtẽs & reſponſa exhibens per ea de agendis, numen vſurpauit diabolus apud miſeros homines. In hanc igitur ſuperſtionem Eſaias inuehitur modo, humanamque carpit veſaniam, quæ Deum autorem ſenſibilium,& intelligibiliũ,ſenſibilem,& viſibilem ſibi non erubuit conſtituere. Vnde diuus Augu.in libr. de ſymbolo ad cathecumenos, Clamat, ait, cœlum nõ ſum Deus: quia ſi Deus eſſem nulla me obnubilatio obumbrare potuiſſet: nec tenebræ,meæ ſuccederẽt luci: ſed lux mea integra inuiolataq; permanſiſſet, vt manet illa lux vera,quæ iſtã viſibilẽ creauit. ¶ *Nunquid* a.) Ideſt non poteritis ignorantiã excuſare ô idololatræ. Etenim ipſa conſcientia veſtra vobis ob murmurat, argenteos,vel aureos,aut cætera viſibilia numinis nihil habere:ab origine nanq;ſeculi vnus colebaẽ Deus ab Adã, à Noe à cæterisq; incorruptis in diuinitatis vnius fide patribus. Et ipſa natiua ratio illò pergit, vt vnũ ſolũ eſſe numẽ ſuggerat: à quo cũcta alia moderanẽ,ſub cuiuſque diſpoſitione ſapientiſsima, vniuerſorum momenta decurrunt. Illi ergo ſoli ſacrificãdum eſt.

ponetis ei? Nunqd ſculptile conflabit faber? aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit: artifex ſapiẽs q̃rit quomodo ſtatuat ſimulachrũ quod non moueatur. Nũquid non ſcietis? nunquid non audiſtis? nunquid nõ annuntiatum eſt vobis ab initio? nunquid non intellexiſtis fundamenta terræ?

Idololatriæ origo.

Diaboli aſtus vnde ingeſsit idololatriam.

Idololatriæ excuſationem non habet.

Doctorum concordia de exordio idololatriæ

¶ Qui

Terra eſt ſpherica ex Eſaia.

¶ *Qui ſedet ſuper gyrum terræ.*[a]) Aut ſuper globum terræ, ideſt, qui ſedent ſupra terram, quæ quia ſpherica eſt, idcirco gyrum habere aut globum eſſe dicit. Eſa. Qui ergo ſupra hunc globum ſedent, & qui habitant in ea, inſtar locuſtarũ ſunt. Ideſt quanlibet magnificas ſtruant ædes homines, plurimũq; glorientur in delicijs ſuis, admonẽdi ſunt inſtar locuſtarũ eſſe: reptantium ſuper terrã. Quæ ardente Sole ſeſe in ſublime tollũt, refrigeſcẽte vero deprimuntur. Talis eſt gloria mũdanę põpę, et totus apparatus humanę vitæ, vt vapor eſt admodicũ parẽs. Verbum igitur ſingularis numeri. *Sedet.*) In pluralẽ numerũ cõmutabis, Hæbraico ſæpè à me repetito tropo. Neq; mireris ſi hoĩes dixerit Deo collatos locuſtas eſſe: ſiquidẽ Hebræi ſub Moſe magnitudine Palæſtinorũ deterriti, ſe relatos iſtis locuſtas dixerunt eſſe. Nume. 13. Deus autem extẽdit cœlũ velut nihilũ: quippe ex nihilo fecit vniuerſa. Apertior eſt lectio alia. ¶ *Extẽdit cœlos vt cortinã, ſiue vt tenuiſſimã telam.*) Quæ ex ſua tenuitate nullo negotio in magnã ſe dilatat diſtantiam. Ita cœlum imperante Dei verbo ad immenſam ſe ꝓtraxit vaſtitatem: quare expãdit cœlos velut tabernaculũ, vel inſtar ampliſsimi tentorij. Cœli nanque ſunt tanquam vniuerſæ viſibilis creaturæ tegumentum. Vnde ſibi parauit cœlum nomen quia celat, & tegit. Eſt ꝓtẽr hæc diuinitatis tabernaculum, non manufactum, ſed ex diuina & indicibili fabre factum ſapientia. Fecit enim Deus cœlos

Qui ſedet ſuper gyrum terræ? [a] & habitatores eius ſunt quaſi locuſtæ: qui extendit velut nihilum cœlos, [b] & expandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitãdum. Qui dat [c] ſecretorum ſcrutatores quaſi nõ ſint, iudices terrę velut inane fecit: equidem neq; plantatus, neque ſatus, neque radicatus in terra trũcus eorũ: [d] repente flauit in eos, et aruerunt, et turbo quaſi ſtipulã aufert eos. Et cui aſsimilaſtis me, [e] et adæquaſtis? dicit ſanctus. Leuate ĩ ex-

in intellectu, vt cætera vniuerſa. Et Cicero lib. de legibus, cœlum deorum ait eſſe atque hoĩm domiciliũ. ¶ *Qui dat* [c].) Litera hebraica habet vocẽ Roznim, quæ ſcrutatores, & principes denotat. Et patentior eſt ſenſus, ſi principes transferamus, aut potentes, vt Septuaginta tranſtulerunt, ad hãc formam, q̃ dat principes in nihilũ regere. Perſiſtit enim vates ĩ denarrãda Dei maieſtate, vniuerſa q̃ Deo collata ſemel atq; iterum, ſtatuẽs eſſe tanquam inane & nihilum. Oẽs enim principes, & magnates, & demũ vniuerſos hoĩes arboribus Eſaias comparat quæ reuulſæ à terra, neq; trũcus illarũ extat neq; memoria. Et hoc eſt, quod ait. ¶ *Non ſatus neq; radicatus in terra truncus eorum* [d].) Id eſt potentes & ſublimes à morte, ita obliuioni dabunt perinde atq; nunq̃ nati fuiſſent mũdo. Expreſſaq; Dei maieſtate quaſi indignãs Eſaias Dei agens perſonã, rurſum idololatrarũ falſam idolorũ religionẽ dicit. ¶ *Cui aſsimilaſtis me* [e].) Cui nullus eſt ſimilis, nam quis ſimilis tui in fortibus domine aiebat ille Pſalmus. 34. Et quia nihil eſt, quod ita diuinum exprimat numẽ, quam cœleſtis globorum hæc, quam videmus ornatiſsima vndecunque machina, in hanc attentiſsimos leuare oculos iubet propheta, & Sapien. 13. A magnitudine ſpeciei, ait creaturæ poterat cognoſcibiliter. i. euidẽter horũ creator videri. Cuius capi. quoq; idẽ eſt argumentũ quod huius cap. Eſa. nẽpe ridere & arguere ſacrilegos idololatras. Per cœli militiã autẽ, vt ſæpè admonui

Roznim qd Hebræis.

Iacobi. 1.

Sillepſis tropus frequẽs in ſcriptura.

Cœlum vnde & quo modo ſit diuinitatis tabernaculũ.

celsum oculos ve
stros, & videre
quis creauit inu
mero militiã eo
rũ, & omnes ex
nomine vocat[a]:
prę multitudine
fortitudinis[b], &
roboris, virtutis-
que eius neque
vnum reliquum
fuit. Quare[c] di-
cis Iacob, & lo-
queris Israel: ab-
scondita est via
mea à domino,
& à Deo meo iu
dicium meũ trã-
siuit? Nunquid
nescis, aut nõ au
disti? Deus sem-
piternus Domi-
nus, qui creauit
terminos terræ,
et non deficiet,
neq; laborabit,
nec est inuestiga
tio sapientiæ ei[9].

Quid militia cœlestis.

admonui stellarum concinnatissimum or dinem intelligere oportebit: siquidẽ nullus exercitus etiã sub prudentissimo agẽs duce, tanto tãq; infallibili ordine progreditur, quanto in suis absoluendis motibus cœlestia tenent astra. Ideo ait. ¶ *Qui educit ĩ numero militiã eorum*, ideſt cœlestem, *& omnes ex noĩe vocat*[a].) Vt & psaltes etiã suo celebrauit psalmo, qui numerat multitudinẽ, ait, stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Astrologi nanq; 48. imagines cœlestes nominant & alias stellas erraticas, alias fixas esse tradunt stellas, at plures multo sunt, quæ illos latẽt, quam quæ illis patẽt. In galaxia enim seu lacteo circulo innumera stellarum splendet multitudo, quæ mortales omnes facilè fugit. ¶ *Præ multitudine fortitudinis*[b].) Id est, singulis stellis, & cõstellationibus, proprias vires dedit Deus, & potentissimas quidem illas, ad quarum virtutem, & influxum, & motum cuncta hæc inferiora corpora gubernantur, alterantur, & variè afficiuntur. Et quanquam fortissimæ sint: Deo tamẽ vocanti, & moderanti omnes parent. Baruch. 3. stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: & vocatę sunt, & dixerunt, Adsumus. ¶ *Quare*[c].) Falsam idolorum religionem obiurgarat, legitimo iam se agit gradu, vt aliud hominum erratum expurget: ex quo primum quod diximus originẽ accepit, id est diuinam nõ credere prouidentiam. Deum enim cœlestia curare, & cardines voluere cœli in confesso quibusdam erat: at quod humanis prospiciat, plurimorum ea fuit dementia, quæ hoc inficiabatur. Proinde Deos amabant domesticos habere: quibus sua cõcrederẽt. Quare pessimè errantes in diuina prouidẽtia, lapsi sunt in idolatriæ profundissimam omnium malorum voraginẽ. Credebant rursum Deum laboratu rum impendio si tot humanis rebus intendisset, vt Plinius de sipuit. Quã ob rem hæc vanissima errata increpans vates noster. *Quare*, ait, *dicis Iacob*. Lege Augus. de ciui. Dei. 10. libr. cap. 14. Quo loco etiam minutula curare Deum ostẽdit ex Plotini autoritate. Et lege Senecam libello de Dei prouidentia, elegantissimo, sanè quem conscripsit de hac re. Et Chrysostomus, Eloquentia sibi natiua sermonẽ de eadẽ re habuit tractatu de Dei prouidẽtia. Et apud Virgilium Venus, cum Ioue verba faciens, O qui res, inquit) hominum Deumque, æternis regis imperijs & fulmine terres. Aeneidos. 1. Et Plato in Epino. illud ante alia tenendum voluit Dei esse prouidentiam. &. 10. lib. de legibus multa in eandem rem commemorat. Neque indignũ est diuino numini etiam vilissima, & minutissima quæque orbis non negligere. Etenim si non indignum duxit illa creare Deus, cur indignum illa curare ducet? Siquidem, vt sine creatione non subsisterent, ita sine gubernatiõe diuina non conseruarẽtur. Imò Deo indignissimum esset res creare, & creatas non curare. Temerè enim creasse illas videretur: nullus enim

Demẽtia est negare diuinã prouidẽtiam vñ alia resultat peior ideſt idolatria.

Astrologi 48. imagines esse tradunt cœlestes.

Stellæ & totus cœlestis ornatus deo obedit.

Diuina prouidentia patuit philosophis & poetis.

enim accedit Deo labor incurandis, neque maximis, rebus neque minimis. Non est enim creata virtus diuina, quæ fatigetur, aut lassetẽ humana curãdo: sed increata est & omnipotẽs, quæ ab hominibus lassitudinẽ tollit, vires que præstat vt operibus suis incumbant: tantum abest vt ipsa lassetur. Hoc est quod ait. ¶ *Qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt fortitudinem.* a) De diuina prouidẽtia nos multa scripsimus supra. Quæ parcens fastidio prudens mitto. ¶ *Qui.* b) Hoc monet spẽ in Deũ nr̃am traij cere. At vero quãtas donet ferendis laboribus vires Apostoli nobis sunt exemplo, qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu, contumeliam pati. Martyres quoque in Deum sperantes, truces mortes non exhorruerunt: imo in ipsis tormentis fortiores se gerebant quã ante. Vt beatissimus Laurentius in craticula positus Deum non negauit, & ad ignem applicatus, Christum confessus est, & libera voce tyranno impijssimo inquit, Assatum est iam, versa & manduca. Et quod multo vehementius mireris, in sexu fragili mulierum Martyrij Deus gloriam excitauit. Et vt interim alias mittam ex Eusebio quinto libro de ecclesiastica historia Blandinam virginẽ libet commemorare: quę corporis qualitate, & habitu, debillima erat, quibus confideratis, primis se cessuram tormentis præ seferebat. At vero ea præstitit animi constantia, vt multis & illis grauissimis acta quæstionibus, in confessione fidei tam roboraretur, quam tortores suos, atq; carnifices lassaret, & infirmaret. Et vt verbis Eusebij vtat Blandina fœmina, per quam Christus ostendit, quod ea, quæ apud homines despecta sunt, & contemptui habẽtur, in magna gloria apud Deum habentur. Et demum nisi ad hãc sacratissimam diuinæspei anchoram sancti confugerent, vt possent tot probra, totque calamitosa, totque aduersa æquanimiter tolerare, vt tolerarunt. Sanctitas deficeret, virtus flaccescceret & demum nec fides, neque charitas diu persisterent, mundanis quotidie concussa machinis, nisi ad spem hanc diuinam confugium esset. ¶ *Qui sperant* igitur *in Domino mutabunt fortitudinem.* c) Siue vt Hebraice legimus innouabunt fortitudinem, siue nouas subinde reparabunt vires. ¶ *Assument pennas sicut aquilæ.* d) Aquilarum enim est plumas deponere veteres, & nouis singulis annis plumescere. Quare hymnidicus ille aiebat renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Ita quoque & sancti in Deo in dies secundum hominem interiorem reiuuenescunt. Nam & si corrumpatur is qui foris est noster homo tamen is qui interior est renouatur de die in diem.

Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem a, & robur multiplicat. Deficient pueri, et laborabunt, et iuuenes in infirmitate cadẽt. Qui b autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem c, assument pennas sicut aquilæ b, currẽt et nonlaborabunt, ambulabunt et non deficient.

Deus habet vim infatigabilẽ quia est infinita.

Acto. 4.

Diuina spes anchora est sanctorũ in pressuris.

Blandina in Lugdunensi virgo & Martyr.

Psal. 102. 2. ad Cor. 4.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput quadrageſimum Appendix.

TROPOLOGICA declamatio vnica in natiuitate beatiſsimi Ioannis Baptiſtæ,cuius prothema eſt.Vox clamantis in deſerto Eſai.40.

SAnctorum aliorum laudes promere gratũ ſemper mihi eſt. Porro præcurſoris Domini laudes magnificas verſare maximè eſt gratiſsimum,cuius hodiernum natalem diẽ iuſtiſſimis nominibus eximio celebrat gaudio & incredibili Chriſti Dei eccleſia. Tantis enim coruſcat inſignibus dotibus dies hic quantis nullus aliorum ſanctorum. Etẽm aliorum ſanctorum non natalitios, ſed funerales eccleſia Dei veneratur & colit dies, beatas quibus Deo efflauerunt animas, quibus deniq; in Domino fœliciter obdormierunt. At Ioannis Baptiſtæ poſt Chrm & ſacroſanctã virginẽ,dies natalitius,optimo numeratur lapillo. Neque abre, dies nãq; ex eo nobis eſt admodũ venerabilis, quia Chri præcurſorẽ mũdo donauit, vocéq; illã pluſq; propheticè clamãtẽ in deſerto,Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mũdi,nobis exhibuit. Naſcitur em̃ hodie nobis ille, qui magnus eſt corã Dño, & vt ſemel dixerim,naſcitur ille qui ſolẽ iuſtitiæ Chrm,mũdiq; iubar iã iã affuturũ ſua coruſcãti natiuitate,mundo prænũtiauit. Qui ergo naſcitur vox eſt, & clamãs in deſerto eſt. Vox hæc nõ exilis eſt, aut debile ſonãs,ſed vox magna,quæ vniuerſum ſuo ſono impleuit orbẽ. Magna ſanè vox etiã nũ ſub materni vteri latitãs gremio:repletus nanq; eſt ſpũ ſctõ, adhuc ex vtero matris ſuę. Hãc em̃ Chriſti vocẽ ſpiritus ſctũs formauit atq; reformauit,formauit q dẽ:nãq; Ioãnis parẽtes ambo iã p ceſſerãt in diebus ſuis: & cõfecti iã ætate inepti erãt q proli vacarent niſi virtus cœleſtis illis ad eſſet,quæ ſeniores parẽtes vegetos,& ſucculẽtos & pliſ compotes faceret. Reformauit vero:qppe ab omni peccati primitiui macula abſterſit Ioãnẽ ſpiritus ſctũs. Porro autẽ vox hæc diuinitus formata, & diuina ſanctificatione reformata, antequam ederetur, autorem ſuæ formationis, & reformationis recognouit:& quem verbis laudare non poterat, corporis ſaltem obſequio, recognouit. Exultauit enim in gaudio infans in materno Elizabeth vtero. At ſi ſilet vox hæc tantiſperdum in lucem non editur, at Matrem ſibi ſubſtituit, & patrem, quos puer Ioannes nondum editus clamantes facit. Elizabeth em̃ clamat, & verba exprimit illa,vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me:& beata quæ credidiſti quoniam perficientur inte,quæ dicta ſunt tibi à Dño. Pater verò Zacharias, nato puero perẽptæ vocis reparat organa,& poſtulãs pugillarem ſcripſit,Ioãnes eſt nomẽ eius, & in laudes diuinas erupit dicens,Benedictus Dñs Deus Iſrael. Porro nõ iſtis contentus Ioannes præter puerorum naturã, exultat in matris vtero,& corpuſculi tripudio vniuerſorũ Dominum reueretur, & etiam num infantulus nedũ editus cœleſti & illo rariſsimo fruit lumine,vt Chriſtũ quẽ beata virginis ferebãt viſcera, cognoſceret, & Dei verbũ caro factũ diuino quodã ſenſit inſtinctu reconditiſsimũque vẽtris materni ſubobſtruſo cubili verũ Deũ,& hominẽ eſſe,propheticis intuitus eſt oculis:vt rectè dixeris prius fuiſſe prophetam quam natum. Quippe theſaurum cœleſtẽ abſconditum in agro ideſt vtero virgineo, ipſe primus hominnm inuenit. Neque nudè & ieiunè Chriſtum thalamo manentem vidit, quin etiam & corporis obſequio, Chriſtũ recognouit.

Exulta-

Ioannes eſt vox clamãs in deſerto.

Luc.1.

Luc.1.

Oculis propheticis infantulus Ioãnes Chriſtũ intuetur.

Exultauit nanq; in vtero matris ſuæ. At vero rogitas. Quid eſt exultauit in vtero nũ quid cachinnis in vtero conditus ſe ſoluit puer, quos Elizabeth audiens, Exultauit dixit infans in vtero meo. Cæterũ non puto cachinnis aut riſib⁹ ſe ſoluiſſe tũc infantulum, qui nondum abſoluta tenebat organa riſus: at corpuſculi tripudio, & miraculoſa flexione, mẽtis exultationem & gaudium geſtiebat: id quod nondum voce abſoluere poterat. Affectabat enim iã ſe vocem præſtare clamantem, illud quod poſtmodum adultus iam altiſona voce teſtatus eſt, ſcilicet, Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Affectabat etiam digitum exerere ſuum, qui oſtenderet agnum Dei tollentẽ peccata mũdi. Interim tamẽ quod illud per infantiam non licebat, exultat in vtero. O beatum infantulum, cuius oculi carnis nondum erant aperti, vt hanc viſibilem aſpiciant lucem. & mentis oculi iam pateſcebãt, vt ſplendorem diuinæ gloriæ & figuram paternæ æternæq; ſubſtantiæ Chriſtum iam intueretur. Ingredi neſcit, neq; poteſt, infantulus iſte greſsibus carnis, & iam graditur ad cœleſtia, ſpiritus greſsibus. Porro ſub vtero Elizabeth erat infantulus, tãquã lucerna ſub modio: at vero ibi lucet, & ardet: & à vera luce Chriſto & illuſtratur & inflãmatur. Exultat igitur infantulus Ioannes in Domini præſentia, & exultat Dominus ex infantuli miniſterio. Magnum ſanè eſt, Deo etiã poſt adultã miniſtrare ætatẽ: at hic antequã adoleſcat, antequã naſcatur, iã vniuerſorũ Domino obſequitur: & de ſecreto maternorum viſcerum, duo paruuli futura totius mũdi gaudia præludũt. Paruulus erat tũc Ioannes: paruulus erat tũc Dñs: ambo enim cõditi erãt in viſceribus maternis: at paruulus alter ſanctificatur à paruulo altero, Ioãnes ſcilicet à Chriſto: vt vox puriſsima Ioannes euadat, quæ teſtatura orbi ſanctum ſanctorũ erat Chriſtũ. Nã confeſſus eſt Ioannes & nõ negauit, ſe nõ eſſe Chriſtum. At vero vt vir factus iã Ioannes, virũ quoque iã adultũ Chriſtũ negaſſet, qui adhuc infantulus in matris vulua cõditus, infantulum Chriſtum ſenſerat, & mentis exultatione ſubindicarat? O ſingularem puerorum horum amicitiam! Abſconditi ſunt, & à matribus geruntur ſub maternis viſceribus contenti, & iam diuino amicitiæ fœdere copulantur, mundo incogniti, & ſibi iam noti, parentibus nondum patent: & ſibi iam patent. Infantium ſanè eſt amicitia, hæc ſed nihil eſt infantilis, puerorũ eſt ſed nihil eſt puerilis. Eſt enim amicitia Lucifer cum ſole, præcurſoris cũ principe, vocis cũ verbo, gratiæ cũ gratiarũ fonte. Ioãnes enim interpretãte Chryſoſtomo homilia 2. in Ioannẽ, gratia Dñi eſt. Et demũ amicitia hæc inter Chriſtũ, & Ioannẽ eſt: Chriſtus fons gratiarũ eſt (quippequi caput eccleſiæ eſt) Ioannes vero gratia Dñi eſt. Rurſus Chriſtus ſol iuſtitiæ eſt, Ioannes verò tãquã Lucifer matutinus eſt. Vt enim Lucifer ſolem aduentare prænunciat, orbẽq; totum læto exhilarat nuntio: ita Ioannes ſua natiuitate venturi ſaluatoris gaudia demonſtrat, ſubindeq; & gaudio afficit omnes. Multi, ait, Luc. 1. in natiuitate eius gaudebunt. Chriſtus verbum Dei patris eſt: at Ioannes vox eſt hoc verbum ſuo clamore propalans, & viam Chriſto parans. Facite ait, fructus dignos pœnitentiæ: & ne cæperitis dicere patrem habemus Abrahã, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicẽ poſita eſt. Clamauit vtiq; in deſerto Ioannes verbum hoc, non tam quia deſertus erat locus, vbi Ioannes baptizabat, quã quia deſertis & incultis mẽtibus verbũ Dñi prædicabat. Quales erãt Phariſæi, & ſcribę, q verbũ Dei Chriſtũ proclamatũ à Ioanne nõ receperũt. Matth. 11. Luc. 7. at obſerua re te oportebit, Ioannẽ ab Eſaia prænominatũ vocẽ clamãtẽ in deſerto, nõ eo in hũc modũ prænominatũ, q in deſerto ſemper prædicauerit. Etenim Ioãnis. 1. Hæc in Betania, inquit, facta ſunt, trãs Iordanẽ vbi erat Ioãnes Baptizãs: aut ſcdm correctiorẽ literã Origenis, & Chryſoſtomi in Bethabara: vt & Hieronymus legit libro locorũ

Ioannis & Chriſti ſingularis amicitia.

Ioannes eſt gratia domini, Lucifer præcurſor vox.

Lucæ. 3.

Ioannes cur vox clamãs in deſerto.

Ioãnes ante quã natus fuit prophetã quia latẽ tem Chriſtũ eſt intuitus.

Hebraicorum. Vnde ſi in Bethabara prædicabat Ioannes, in deſerto non prædicabat. Lucas vero ca. 3. Verbũ Domini, ait, ſuper Ioannem factum eſſe in deſerto: & ſubdit, Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſsionem peccatorum. Qui locus indicat Ioannem vaſtam eremum colentem afflaſſe ſpiritum Dei, & inſtruxiſſe diuina doctrina, quæ Chriſtum reuelauit illi. Quo ſpiritu afflatus venit in omnem regionem Iordanis, euulgaturus quæ cœlitus didicerat. Illa autem regio non erat deſerta: vt ex ſcriptura patet. Ceſſerat eñ tribubus duabus cum dimidia in poſſeſſionem, Rubenitis ſcilicet Gaditis, & mediæ Manaſſę tribui. Quod verò Marcus cap. 1. ſcripſit fuit Ioannes in deſerto baptizans, etiã ſi ſecundum literæ prætextum diſentire à cæteris euangeliſtis videtur, qui locũ baptiſmi Ioannis aut Bethaniæ, aut Bethabarę tribuunt, aut in vniuerſa regione quæ ſita erat trans Iordanem, at re vera nõ diſſentit. Siquidem Marcus ad locũ ipſum vbi celebrabatur Ioãnis baptiſmus aſpexit, qui erat ſolitudo, cæteri vero ad multitudinem aſpexerunt populorum venientium ad Ioannem, vt baptiſmo Ioannis abluerentur, quorum frequentia loca ſolitaria colifecit. Aut fortaſsis quia apud Ioannem. cap. 3. legimus. Erat autem Ioannes baptizans in AEnon iuxta ſalim: quia aquæ multæ erant illic. Non enim vno duntaxat loco Ioãnes baptizabat ſed varijs locis: iam in Bethabara iam vero in AEnon, iam in deſerto loco: ſeeũdũ q̃ cõmodior & baptizãdorũ & aquarũ ſe dabat occaſio: vt verum dictum putes (etiã ſcd̃m hiſtoricũ ſenſum) Ioãnẽ vocem eſſe clamantem in deſerto. Gloſſa contendit tranſitiuum eſſe hunc ſermonem, Ioannem videlicet eſſe vocem clamantis Chriſti in deſerto: ego tamen intranſitiuum eſſe puto. Eſt enim Hebraiſmus vox clamantis ideſt vox clamans: vt creatura ſalis ideſt creatura quæ eſt ſal, natura hominis ideſt natura quæ eſt homo quæ loquẽdi phraſis etiã apud latinos vſurpatur. ¶ Iã vero vox hæc clamãs in deſerto magna eſt. Etenim conceptionẽ vocis huius, in vtero Eliſabeth quã inſignis fuerit ſuperiori ſermone denarrauimus. Et nihil inſignius denarrari poterit quàm q̃ à Luca. ca. 1. commemoratur de Ioannis conceptione. Dixit enim angelus Zachariæ, ne timeas Zacharia quoniã exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiũ. Pende igitur ſi lubet quanta eſt quantoq́; admiranda ſtupore Ioãnis conceptio, quam Angelus Gabriel patri Zachariæ ſacra agenti nunciaturus de cœlo venit. In eiuſdemq́; conceptionis gratiam naturæ ordinem qui ſterilibus fœtũ negat laxat Deus: & Ioannis parentibus ſterilibus fœtum beatum donat. Legimus ſanè in li. Iudicum. ca. 13. angelum Domini Sanſonis matri apparuiſſe, & dixiſſe illi. Sterilis es, & abſq; liberis, ſed concipies & paries filium. Quod ſi Sanſonis cõceptio atq; natiuitas ab angelo Domini prænunciãtur tãquã aſſertoris Iudaicæ libertatis à Philiſtinorũ tyrãnide, quid q̃ præcurſoris Ieſu Chriſti vocisq́; indefeſſę clamãtis in deſerto, parate viã Dño: rectas facite ſemitas eius, cõceptio itidem & natiuitas à Gabriele angelo prænũciẽtur? Quãquã mirabilior lõgè eſt cõceptio Ioannis & natiuitas, quã Sãſonis. Etem Ioãnis parẽs vterq́; prouectã adeptus ætatem erat, id quod de vtroq́; Sãſonis parẽte nõ legimus, ſed de altero dũtaxat, de matre videlicet, quæ ſterilis erat. Quare conceptionẽ Iſaac ex Abrahã, & Sara magis præfert Ioannis cõceptio, quã Sãſonis. Etenim teſtãte Paulo ad Rom. 4. Abrahã nõ cõſiderauit corpus ſuũ iã emortuũ, cũ ferè cẽtũ eſſet annorũ: & de mortuã vuluã Saræ. Vñ diuino miraculo, qd̃ vegetas reddidit vires Abrahę, & Saræ, Iſaac cõcipitur. At verò Ioãnis cõceptio vehemẽtiori cultu colẽda eſt quã cõceptio Sanſonis, & Iſaac. Etenim qui concipitur Ioannes cunctis mortalibus præſtat. Vel certe nulli priorũ eſt inferior, docẽte Dño, Internatos mulierũ nõ ſurrexit maior

Ioſue. 22.

Marci locus diſſeritur.

Euãgeliſtæ cõciliantur.

Sanſonis cõceptio ab ãgelo nunciatur.

Ioan. conceptio mirabilior eſt quã aliorum. Gene. 17.

Matth. 11.

maior Ioanne Baptiſta. Ioannes quoque ſpiritu ſancto repletur adhuc latitãs in materno vtero:quod neq; de Iſaac,neque de Sanſone,imo etiam neq; de Hieremia,aut de quoquã alio legimus excepto Chriſto. Hieremiã enim in materna vulua adhuc conditum ſanctificatum fuiſſe diuinus ſermo admonet. At vero aliud eſt eſſe ſanctificatum,aliud eſt repletum ſpiritu ſancto. Quanquam enim ſanctificatio omnis ſpiritum ſanctum habeat,citra cuius opẽ celebrari non poteſt : cæterum non omnis ſanctificatio plenitudinem, aut repletionẽ habet ſpiritus ſancti. Repletio nanque hæc non ſolam culpæ abſterſionem, & diuinæ gratiæ conciliationem habet,verum etiam & abundantiam diuinorum donorum indicat. Quam quidem in Ioanne facile comprehendet qui Ioannem latitantem, & exultantem in materno vtero aduertit. Exultatio nanque hæc infantuli nõ naturæ opus fuit:natura nanq; infantulorum natalia nõ gaudio,imo lachrymis, & gemitibus, afficit. Vnus fuit Zoroaſtres, quem ſimulatque natum riſiſſe ferunt : id quod tanquam naturę portentum aſtrologorum,aut diuinorum iudicijs id tẽporis patuit. Qui ſanè ex riſu collegerũt Zoroaſtrẽ, aut inſigniter exitioſum reipublicæ futurũ, aut ſummè frugiferũ. Id quod res ipſa comprobauit euẽtu. Fuit nãq; Zoroaſtres impẽdiò bono publico pernicioſus. Porrò autem Ioannẽ ante natalia qñ ſextus in vtero mẽſis à cõceptione infantulo agebatur exultare,diuini & rariſsimi miraculi eſſe crede. Exultatio nanq; non ſenſus,ſed mẽtis eſt affectio. Mens igitur Ioãnis mirabiliter præuenit ſenſum, & ſpiritus Ioannis,propriam anticipat carnem. Atqui ex naturæ præſcripto à ſenſuũ functionibus homo internas actiones mentis orditur,vt amet,ſcilicet vel odiat, vt iudicet, vt diſcernat. Nanque Pauli teſtimonio prius eſt quod animale eſt, dein vero quod ſpirituale. Porrò in beatiſsimo hoc noſtro infantulo,ſenſus primas nõ habuit functiones,non caro Ioannis primas geſſit partes,imo mens,& ſpiritus. Cuius mẽtem illuſtrans Chriſti ſpiritus,exultauit infans in materno vtero. At cur obſecro exultat infantulus? Nempe,quia alium infantulum Mariæ in vtero,mentis oculis videbat contentum,ante cuius faciem præiturus erat, ad dãdam ſcientiam ſalutarem plebi eius,in remiſsionem peccatorũ eorum. Ad hæc exultauit, quia propheta altiſsimi erat,& vox clamans in deſerto,parate viam Domino : rectas facite ſemitas eius. Verè ergo Ioannes à Domino commendatur, quod propheta ſit,& pluſquã propheta. Quis enim prophetarum in vtero conditus materno, prophetico illuſtratus eſt lumine ? Nemo vtique. Porrò Hieremias,atque Daniel pueri prophetãt & nõ ſine miraculo. At quãto maiori Ioãnes prophetauit nõdum natus? Cuius reitum demum fidẽ habebis, quando Chriſtum deliteſcẽtem ſub virginea vteri clauſula à Ioanne fuiſſe cognitum, in illoque exultaſſe, illumque fuiſſe reueritum, aduerteris. Nam hæc luminis, prophetici opera ſunt. Et quæ clanculum in ſecreto maternorum viſcerum exhibuerat dein eremi iam cultori palam exhibuit. Denarrat enim Matth. Tũc venit Ieſus à Galilæa in Iordanem,ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis adme ? Et Ioannis. 1. Ego baptizo in aqua,ait, medius autem veſtrum ſtetit,quem vos noſcitis : ipſe eſt qui poſt me venturus eſt,cuius ego nõ ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Et demũ,vt omnia vno verbo cõprehenderet,Ecce agnus Dei,ait,ecce qui tollit peccata mũdi. Hic eſt de quo dixi,Poſt me venit vir,q ante me factus eſt:quia prior me erat,& ego neſciebã eũ. Aſpicis ne,vt adulta ætate prouectus,iã Ioãnes,qđ clãculariter egerat in vtero matris,iã in facie ôrbis ploquitur? Porrò, ait quiſpiã, vt ergo Ioãnes ſe neſciuiſſe Chrm dicit, ſi adhuc ex vtero matris Chrm cognouit,vt dudũ dicebamus? Neſciebat ſanè ex vultu Chrm

Hieremias in vtero ſanctificatur. Ieremiæ. 1.

Non omnis ſanctificatio habet ſpiritus ſcti plenitudinẽ

Exultatio Ioan. in vtero miraculo grandi eſt danda.

Plin. libr. 1. capi. 16.

Lucæ. 1.

Exultatio mentis eſt nõ ſenſus.

1. Cor. 15.

Cur Ioãnes exultauit in vtero.

Lucæ. 1. Eſa. 40.

Matth. 11. Lucæ. 7. Iere. 1.

Matth. 3.

Confenſus euãgeliſtarũ.

Ioannes,cæterum ex ſpiritu ſciebat. Non viderat enim oculis carnis Chriſtum, quã do aiebat,Et ego neſciebam eum : ſed qui miſit me baptizare in aqua ille mihi dixit, Super quem videris ſpiritum deſcendentem,& manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.Cæterum mentis oculis iam diu erat,quod Chriſtum cognouerat Ioannes:quippè ab vtero noue rat:vbi repletus Spiritu ſancto, lumine ,pphetico imbutus eſt, vt verum Chriſtum in vtero à virgine geſtatum agnum eſſe Dei auferentem peccata mundi ſciret. Etiam ſi crediderim lumẽ hoc puerulo Ioã ni affulſiſſe in Mariæ atque Chriſti præſentia,tantiſperdũ exultauit in vtero, poſt modum vero ſublatum eſſe,quouſque teneris ſubannis antra deſerti petiſſet.Exple to nanque miniſterio infantuli,quo reueritus eſt infantulum Chriſtum , naturam pueri reduxit Deus in ordinem ſuum, vt infantulus Ioannes prorſus nihil intellexiſſet,vſque dum adoleuiſſet,iuxta puero rum aliorum naturæ conſuetum ordinẽ. Magna igitur vox hæc eſt,clamans in deſerto.Primo tñ magna ex vocis huiꝰ cõce ptione,magna itidem in natiuitate, magna in infantia , magna in vitæ auſteritate, magna in morum integritate, magna domi intra lares domeſticos agens, magna foris vaſtas colens eremos,magna munere,& prædicandi,& baptizandi magna denique vitæ beatiſsima periodo. At vero perſequamur,ſi iuuat,ſingula quæ propoſuimus,& à natalibus tibi cape exordium. Clariſsima nanque Ioannis fuiſſe natalia ille ſolus dubitabit , qui Lucæ euangelio graphi neſcit oracula. Nato enim Ioanne vide quid dixerint qui natalium teſtes erant. Quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo.Pueri enim huius natiuitas non ſolum vicinos exterruit, ſed longè lateque illius profuſa eſt admiratio. Et mirati ſunt vniuerſi,inquit, & factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Rurſum nato puero Zachariæ os atq; lingua(quæ muta fuerant) quia fidem de naſcituro Ioanne angelo Zacharias non præſtiterat, nato infante aperta ſunt:& loquebatur benedicẽs Deum.Præter hæc quoque,vt in vtero cõditus Ioannes matrem prophetem conſtituit:ita ab vtero natus patrem dono prophetico ornat.Quippe propter natũ puerum,Zachariam Deus ſpiritu repleuit ſancto,vt prophetaret dicens,Benedictus dominus Deus Iſrael. Et puero nato aſpice quid prophetat. Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis.Præibis enim ante faciẽ Domini parare vias eius,ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius,in remiſsionem peccatorum.Nec te moretur Zachariam Ioãnem Prophetam vocandum prædixiſſe, ipſo tamen Ioanne reclamante.Sciſcitantibus enim ſacerdotibus, & leuitis, Quid ergo,propheta es tu?inficiatur ipſe, ſe prophetam eſſe.Atqui, vt alibi ame dictũ eſt, non ſe prophetam ſimpliciter negauit Ioannes eſſe:ſed prophetam illum,dequo Moſes iam olim dixerat, prophetam de gente & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Deus. Rurſum quoque ſi natalia miraris & nati quoq; infantuli nomen , vt mireris oportet,quod ab angelo Gabriele ante conceptũ & natũ puerũ inditũ eſt.Et vocabis nomẽ eius,inquit,Ioannẽ.Quod nomẽ Zacharias diuino actus ſpiritu repugnãtibus cognatis poſtulãs pugillarẽ ſcripſit dicẽs,Ioãnes eſt nomẽ eius. Legimus porro in diuinis ſcripturis plæroſq; ab angelis antè natalia ꝑnominatos fuiſſe,nẽpe Iſaac,Iſmaelẽ,Ioſiã,Cyrũ,& Agag regem ſcriptura prænominat ante natiuitatẽ Numer.24.Etſi nõ oẽs hos ab angelis prænominatos legimus, vt Cyrũ,Ioſiã,Agag:at ſpiritus Dei per prophetas ſuos prænomi nandos duxit. In euangelicis tñ ſcripturis duos duntaxat priuſquam naſcerẽtur ſuis nominibus donatos reperias,& ſeruatorẽ humani generis Ieſum Chrm,& præcurſorẽ eius:cuius natiuitatẽ hac nra declamationeverſamus.Et haud dubiũ nõ citramo mentũ grauiſsimum ab ſpiritu ſancto hoc geſtum

Asu orden y curso nal:

Ioannẽsin õnibus Magnus.

Lucæ. 1.

hizo Pasmo

Propter Ioãnem matrẽ & patrem Deus fecit prophetas.

Ioan. 1.

Deu. 18.

Lucæ.1.

Gene.17. Gene.16. 3.Reg.13.

geſtum eſt: ſiquidem Ioannes Chriſtum nõ ſolum naturæ cognatione ſibi copulat quin etiam & gratiæ dono ſequitur. Quã obrẽ qui natura humana Chriſto erat cõſanguineus,& quod gratia ſit ſimilis,&no mine quoq; oportet, vt cum Chriſto cõ ſortium habeat. Nã Chriſtus ſaluator eſt, Ioannes vero,gratia Domini eſt. Atqui in ter ſaluatorem & gratiam eximia eſt con ſenſio. Gratis enim iuſtificati ſumus , & non ex operibus iuſtitiæ,quæ fecimus nos ſed ſcdm ſuã miſericordiam ſaluos nos fe cit. Gratia ergo Dñi pręcurſoria eſt ad ſalutẽ noſtrã,vt Ioannes pręcurſor ad Chri ſtum. Ioannes igitur,qui Deo gratiſsimus eſt gratiam nomine gerit, gratiam verbo prædicat. Pœnitentiam,inquit, agite appropinquauit enim regnum cœlorũ. Gratiam digito demonſtrat. Ecce,inquit, agnus Dei , ecce qui tollit peccata mundi. Quaſi dicat,En vobis innocẽtiſsimus agnus,qui ſemetipſum offeret gratis in victi mam ſalutarem pro peccatis totius mundi, qui dilexit nos, & lauit nos ſanguine ſuo:& traddet ſemetipſum ꝓ nobis oblationem & hoſtiam Deo,in odorem ſuaui tatis. Gratiam deniq; proclamauit diuinã Ioannes in deſertis agens. Eſt enim vox clamantis in deſerto,Parate viã Domino. Didiciſti iam per hæc quam præclara ſit Ioannis natiuitas, quam præclarum quoq; ſit nati nomen, quantaque vicinitate & natus & nomen nati cum Chriſto iungãtur. Magna ſiquidem conſenſio eſt inter lucem,& lucernam , inter Dñi præcurſorem,& ipſum Dominum. Chriſtus autem lux eſt vera,quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum. Ioannes verò lucerna eſt ardens,& lucens,vt Gabriel Zacharię prædixerat in hęc verba. Et multos filiorũ Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum,& ipſe præcedet ante illũ in ſpiritu & virtute Eliæ,vt conuertat corda Patrum in filios,& incredulos ad Prudentiam iuſtorum parare Domino plebem perfectam. En tibi Ioannis munera ab angelo prænunciata. Quæ omnia ipſe opere compleuit: & omnis populus, ait, Lucas audiens iuſtificauerunt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis. Baptiſmus nanq; ille præparatio quędã erat,& veluti meditatio egregia,ad Chriſti baptiſmum. Et enim Ioannes etſi tingebat aqua corpora, mentem tñ peccatorũ ſordibus nõ abſtergebat. Erat quidẽ ad peccatorũ remiſsionẽ,quã tamen ipſa Ioannis ablutio nõ donabat,ſed ipſa baptizandorũ pœnitẽtia cõ ferebat. Baptiſmus ergo Ioannis non regeneratio mentis erat,ſed ad illam regenera tionẽ ſuſcipiẽdã diſponebat. Quam obrẽ quod agebat,exterius erat,interius tamen operabatur nihil. Vnde neque verba,quibus baptiſmus ille à Ioanne celebrabatur, quæ fuerint,per ſacra ſcripta admonemur vt neq; de ſacramẽtis alijs vetuſtis, quibus verbis agebantur erudimur. Quippe cum vmbra eſſent verbis non egebant,ipſo ſolum ritu agendi contenta. Tametſi Ioannis baptiſmum in nomine Chriſti venturi celebratum fuiſſe quorundam extat ſententia,vt baptizandi ad Chriſti notitiã, & amorem inflammarentur. Sed quale quale hoc fuerit Ioannis baptiſmus non ſacramentum erat,ſi propriè vocem ſacramenti obſeruas,ſed potius ſacramentale quoddam inſtruens & adornans homines , ad verum baptiſmi Chriſti ſacramentum. Sacramentalia enim eatenus appellanť eccleſiæ quidam ritus,quatenus ad ſacramenta viam parant:qualia ſunt exorziſmi , & catechiſmi,quibus pueri inſtruũtur,vt ex lauacro aquæ ſub verbo vitæ proluãtur. Ioannes autem in colliminio vtriuſq; legis nouæ,& veteris interfuit. Fuit nanque decidentium vmbrarum legis finis: & nouæ exordientis Chriſtianæ lucis initiũ. Quare Dominus lex ait & prophetæ vſque ad Ioannem:vnde aperto ſermone regni cœlorum Ioannes meminit. Pœnitentiam, ait,agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Id quod nuſquam expreſſa voce in Moſaico legimus inſtrumento, etſi paſsim in nouo , quanquam alicubi inſinuatur,vt in libro ſapientiæ, & Tobiæ, &

Rom.3. Eph.2. Tit.2.

Baptiſmus Ioannis corpus lauabat nõ mentem

Matthæ.3. Ioan.1. Lucæ.3.

Quæ fuerit forma baptiſmi Ioannis non legitur in ſacra ſcriptura.

Epiſt.3.

Eſai.40. Ioã.1. Mar.1.

Ioan.1.

Ioannes colliminiũ vtriuſque legis. Matth.11. Lucæ.7.

Matthæ.11. Lucæ.7. Ioan.1. Ioann.3.

Matth.3.

Lucæ.7.

Tobie.1. 2.Mach.7. Sap.5.

Machabæorum & alibi. Non tamen regnum cœlorũ inibi exprimitur. Id quod Ioannes vt nouus orbis Lucifer,depellens iam veteres vmbras,clara proclamauit voce. Veteris autem legis ruinam nõ tacuit. Nam quid eſt illud, quod,ait,Iam ſecuris ad radicem poſita eſt,niſi hoc ipſum quod in manibus verſamus,cęremonias Moſaicas antiquosque ritus,iam iam abolendos eſſe ſub Chriſto?Erat igitur Ioannes terminus vmbrarum, & lucis initium. Ideo Gabriel patrem admonens de clariſsimo munere nati Ioannem docet couerſurum corda patrum in filios,ideſt ſanctimoniã, & ſynceritatem illam,quam patres, & Iudæorum maiores vt prophetæ,& Patriarchæ obſeruarunt,in diuino præſtando cultu,hanc ipſam ex Ioannis opera tranfundendã in Ioannis coæuos Iudæos. Non quod ipſe hoc per ſe præſtitit, nam ſolius Chriſti eſt iſtud præſtare patrum corda, transferre in filios,aut incredulos trahere ad prudentiam iuſtorum. At vero Ioannes verbo ardentiſsimo, & exemplo in corruptiſsimo ſyncerrimè inſtruxit mortales homines,& Chriſto Domino, ſtrauit diuinam viam. Ideo ait, Parare Domino plebem perfectam. At Ioannes non perfecit dño plebẽ,ſed parauit. Parauit autem,quia teſtante Domino à diebus Ioannis Baptiſtæ vſq; nunc,regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiũt illud. Quippe ſimul atque prædicare cœpit Ioãnes, regni cœlorum notitiam mortalibus patefecit, & ad illud capeſſendum hominũ inflammauit corda,verboque Ioannis auditores inſtructi illò iam ardens eorum tendebat affectus. Erat enim Ioannes lucerna ardens,& lucens:vt luce illuſtrans, ardore inflammaret auditorum corda. Quam obrem publicanos (qui longè videbantur à regno Dei diſtare) ad illius tamen deſideria etiam accendit Lucæ. 3. Venerunt autem,ait,& publicani,vt baptizarentur.Et.7.Publicani iuſtificauerũt Deũ. Itidem & milites qui & petulantiſsimi, & atroces ſolent eſſe,ad Ioannem ſe conferunt:vt formam vitæ illis perſcribat,regni cœleſtis rapiẽdi gratia.Itidem & turbæ & promiſcuũ vulgus quod alioqui cœleſtia ſapere minus videtur & propter vilitatem perſonarum regno Dei aſſequendo ineptitudinem præſefert.Neq; ſolũ regna cœlorum verbo demonſtrabat Ioannes,vt afficeret,humana corda ad illa quærenda, quin etiam & æterna oſtẽdebat ſupplicia, vt à peccatis deterreret.Congregabit,ait, triticum in horreum ſuum: paleas autem cõburet igni inextinguibili. A diebus igitur Ioannis baptiſtæ regnum cœlorũ vim patiebatur.Quod enim non exoptabatur, quia neſciebatur,demonſtratur, & vehementiſsimè efflagitatur. Cuius ardentiſsima efflagitatio eſt, vis cuiuſdã illatio. Tametſi Albertus magnus commen. ad Matth.capitu.11.in diuerſum traxerit ſenſum Domini verba. Regnum cœlorum vim patitur à diebus Ioannis baptiſtæ:quia ſub prædicatione Ioannis regnum cœlorum vim infert hominibus.Quippè verbo Ioãnis admoniti homines Iuſtitiam,pacem, ſanctimoniam ſectari cæperunt:quæ ſunt regnum cœlorum. Non enim eſt eſca & potus,ſed Iuſtitia,& pax,& gaudiũ in Spiritu ſancto. Quæ quidem nemo aſſequi poterit,niſi violentiam ſibi inferat : quæ corruptos naturæ affectus reprimat. Propterea violenti rapiunt regnum Dei. Sed vt ſemel dicamus Ioannes & regnum cœlorum demonſtrat,& medium, & viam, qua pergendum eſt regno huic aſſequendo,patefecit.Quæ eſt pœnitentia peccatorum:& regni cœleſtis autorem & largitorem oſtendit Chriſtum eſſe dicens,Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Eo enim peccata tolluntur, vt regna cœleſtia conſequãtur hoies.Et reuera regna cœleſtia inferũt hominib⁹ vim,& homines ipſis quoq; regnis cœleſtibus vim inferũt. Nã qd eſt illud,Cõpelle eos intrare?& quale illud quoq; eſt,Nemovenit ad me,niſi pater meus traxerit eum?Etenim, quæ pulcherrima,quæ optima, citra vim, vim faciũt: vt nos ad ſe trahãt. Qualia regna

Locus euangelicus exponitur.

Matth.11.

Ioãnes Chriſto parauit plebem.

Rom.14.

Ioannes regna cœlorũ demonſtrauit & viam per quã ad illa tendendum ſit.

Lucæ.14.

Ioan.6.

gna cœleſtia ſunt. Et rurſum cõmemorante Pſalmo. 143. Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, ꝙa reputas? eũ & merito quęrebat. Homo em̃ vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prætereunt. An non vim faciũt regno cœleſti, homines alioqui vaniſsimi, vmbratiles, & nugaciſsimi, & demũ corruptiſsimi, ſi cœlum contendant? Quæ enim conſenſio vanitatis humanę cũ cœleſtis regni veritate? Hoc enim naturæ eſt, vt vnum quodq; illò tendat quò ſimilitudinem & æqualitatẽ ſibi reperiat, vt leuia alta petũt, & grauia ima. Qua ꝓptervaniſſimos vana petere naturale eſt. At vero violẽtũ videt nõ vana ſed ſolida, nõ peritura, ſed æterna ſi quærant, vim em̃ facere videtur, Aliena ſibi, & peregrina rapere qui cõtẽdunt loca. At vero ſi iſtud naturæ corruptæ hominis eſt, vt regna cœleſtia ſibi nõ cõgruãt. Diuinæ tñ gratiæ eſt, quæ hominibus regna cœleſtia facit germaniſsima, docẽte Chriſto Matth. 21. publicani, & meretrices prędecẽt vos in regno Dei.

Vitæ Ioannis progreſſus cõmendabilis valde eſt.

¶ Quod ſi vitæ progreſſum Ioannis exactius differimus, nihil in illo offendemus, ꝙ vndecũq; ſpectetur, non nos trahat, nedũ ducat vt veneremur Ioãnis geſta admiraculũ vſq;. Dixit aũt Lucas. c. 1. de Ioãne loquẽs, Puer aũt creſcebat, & confortabatur, ſpiritu: & erat in deſertis vſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Creſcebat ſanè ætate, confortabat̃ ſpiritu & mẽte, & erat in deſertis vtroq;. In deſertis aũt agebat vt non vnicum locũ ſibi Ioannes diffiniuiſſe putes, vt & Ioannes Euangeliſta inſinuat. ca. 10. Et abijt, inquit, iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioãnes baptizans primum. Porrò vt Beda eſt autor viginti annis Ioannes eremicola fuit: & decimo anno antra penetrauit deſertorum. Et Euangelium Nazaræorum tradidit Herode quærente ad necem pueros Zachariã occiſum ab Herode: quod abſcondiſſet Ioannem Baptiſtam filium ſuum. At vero Heliſabeth tyrannidem Herodis euadere laborans deſerta petit ſociata Baptiſta.

Ioannes annis viginti fuit eremi cultor.

Quæſita tamen à ſatellitibus Herodis diuino miraculo in rupe latibulũ inueniens diem clauſit ſupremum ibidem: ſuperſtitemq; Baptiſtã in deſerto reliquit. Iſtud autẽ qua facilitate dicitur, eadẽ quoq; reijcitur. Quãobrẽ nõ ab Euãgelio Nazaræorũ magnifica Ioãnis acta ſed ab Euãgelijs ſanctorũ Euãgeliſtarum petamus. In deſertis ergo puer adhuc cõmorat̃ cauernas, & ſpeluncas diuerſare nõ formidat: vrbiũ proceres, & picturatas domos fugit: & parẽtum ſuorum (qui ambo iuſti erant ante Deum, incedẽtes in omnibus mãdatis, & iuſtificationibus Dñi ſine querela) vitã & mores tranſcẽdere cupiẽs, domeſticos deſerit lares, Angelorum potius amãs commercia, q̃ ciuilia ſolatia. Locuſtis veſcitur, camelorum ex pilis cilicinis cõtextis veſtibus ſe amicit, melle ſylueſtri paſcit, mero aut ſicera nõ potatur, ſed limpidas & puras ebibit aquas. Camelus autẽ animal eſt immũdum, cuius eſus Iudęis lege erat prohibitus: id quod quia erecto gradit̃ collo ſuperbiæ eſt indiculum. At ex huius aãlis pilis veſtẽ ſibi cõtexuit Baptiſta. Etem̃ gẽtes ſuperbas, & immundas Ioannis ſermo erat emolliturus, & tumẽtẽ Iudæorum faſtum phariſaicaq; turgẽtia ſupercilia verbo illo cõtriuit, Ne velitis dicere intravos patrẽ habemus Abrahã. Dico em̃ vobis, q̃m potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, gẽtium vocationẽ inſinuãs. Locuſtarum autẽ eſum lex nõ prohibuit. Leuitici em̃. 11. locuſta & bruchus & hoc genus inſecta alia in edulium permittuntur, Iudæis. At cũ locuſta, quę apud nos eſt ſit animalculum ineptum eſui, & venenoſum à plęriſq; ducit̃, quod ſolum ineunte vere extat, & ad finẽ vſq; æſtatis ſolum per durat: mirum videbitur fortaſſis, vt locuſtę perpetuus erãt Ioãnis cibus. At locuſtarum eſſe genera varia nouus repertus orbis indicat. Nam teſtante Indorum hiſtoria locuſtarum apud eoſdẽ frequẽtiſsim⁹ eſt ad cibũ vſus, adeò, vt cõmercia locuſtarũ celebrent̃, & cõmercij gratia à locis quibuſdã in alia tranſportentur, ſale

Euangeliũ Nazaræorũ de Ioanne.

Camelus quid tropologicè ſignificet.

Matth. 3.

Locuſta vt cibus fuit Ioannis.

illas condientes, ne putredine vitientur. Mecum quoq; facit Hier. qui. 2. lib. aduersus Iouinianũ fatetur locustis terrestribus animalculis, quibus Arabes vtuntur, Ioan. vesci. ¶ Quidam vero multa excogitarũt figmenta de locustis istis, quæ illis relinquo. Atqui, vt Gregorius admonet. 31. moralium Iudaicam nationem, locusta adumbrat. Locustæ enim saliunt, & altũ volant: at post saltum & volatum proximus expectandus est lapsus. In quem propemodum mos Iudaicus abijt, spe volabant in Christum absentem: quo tamẽ præsente in perfidiam lapsi sunt. Et quem deniq; futurum amabant coram habentes, & quẽ quærebant despexerunt. Talia sunt ergo nostri Ioannis edulia: talia sunt præcursoris Christi obsonia, qualia descripsimus hactenus. Quia infidam Iudæorum mẽtem ad prudentiam traxit iustorum: & patrum corda conuertit in filios. Neq; mysterio vacat, q; locustis mel sylueſtre Ioannes iunxit. Mel autem sylueſtre diligentia humana non paratur, sed sola apum sagacitas, & opera inter sylueſtres, & incultas arbores, aut in abruptis montium scopulis condit. Etenim ante Ioannis tempora rudis erat fides, de Messia venturo: & sylueſtrem recte fidem tunc dixeris, inter cæremonias vmbratiles enutritam. Dulcis sane fides, illa at inculta fides. Dulcis quidem, quia de Christo erat, inculta vero, quia subruditate legis agebat. Tunc autem coli cœpit, quando Ioannes clamare incepit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Accepisti iam, qualis Ioannis cõceptio, qualis natiuitas, quale nomen, qualis vitæ profectus, qualis vitæ cultus, qualis demũ prædicatio. At vero, quid est quod ego in prosequendis Baptistæ laudibus moror, quẽ vates ille Malachias iam pridẽ præsentiẽs, nõ hominem, sed Angelũ dixit esse? Ecce, inquit, mitto Angelũ meũ ante faciẽ tuã: qui præparauit viã tuã ante te. Quod vaticiniũ, ne quispiã in diuersum quã exigebat torsisset sensum Marcus Christi Euãgelista, de Ioãne baptista intellectũ cũ cæteris voluit. Et non defuit magni nomi nis vir, qui Angelum verè & non hominẽ Ioannem dixisset esse: qui fuit Origenes. Porro Angeli non nascuntur, aut concipiuntur, vt Ioannes conceptus atq; natus est. Angelus itaq; non natura, sed munere est Ioannes, ex qua ratione Eliam, quoq; illum Dominus appellat. Et si vultis, ait, recipere, ipse est Elias. Id quod Gabriel Archangelus iam præmonuerat. Ipse, ait, præcedet ante illum, in spiritu, & virtute Eliæ. Etenim austeritate vitæ cultus, & ex diuino zelo, atq; ex diuinæ religionis feruore, & ex verbi diuini libera & non pauida diuulgatione, Ioannes, Eliam retulit. Ecclesiasticus nanq; tradidit liber. c. 48. & surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardẽs. Quanquã in miraculorum operatione Eliam Ioannes nõ retulit. Etenim Ioannes signum fecit nullũ Ioan. 10. Quibus tñ Elias claruit. Angelus igitur Domini, germanissima nomenclatura Ioãnes à Malachia nominat: quippe qui Christũ iam adesse nũtiauit orbi, & multa quidẽ & alia exhortans, euangelizabat populo Luc. 3. Quod si sacerdotes Deo ministrãtes Angelico donãtur nomine Malach. 2. quid quod is ipse vates Ioanne Angelico quoq; ornasset nomine, quã doquidem filius summi sacerdotis Zachariæ fuit Ioãnes: non solũ hoc quinetiã minister pastorũ & põtificũ omniũ principis Christi futurus erat? Porro si hãc summã ducis esse laudem, si illã seruatoris Christi encomio contuleris, minimã esse reputabis. Quid, ait, existis videre in desertũ? arũdinẽ vẽto agitatã? sed quid existis videre? hominem mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiũtur, in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? prophetã? Etiã dico vobis, & plusquã Prophetã. Dico enim vobis maior inter natos mulierũ prophetа Ioãne Baptista nemo est: etsi Matthęus aliter extulerit verba Dñi, Amẽ dico vobis nõ surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptista. Quibus verbis à diuino verbo Christo Ioãnes singularibus prę-

Locusta quid significet tropologicè.

Ante Ioannem rudis adhucfides.

Marci. 1. Matth. 11. Lucæ. 7.

Lucæ. 1.

Ioannes cur appellatus Elias.

Ioãnes nullũ fecit miraculum.

Ioãnes cur Angelus domini.

Laudes Christi de Ioanne.

tollitur, adeò, vt natorum ex mulieribus nullus illi prę ferat ur: natorũ, inq̃ ex mulieribus interueniẽte naturali masculi, & fœ
Ad Gala. 4. minę concubitu. Secundũ quem morem Christus nõ ex muliere natus est, qui alioqui ex muliere factus, sed cõceptus est, ex Spiritu sancto. In quẽ modũ Hiero. libr. 2. cõ. ad Matth. expositi. c. 11. Natorũ ergo ex mulieribus iuxta naturæ ritũ Ioannes & cõstantia morũ, & austeritate cultus, & dono prophetiæ nulli secundus. Dñs em̃ nõ dixit Ioãnẽ maiorẽ esse cũctis: at dixit non surrexisse Ioanne maiorẽ vt Hieron. expẽdit loco indicato. Primũ horum prima dñi indicãt verba. Non enim Ioannes erat arũdo agitata vẽtis. Nulla siquidẽ vẽtorũ procella, illũ à via Dei diuertere potuit: q̃ sanguine suo fuso testatus est, ab Herode decollatus. Austeritas aũt cultus etiã fuit in Elia, cuius cultũ scriptura describit. 4. Regũ. 1. asperũ extitisse. Vir enim pilosus, idest pilosam habẽs vestẽ, & zona pellicea accinctus renibus cõmemorat. Sed hæc quid ad Ioãnis asperitatem, si conferãtur. Et vt semel dicam, nullũ scripturæ denarrant, qui ineunte tenera ætate ad intimos deserti recessus tanta parsimonia victus, & vestimentorũ vteretur, vt Ioãnes. Qui alioqui ex nobili prosapia natalia ducens, etiã delicatissimis vti poterat. Quia ergo aulicorũ est mollia atq; delicata amare in victum, & vestem, propterea Dominus inquit, Qui mollibus vestiũtur in domibus regũ sunt, sub veste molli omnẽ victũ delicatũ subintelligẽs. Postremo in re prophetici luminis Ioãnẽ cõmẽdat, illum plusquã prophetã esse affirmãs: idest cunctis prophetis præferẽdũ docet. Nã cęteri vatũ cecinere tm̃ corde præsago iubar affuturũ: tu quidẽ mundi scelus auferẽtẽ, indice prodis. Ob hãc igitur causam, q̃ hymnus Ecclesiasticus exponit, & ob eã quoq; q̃ supra indicaui, Ioãnes æquissimo nomine cæteris anteferẽ prophetis. Atq; laudes tã magnificas tãq; excelsa Ioannis prędonia vnũ est dñi verbũ, qđ prioribus nectit, qđ eleuare illa videt. Ait em̃. Qui minor est in regno cœlorũ, maior est illo. Quid ergo si minim⁹ q in regno cœlorũ est Ioãnẽ præcedit qđ tãtis Ioannes celebrat encomijs? Et planè verba Dñi plana nõ sunt, vt peruiũ habeãt intellectũ. Hieronymus nãq; Algasiæ scribẽs caput Matthæi disserẽs vndecimũ, de Angelis sermonẽ Dñi intellectũ voluit, Angeli nãq; qui vidẽt faciẽ Dei in cœlis, hominibus præstant: etiã si de minimo Angelorũ sermo vertat. Atqui si de natura Angelica ratio habeatur, illã nobiliorẽ esse humana natura sanè hæsitat nemo. Cæterũ de natura non est cur differatur, secũdũ q̃ etiã & dæmones cunctis hominibus sunt digniores. Alia igitur nobis quęrẽda ratio est, si de Angelis cum Hieronymo locus præfatus interpretandus est. Etenim domino docente quæ proposuimus verba, Angeli sancti beatitudine fruebantur: quã id temporis Ioãnes nõ erat adeptus. Erat nanq; viator, & non cõprehensor. Certum est aũt vel minimum beatorum expensa beati status ratione, an testare omnibus viatoribus, quantalibet sanctitate fulgeãt: & in lib. 2. com. ad Matthæ. 11. c. de minimo beato verba Domini intellexit Hiero. itidẽ & Chrysost. Porro cũ Christus hæc aiebat (exceptis Angelis) in cœlo beatus nullus erat. ¶ Sũt prætrea qui interpretẽtur de Ecclesiasticis ministris, quorũ est sacramẽtorũ administratio. Quorũ minimũ præferũt Ioanni non ex meritis p̃sonæ: sed ꝓpter statũ, q̃ est ad remittẽdũ peccata, & ad reserandas cœlestes ianuas. Cui⁹ rei gratia illis collatę sunt claues regni cœlorum: quæ Ioãni nõ sunt collatæ. Sũt alij, q̃ discipulos dñi quippe q̃ miracula ediderunt ex miraculorũ gratia dũtaxat Ioãni præferũt. Mihi vero qđ magis arridet est se Christũ minorẽ in regno cœlorũ vocasse: ꝙa vet⁹ extat de Chr̃o vaticiniũ, Ego vermis sum, & nõ homo, opprobriũ hoĩm, & abiectio plebis. Et minoris faciebãt Iudæi Christũ, q̃ Ioãnẽ. Quippè Ioanni agẽti in deserto suos proceres legatos illi miserũt, vt interrogarẽt illum, Tu quis es? Ioã. 1. Christo vero nullã legationem

Euãgelicus locus obscurus explicatur ex Matthæ. ca. 11.

Psalm. 21.

Iudæi minoris pẽdebãt Christum quam Ioannem.

tionem fecerunt. Etenim in Ioanne vitæ sublimem nouitatem, claraque stemmata admirabantur. Erat enim pontificis filius: Christum vero quem fabri filium esse docebant, non tanti faciebant, quanti Ioannem. Sermo ergo domini, Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo, non de regno æterno habendus est, sed de synagoga (quæ tũc Ecclesia erat) cuius bona pars Christum non tanti æstimabat, quãti Ioãnem. Idcirco se minorem vocat, secũdum reputationem vulgarẽ, subaudi. Qui mos loquendi familiaris est diuinis scripturis, quæ res sæpe nominant non secundum ꝙ veritas exigit, sed secundùm ꝙ hominum opinio fert. Non ergo verba Domini hęc Ioannis gloriam deprimunt, imo extollunt. Quandoquidem se solum illi prætulit dicens, qui minor est in regno cœlorũ maior est illo. Quasi dixisset apertius ego, qui æstimor minoris quã ille à vobis, omnibus modis illum antecello. ¶ Verisimè igitur Gabriel Angelus de Ioanne prædixit, Erit magnus coram Domino Lucę. 1. Magna nanq; sunt, imo maxima, munera diuina, quibus Ioannes locuples est. Obserua autem non ieiunè dixisse magnus: adiecit enim, Coram domino. Etenim coram hominibus etiam magnis, magnitudinẽ habere, nihil est, quod miremur. At coram Deo quicquam magnitudine precellere, istud est miratu dignissimum. Et miraberis vehementius, si Esaiæ. ca. 40. recolueris: vbi, Ecce, inquit, gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum staterę reputatæ sunt. Et post hæc, qui dat secretorum scrutatores, quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit. Si ergo vniuersa nihilũ sunt ante Deum, quid est, quod Ioannes magnus traditur futurus coram domino? At vero aliud est seculi magnitudo, & prosperitas. Quæ quia in dies labefactatur nihili ducenda est. Aliud vero est gratiæ diuinæ excellẽtia, quã tametsi mũdus odio habet, illãq; nauci facit, Deus aũt amat, & honore prosequitur. Omnis em̃ caro fœnũ est, & omnis gloria eius tanq̃ flos fœni: at vero spiritus nõ est tanq̃ fœnũ, neq; gloria eius tanq̃ flos fœni. Spiritus em̃ est qui viuificat, caro vero nõ prodest quicq̃. Tanq̃ momẽtũ em̃ sunt stateræ, & tãquã stilla situlæ, quæ cœli ambitu comprehendũtur. At vero quæ cœlestẽ excedũt ambitũ, neutiq̃ momẽto cõferenda sunt. Ecclesiastes em̃ quę sub sole sunt vana esse dixit, nõ quæ supra solem. Ioannes ergo magnus corã Dño ab Angelo prædicit, nõ secundũ mũdi leges, aut secũdũ mũdanã põpã, quę instar bullarũ, quas stillicidia tecto rum in aqua excitãt, est: at secũdùm gratię priuilegia, quæ ordinẽ naturæ superãt Ioãnes magnus est. Et dignissimè in præclara magni huius pueri natiuitate, gaudẽdũ nobis est fratres dilectissimi, & quid ni, siquidẽ Angelũ monẽtẽ audiamus, Et erit gaudiũ tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebũt? Iustis nãq; nominibus hi gaudẽt, qui tenebrosa tenentes loca lumine illustrãtur, qui rursum captiui tenentur libertatis certissimo nũtio reficiuntur: & demũ oẽs, qui mœrore afflictãtur ex certa spe futuri leuaminis, exhilarãtur. At Ioãnes tanq̃ lucerna ardẽs, & lucẽs illuminauit eos, qui in tenebris erant. Et tanquã lucifer nouus prænũtiãs aduentantẽ iam solẽ Christũ, prænũtians rursum libertatẽ à peccato, & Satana, deniq; prænuntiãs omnem mœrorem sub Christo esse depellendum immenso gaudio perfudit orbẽ, quo ipse quoq; Ioãnes primum perfusus est. Nã qui habet, inquit, sponsam sponsus est, amicus aũt spõsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet, propter vocẽ spõsi. O beatissimum amici sponsum, qui ante quàm amicum videre liceret ad spõsi vocẽ gaudet, & mẽte tripudiat. Ecce, inquit, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Exultat sanè infans in vtero Elizabeth ad vocem Mariæ, nam vox Mariæ, vox pueri Christi erat, quæ trãsfusa per Elizabeth aures, pueri internas mentis aures affecit, & dulcissimè sonans, gaudio, spiritus & exultatione infantilẽ prætergreditur naturam.

Scriptura sæpè vocat res ex vulgi opiniõe, nõ ex naturæ veritate.

Quomodo Ioannes magnus coram Domino.

Collatio ad uertenda.

Ioan. 5. Lucæ. 1.

Ioann. 3.

Luc. 1.

Magnifica de Ioanne præconia.

Nihil magnum corã Deo & cõciliantur scripturæ quæ videtur collidentes inuicem.

Esai. 40. Ioann. 6.

turã. Gaudeamus igitur, & nos in tãti pueri clariſsimis natalibus. Naſcitur em̃ nobis hodie vitæ magiſteriũ, ſanctitatis forma, iuſtitię norma, virginitatis ſpeculũ, pudicitiæ titulus, caſtitatis exẽplũ, pœnitentiæ via. Et vt cũ Chryſoſtomo dicamus Ioannis cõuerſatio oĩum hominũ vitã culpabilẽ fecit apparere. Quemadmodũ candida alioqui pulchra niui collata ſordeſcũt: ita iuſtiſsimi quiq; mores Ioãnis moribꝰ collati obſcurantur. Et merito ſanè tot tãtiſq; ſingulariſsimis dotibus præ ſanctis cæteris Ioãnes fulget quippè quẽ Chriſtus in præcurſorem, ſuũ in præconẽ, baptiſtãq; ſuũ elegit. Porrò aũt vt finẽ orationi meæ imponã, vos admonitos vellẽ, vt ſi vocem hãc clamãtẽ diuinitus ſuſpicimus, & vt par eſt reuerẽtiſsimè colimus, huic ſedulo etiã obtẽperemus voci nobis clamãti auresq; nr̃as nõ auertamꝰ à beatiſsimę huius vocis clamoribus. Clamat em̃, Parate viã Dño: rectas facite ſemitas eius. Parabimus autẽ dño viã, ſi nõ indiligẽter offendicula (quæ ſunt peccata) à nobis ſubmoueamus: q̃bus ſubmotis, gratia Chriſti donabimur: & hę redes erimus Dei, cohæredes aũt Chriſti. Ad Rom. 8

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 41.

Cultũ idolorum vanum eſſe oſtẽdit vaticinium hoc.

TACEANT ad me inſulæ.[a]) Huius capitis argumentũ ferè idem eſt cũ priori: idolorũ em̃ cultũ vaniſsimũ eſſe demonſtrat, vt prius. Propterea inquit, Taceant ad me inſulæ, ideſt facto omniũ ſilẽtio, audite me inſulæ, ideſt gẽtes oẽs ſumitur em̃ pars p̃ toto. Audite me, vt querar, ſcilicet, devobis, q̃d nulla ratione moti idola colitis, me relicto. ¶ *Et gẽtes.*[b]) Ideſt, reſumite vires nouas vt ſi quid habetis, q̃d falſę veſtræ religioni ſuffragetur, proferatis. Accedite igitur, & loquimini, & mecũ agite, ſuper hac re. Ineffabilis vtiq; eſt Dei benignitas, quæ ad diſputationem homines vocat: & quod ipſe potentia ſola præſtare poteſt, ratione euincere vult, certo ſciens neminem illi vnum pro mille in iudicio reſpondere poſſe. Eſt enim homo nihil Deo comparatus. At vero humanæ fragilitati ſeſe attemperat, vt iudicio cum hominibus contendere velit. ¶ *Quis ſuſcitauit.*[c]) Quis fuerit iuſtus hic, interpretes huius loci non ſibi conſentiunt. Hieronymus enim Chriſtum eſſe expoſuit, qui natus in Iudæa ex oriente ſuſcitatur? Iudæa nãq; oriẽtalẽ ſitũ habet. Aut quia oriẽs eſt nomẽ eiꝰ. Suſcitauit ergo eũ Deus pater, q̃n verbũ caro factũ eſt: & vocauit pater filiũ ſuum, vt ſequeretur, ſe ad Hebr̃os. 10. Ingrediẽs mundũ dixit, holocauſta & p̃ peccato nõ tibi placuerũt. Tũc dixi, Ecce venio: in capite libri ſcriptũ eſt de me, vt faciã Deꝰ volũtatẽ tuã. Subſcripſit Hieronymo ĩter linealis gloſſa: & quæ ſequũt̃ in Eſaia ſatis huic expoſitioni cõcinũt. Hebr̃i vero, & catholicorũ quidã, in Abrahã referũt: q̃ à Chaldæa vocatus eſt ad fidẽ, alioqui ex idololatris parẽtibus ortũ ducẽs, & cũ illis cõſuetudinẽ gerẽs, per fidẽ tñ iuſtificatus eſt, & ſuſcitatꝰ à Deo Gen. 15. & ad Rom. 4. Credidit, aĩt, Abrahã Deo: & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Iſtud em̃ iuſtitiæ eſt p̃cipuũ opꝰ, vnicuiq; reddere q̃d ſuũ eſt: vt in

TACEANT ad me inſulæ,[a] & Gentes[b] mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur ſimul ad iudiciũ propinquem[c]. Quis ſuſcitauit[c] ab oriente iuſtum, vocauit eũ vt ſequeretur ſe?

Zach. 3. Ioann. 1.

Deus ſe attemperat humanæ fragilitati. Iob. 9.

Abrahæ vocatio.

iuſtitiæ

iustitiæ est tollere. Abraham igitur per fidem iustificatus est. Credēs em̄ in vnicū verum Deum, & illum vnicè amans, præstitit Deo quod suum erat. At idololatræ sunt iniusti nam Deo & debitum, & singularem, subtrahē tes honorem, creaturis impēdunt. Quid autem liber Iosue de hac re tradiderit ca. 24. Accipite. Transfluuium, ait, habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, seruieruntque dijs alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum ad terrā Chanaam. Est porrò Chaldæa orientalis regio si ad Iudæam contuleris illam: idcirco ab oriēte & suscitatus, & vocatus Abraham scribitur. Vocationem autem hanc in Genesi duodecimo legimus. Dixit autem Dominus ad Abraham, egredere de terra tua, & de cognatione tua. Quantum autem vocatio hæc nobilitauerit Abraham verba subsequentia eiusdem loci demonstrant, faciamque te in gentem magnam: & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum. Et Ecclesiastic. 44. Abraham, inquit, magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria: qui conseruauit legem excelsi. Illò vero expectant vniuersa hæc, quæ ad dilucidandum locum hunc congessimus, quò argumentum vnum colligat in idololatras Esaias, Abraham pater vester vnde vestram omnē deprehēditis gloriam, idola reliquit patria, vnde illum ego nobilitaui muneribus nō vulgaribus. Proinde & clarissima in orbe eius rutilat gloria. Illū enim patrē gentiū multarū cōstituit: illiq; reges subieci: & nō solū hoc, quin etiā illius sobolē ad regiam prouexi celsitudinem. Cur ergo si tāti patris gloriamini filiatione, tā diuersum præstatis moribus, quam ipse præstitit? Ille nā que idola patria abiecit, & vos patriam fidem proijcitis, idola amantes, atq; colentes? ¶ *Dabit.*[a]) Apertum est quid velit nam Abrahāsubiecit gētes, & reges. Nā Gen. 14. de narratur Chodorlahomor, & regū aliorū pugna, aduersum Sodomæos: & insignis Abrahæ victoria, quā de quatuor reportauit regibus, & præter hæc Sodomæos strenuè libertate donauit amissa, & Loth cōsanguineū suū, Sodomæāq; illius substātiā reuē dicauit. ¶ *Obtinebunt*, lege pro *obtinebit*, aut *obtinuit.*[b]) Et hostes Abrahæ redegit in pluuerē, & quasi in stipulā. ¶ *Coram gladio Abrahæ, & persequutus est eos in pace.*[c]) Subaudi sua: idest Abrahā incolumis euasit à bello illo, inito cōtra reges quatuor. Et nisi desipio diuino tribuendū esse miraculo censeo, tropheum hoc Abrahæ: Nā non legimus splendidis quibusdam & numerosis copijs, instructum Abraham hoc contra quatuor reges fecisse bellum: sed trecentis vernaculis aggressus est difficilē pugnam, ex qua reges quatuor obtinuit. ¶ *Semita.*[d]) Dixerat Abraham suscitatum & vocatum ab oriente, subdit modo viā ptriuisse Abrahā sibi incognitā, venientē à Chaldæa ad regionē Palestinorum. Vt istud accedat prioris victoriæ miraculo: Deū, scilicet deduxisse Abraham, vt olim per vastas deduxit solitudines Hebraicū populū, Abrahæ sobolem. Solusq; Deus hæc largitus est beneficia Abrahæ. ¶ *Qui vocat generationes ab exordio.*[e]) Idest, qui vniuersa cōdidit in mūdi exordio, & vniuersa quoq; deducet in suā periodū. Estq; ante omnia ideo primus, & nouissimus: quippe omnibus seculis finitis, ipse semper

Abraham Chaldæus.

dabit[a] in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit: [b] dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptā arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace, [c] semita[d] in pedibus eius nō apparebit. Quis hæc operatus est & fecit vocās generationes ab exordio? [e]

Diuina bēneficia collata Abrahæ fuerunt insignia.

Oēs creaturæ etiã Angelicæ mutãtur Deus ſolus immotus in ſe permanet.

per perſeuerabit. Eſt em̃ æternus initio carẽs, & fine. ¶ *Ego*, ait ipſe.[a]) Ipſe em̃ Deus eſt ſemper, ſibiq; ipſiſsimus. Eſt em̃ Deus & nõ mutatur: creaturæ aũt omnes etiam Angelicæ ſuæ mutationi ſunt obnoxiæ. Quare, Angelos omnes ſanctos creãs deus, in diabolos quidam ex illorum numero ſe commutarunt. ¶ *Viderunt inſulæ.*[b]) Tot enim ac tãta cõiecit in Abrahã Deus munera, vt apud exteras quoq; nationes nomẽ ipſius eximiæ celebrareẽ: adeò vt apud idololatras fuerit etiã celeberrimũ. At qui nihilomin⁹ in fæce idololatriæ ſubſederũt.

Ego [a] Dominus, primus & nouiſſimus ego ſum. Viderũt inſulę,[b] & timuerũt: extrema terræ obſtupuerũt, & appinquauerũt,[c] & acceſſerunt: vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur, [d] & fratri ſuo dicet. Confortare. Confortauit faber ærarius percutiens malleo, [e] eum qui cudebat tunc tẽporis, dicẽs glutino, Bonũ eſt: & cõfortauit eum clauis, vt nõ moueatur, Et tu Iſrael [f] ſerue meus Iacob, quem elegi ſemen Abrahã amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis ei⁹ vocaui te, & dixi tibi.

Quanq; Sodomitæ & alij innumeri idololatræ cõpertũ habuiſſent, q; prçclarè geſtũ fuiſſet cũ Abrahã à Deo, quia relicta falſa idolorũ religiõe, ad verã vnius Dei ſe tranſtulit. ¶ *Appropinquauerũt.*[c]) Ideſt nõ erat de gloria Abrahæ leuis rumor, qui ad lõgè ſitas nationes peruolare ſolet, vnde indignus ſæpè fide reddit: ſed famavera erat q ipſi idololatræ cũ Abrahã tractãtes, & Sodomitæ cæteræq; nationes cõfines, certo experti ſunt. Cæterum ea eſt peruicacia humani cordis, vt tametſi miracula diuina oculis deprehendat, adhuc obdureſcat. Et hoc eſt quod ait. ¶ *Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur: & fratri ſuo dicet confortare.*[d]) Ideſt cõſpiratum eſt ab hominibus ad cõflãdũ idola, & tuendũ illa. Ita & olim AEgyptij mirabilibus plagis percuſſi à Deo, nihilominus tenaces ppoſiti extiterũt: & Iudæi magnalia Chriſti aduertẽtes, in ſua perſtiterũt perfidia. Libera nã q; cũ ſit arbitrij facultas, etiã ex ſtupendis miraculis nõ cogitur. Iſtud ergo eſt quod ait. ¶ *Cõfortauit faber ærarius percutiẽs malleo.*[e]) Ideſt, fabri idolorũ fabricatores alter alterum cohortabanť, vt fabricę idolorum dareť opera: vt bracteas dilatarẽt, percutiẽtes metallum ſuper incudẽ, idoli tegẽdi cauſa. Alia lectio habet nõ ærari⁹, ſed lignarius. D. Hieron. locũ hunc mirũ eſt q diuerſo in terp̃teť, q litera exigat. Melchiſedech, inqt, cõfortauit Abrahã exhortatiõibus ſuis. Erat em̃ ſacerdos Dei altiſſimi, cuius erat, Abrahã invia cœpta Dei cõſolidare, vt immobilis perſiſteret. At hoc magis tropologiã ſpirat. Sũt q nõ de Abrahã, ſed de Cyro Perſarũ rege priora intellecta velit: quẽ iuſtũ eſſe dicũt ſuſcitatũ ab oriẽte. i. ad explẽdũ Dei iuſtũ iudiciũ. Fuit em̃ aſſertor libertatis Iudaicę at prior ſenſus germanior eſt. ¶ *Et tu Iſrael.*[f]) Cõſolanť hæc verba Iudæos, & nõ ſolũ illos ſed pios oẽs: vt cõſtãter ferãt aduerſa, certo tenẽtes in tribulationibus ſuis diuina affutura præſidia. Sermo igiť iſte ad duodecim tribus Iſrael referť, quas vocat Iſrael, & Iacob, & ſemen Abrahę. In quo, ait, apprehẽdi te, ideſt ex Abrahã vniuerſæ tribus Iudaicæ ſunt ppagatæ, & ab extremis terræ, & lõginqs eius vocatę ſunt: vel qa Abrahã ex Chaldęa vocabit dñs, aut qa ab AEgypto per deſertũ traductæ ſunt in terrã Chananæorũ. Has quoq; tribus ſuſcepit Deus in peculiũ ſibi.

Peruicacia humani cordis.

¶ Et

Seruus meus es tu, elegi te & nõ abieci te. Ne timeas, quia ego tecũ sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepi te dextera iusti mei. [a] Ecce cõfundentur & erubescẽt oẽs qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quę res eos, & non inuenies: viros rebelles tuos, & erunt quasi non sint: & veluti cõsumptio hominis bellantis aduersum te: Quia ego Dñs Deus tuus apprehendẽs manũ tuam, dicensq; tibi, Ne timeas, ego adiuui te. Nolitimere vermis Iacob, [b] qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redẽptor tuus sanctus Israel. Ego posui te [c] quasi plaustrum triturans nouum, habẽs rostra serrantia: triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo dispergẽt eos: & tu exultabis in Domino, & in sancto Israel lætaberis:

¶ *Et suscepi te dextera iusti mei.*[a]) Idest dextera mea, (qua cultores meos iuuare soleo) te suscepi: & tibi opem tuli. Vocat autem dexteram iusti mei, quod perinde est acsi dixisset digna protectione, & iusta te protexi, qa me colebas. Alius vertit dextera iustitiæ meæ cõcretum, pro abstracto. Est autẽ dextera iustitiæ diuinæ, quæ clementiam sociam habet, ad quam collocabũtur beati omnes, in nouissimo die. Sinistra vero diuinæ iustitiæ seuerior est, ad quam cõgregabũtur iniqui. Sũt qui per dexteram iusti Cyrum intelligant, cuius autoritate Iudęi Babylonica fregerunt vincula: in quẽ sensum diuus Thomas locum hunc deduxit, qui non de omnibus tribubus, priora exposuit, sed de duabus duntaxat, quas Nabuchodonosor captiuas abegit in Babylonẽ. Nicolaus verò de omnibus exposuit tribubus cuius sensum litera hæc magis amat. Quas omnes vates seruum, electum, & semen Abrahæ amici Dei vocat: seruum quidem propter legis diuinæ seruitutem, electum vero, quia elegit Iudæos Deus ex omni carne, semen vero Abrahæ, quia ab eo progeniti sunt. Et est sillepsis in verbis istis, singularis pro plurali, idest vos Israelitæ serui mei, vos Iacobęi quos elegi, &c. Quæ sequuntur patent. ¶ *Noli timere vermis Iacob.*[b]) Abiectius verme nihil est. Fuerunt autem Iudęi apud AEgyptios abiectissimi, vilissimæq; sortis homines. Quapropter illos cõfert vermi. Illos aũt dicit esse mortuos, non quia animã egissent. At hyperbolicus sermo est, q satis in vsu etiã vulgarium est, mortuos eos appellare qui magnis premuntur calamitatibus, quas non modicas Iudæi pertulerũt: quarum releuamen Deus pollicetur hoc loco. ¶ *Ego posui te.*[c]) Vtitur metaphora ducta à triturante plaustro, quod segetes subditas terit & commi nuit. Ita quoque & Israelitæ, gentes magnas, & præpotentes viribus, contriuerũt sub Mose, & Iosue. Et insigniter Iosue. 31. reges expugnauit. Iudaica demum trophæa

Matth. 25.

Dextra diuinæ iustitiæ, & sinistra quales.

phæa alia,quæ de hoſtibus ſuis Deo opitulante retulerunt, quis recenſebit? Tametſi Chriſti euangelium iſtis ſerrãtibus roſtris præclarius armatur, quam lex illa vetus, quæ tanquam plauſtrum vetus infirmata eſt: & quod antiquat, & ſeneſcit, prope interitũ eſt. At euangelium Chriſti plauſtũ nouum eſt, & ſerrantia roſtra habet: non carnis, ſed ſpiritus. Eſt enim ſermo Dei tanquã gladius acutus pertingens ad diuiſionem vſq; animæ, & ſpiritus, compagũ quoque, atque medullarum. Montes ergo, id eſt, ſublimes perſonas & colles, id eſt, non ita ſublimes, euangelium ad ſe pellexit: & colla regum, & magnatũ ſibi ſubdidit. Et huius rei vetera tibi prompta erunt ſi obſeruas exempla, quæ hoc teſtentur non obſcurè. Philippum enim regem (quem primum regum, ſacris Chriſtianæ fidei initiatũ legimus) ab epiſcopo vrbis reiectũ fuiſſe accepimus à ſacra ſynaxeos cõmunione, donec inter pœnitentes ſui delicti celebraret pœnitentiam: vt Euſebius libr. 6. hiſtor. eccleſia. autor eſt. Poſtquem Conſtantinus primus fidelis orbis monarcha, qui Diocletiano ſucceſsit eandem eccleſię prælatis obedientiam geſsit. Nam in concilio Niceno recubuit glorioſus imperator i nouiſsimo loco, & Romæ ad fabricandam diui Petri eccleſiam imperatorios humeros arena & calce onerauit. Et Theodoſius magnus, ab Epiſcopo Ambroſio eandem, quam Philippus repulſam patitur, donec Theſſalonicæ cędis publicam, & ſolennem pœnitentiam egiſſet. An non vides, vt euangelica roſtra plauſtrumque diuini verbi nouum, montes hos deiecerunt, & Chriſto morigeros præſtiterunt? Fuerunt quoque roſtra hæc ſerrantia ſancti apoſtoli, & demum eccleſiaſtici prædicatores. De quibus Hiero. Eccleſiaſticus, ait, habet prædicationis roſtra, in plauſtro nouo, quod non operatur in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus: & conterit incredulorũ corda duriſsima, ſe parans triticum à palea. Et demum hoc plauſtrum triturans nouum, Chriſtus eſt, qui in die nouiſsimo conquaſſabit capita in terra multorum. ¶ *Egeni a.*) Quam aruerint ſiti Hebræi per deſerta diſpalantes loca ab AEgypto egreſsi Exodi hiſtoria 15. & 17. legentibus demonſtrat: & quod Dominus ſitim illorũ mirabiliter potauerit inibi itidem docetur. In Oreb nanque monte Deus aperuit aquarum flumina, & areſcentes illorum rigauit fauces. Quod vero ſubdit dabo in ſolitudinẽ cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ &c. metaphoricôs interpretari poſſumus, arbores nanque iſtæ egregias habent vmbras. Perinde eſt igitur, ac ſi dixiſſet, In deſertis ego vos protegam vmbra mei auxilij, & tam reficiemini, quam ſi ex multis arborum vmbris laſſitudo veſtra conſolaretur. Eſt autem cedrus ſolidiſsimæ ſubſtantiæ arbor: ex qua olim

Egeni, & pauperes quęrunt aq̃s, & non ſunt, lingua eorum ſiti aruit. Ego dominus exaudiã eos. Deus Iſrael non derelinquã eos. Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponã deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarũ. Dabo in ſolitudinẽ cedrum, & ſpinam, & myrtũ, & lignum oliuę: ponam in deſerto abietẽ, vlmũ, & buxum ſimul. Vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligãt pariter quia manus Domini fecit hoc, & ſanc.

Hebr. 8.
Hebr. 4.
Lex Chriſti plauſtrũ nouum lex vetus plauſtrũ vetus.
Philippus primus rex chriſtianus.
Apoſtoli roſtra ſunt ſerrantia.
Roma. 6.
Cedrus ſpĩna myrtus oliua ſalubres habent vmbras.

olim idolorum ſimulachra, & ædes compingebantur, vt longo perſiſterent æuo. Myrtus verò arbor medica eſt, maximèq; ſatiua. Spina porro arbor eſt albæ ſpinæ ſimilis, quam Septuaginta Sethim interpretati ſunt. Abies verò arbor procerrimæ eſt celſitudinis, vnde & nomẽ traxit, quia in ſublime abit: trũcũ enodem habet. Vlmus vitibus maritãdis arbor idonea, buxus arbor aquarũ profunda petit. Potẽs igitur Deus eſt ſolitudines arẽtes, arboribus conſerere, ad refrigerium ſeruorum ſuorũ: qui in mundi exordio aridam terræ faciem in numeris arborum, fruticum, & olerum veſtiuit & ornauit generibus in capit. 35. Simile quidpiam huic vates noſter ſcripſerat, Quæ erat dicens arida, erit in ſtagnũ, & ſitiens, in fontes aquarum: in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami. ¶ *Prope*ª.) Apoſtrophe eſt ad idololatras, in quos vt diximus, capitis huius tendebat exordium, ab idolorũ igitur cultoribus exigit Deus. Vt quæ forriſſima pro ſua ſuperſtitione ducunt argumenta proferant: quæ quia deſunt, ipſi potius vt à diuina inferenda ceſſent iniuria audiant, quam deluſi vana religione idolorum ſint. Num idola, ventura nuntiare quibunt? aut denarrare præterita? Quod ſi de idolis ſermo habeatur, apertior eſt ſenſus, quam expoſitione egeat. Nam inſenſata cum ſint, & ex ſtupida materia, aut ligni, aut auri &c. neque priora noſcere poſſunt: neque poſteriora, neque benè, aut malè facere. At de dæmonibus (qui idola hæc afflabant) difficilior eſt. Sunt enim perſpicaciſſimi ingenij, & multa futura nouerunt, præſertim quæ in naturæ ſita ſunt facultate: itidemque præterita. Etiam ſi quæ in diuina tantum iacent voluntate illos latere prorſus eſt neceſſe. Quinetiamquę in noſtri arbitrij ſunt facultate, euidenter perſpicere nequeunt, niſi ex coniectu ris quibuſdãventura à nobis inſinuentẽ. Vñ plærunque falſa aut plurimum ambigua ediderũt oracula. De qua re lege Euſebiũ de præparatione euãgelica, & Lactantium lib. diuinarum inſtitutionum. Et nos hæc fuſius ſupra tractauimus. At ſub Chriſto (qui eſt veritas) mendaces dij aboliti ſunt: & oracula ceſſauerunt. Vis nanque euangelica fidei Ieſu Chriſti illa omnia potẽtiſsimè compeſcuit. Et Euſebius libr. 7. eccleſ. hiſtoriæ, fanum quoddam meminit Alpibus montibus ſitum, vbi dæmon oracula, conſultus reddebat: quod fanum petens epiſcopus quidam ſanctitate celebris, nomine, Gregorius, continuo ad Gregorij præſentiam obmutuit dæmon: neque conſultus reſpondebat, niſi ex Gregorij permiſsione. Et apud Indos dæmones nõ pauca reſpondebant conſulti: & familiari colloquio cum indigenis confabulabantur. At vero poſtquam euangelicæ prædicationis ſerrantia acceſſerunt roſtra, ceſſauerunt inania reſponſa. Atqui Eſaias non de dæmonibus, ſed de idolis mentionem modo facit: vt non ſit locus illi diſputationi, qualiter diabolus præterita, & futura nouit? Et vexat ſe interlinealis ſuper hoc negotio

ª Statuus Iſrael creauit illud. Prope facite iudiciũ veſtrũ, dicit dominus: afferte, ſi qd forte habetis, dixit rex Iacob, Accedant, nuntiẽt nobis quæcunq; vẽtura ſunt: priora quæ fuerunt nuntiate, & ponemus cor noſtrum, & ſciemus nouiſsima eorum, & quæ ventura ſunt indicate nobis. Annunciate quę vẽtura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos, bene quoq;, aut male ſi poteſtis facite, & loquamur, & videam⁹

Lege dioſc. li. 1. ca. 95. & capi. 140. & cap. 123.

Apoſtrophe in ſcriptura

Demones futura & præteritaſciunt quæ in naturæ ſunt ſita facultate.

Sub Chriſto oracula ceſſauerunt.

negotio. Putatque rem absoluisse dicens diabolum se non nouisse ex nihilo fieri. At certum est diabolo innumerato esse se ex nihilo conditum, vt cætera. Duo autem interim obserua in capitulo. hoc Dei esse insignia, & futura scilicet, omnia præsentire, & præteritorũ sciẽtiam habere. Vnde bene facta, & malè facta omnium nosci: vt præmia largiatur iustis, & ꝺ in iustis legitimas pœnas sumat. Hoc est enim, quod ait benè, aut malè facere. ¶ *Ecce a.*) Idola esse nihil, Paulus quoque. 1. ad Corinthios octauo. docet. Vana enim sunt: & nihil numinis habent. Quare vos ô cultores vani numinis nihil estis, id est nihili estis faciendi, & opus seu factura vestra quæ idolum est, itẽ nihili pendenda est. Et qui cultum idolorum inuexit abominabilis est corã domino. Quippe religio est falsa, & superstitiosa deos fictitios venerari: qui ex natura dij non sunt: sed ex vanissima hominum opinione. Deus autem est superior omni opinione: idcirco opinio deos facere nequit. Ridendum igitur est qꝺ Cicero. 2. libro de legibus meminit lege Romana à Senatuscon. cautũ esse deos aduenas, aut priuatos in numero deorum referendos nõ esse nisi Senatuscon. autoritas & calculus accessisset. Quam ob rem Chrs apud Romanos non fuit in albo deorum ascriptus: quia senatus suffragia refragabãtur? vt denarrat Eusebius libr. 1. de ecclesia. historia. ¶ *Suscitaui b.*) De Cyro monarcha uaticinium texit: qui ab Aquilone suscitatus à domino est. Nam venit à persimul. Ecce a, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est abominatio est, qui elegit vos. Su scitaui b ab Aquilone, & veniet ab ortu solis, vocabit nomẽ meum c & adducet magistratus quasi lutum & velut plastes cõculcans humũ. Quis c an nũtiauit ab exordio, vt sciam9 & à principio, vt dicam9, Iustus es ꝺ? non c est neq; annuntians, neque prædicens: neque audiens sermones vestros.

Opinio uõ potest facere Deos.

Vaticinium de Cyro.

side (quæ Iudææ Aquilonaris est) vt libertatem assereret Iudaicam. Et hic Cyrus tametsi idolorũ erat cultor, inuocauit Dei nomen, & compertum habuit, non per idolorum vim se comporem Babylonicarum rerum factum fuisse: sed vnius Dei tantum ope adiutum. Vnde, ait, Dominus Deus cœli dedit mihi omnia regna terræ. 1. Esdræ primo. Hic Cyrus magistratus, & optimates Babylonicos deiecit. ¶ *Quis c.*) Id est, Quis ex idolis nuntiauit vobis hęc? Cyrum scilicet venturũ & inuasurum Babylonem, & eandem deuastaturum? *Vt cognoscamus, & dicamus iustus es ꝺ?*) Id est si idola vestra præsentire futura valerent, diceremus vtiq; vos iustos esse, & causam habere iustam, colendi illa. At vero cum contra sit, qui illa colunt, à causa defendendi falsam religionem ceciderunt. ¶ *Non e.*) Hoc est, idola vestra non possunt ventura prænunciare vobis: imo sermones vestros audire nequeunt. Aures em̃ habent & non audient, nares habent & non odorabunt: neq; est spiritus in ore eorum: surda enim & muta sunt. Quod ergo diuina lege cautũ est idola non colere, nunc Deus rationũ magisterio, colenda non esse demonstrat. Id quod est suauissimi instituti: vt legis autoritas, quæ rebelles compescit, suasiõis etiã societur molli ductu: nempe vt rationale animal ex ratione conuincatur. Hebræi porrò suscitatum ab Aquilone Cyrum tẽ stantur. At ab ortu solis Sẽnacherib à Deo suscitatũ putant: ille vt in præsidio Iudæis esset, hic verò vt noxius, & iniurius illis so

Psalm. 32.

Cyrus beneficus Iudæis & Sennacherib maleficus.

ret.Cuius Iudæi acceptis iniurijs, & Cyri receptis beneficijs planè intellexerũt idola nullius momenti eſſe, quæ auxilio non fuêre illis ad depellendũ hoſtes, neque benè facere cultoribus neque, malè facere &c. Quo ꝓſpecto ſubſequitur.

Primus[a] ad Sion dicet, Ecce adſum,& Ieruſalẽ[b] euangeliſtam dabo. Et vidi[c], & non erat ex iſtis quiſquã qui iniret conſilium,& interrogatus rñderũt verbũ. Ecce oẽs iniuſti, & vana opa eorũ, võtus & inane ſimulachra eorũ.

¶ *Primus*[a]).Tũc videlicet dicet Deus, Ecce adſum vobis ô Iudæi, quibus iam perſpicuũ eſt in fictilibusdijs,numinis nihil rutilare diuini:quod vobis opem conferat ſalutarem. ¶ *Et dabo Ieruſalem*[b].) Id eſt vrbi Hieroſolymæ dabo præcones, qui vobis mea munera nuntient. At euangeliſtam per ſillepſim accipe. At verò promptior erit ſenſus hic: ſi quidem futurorum idola ignara ſunt.Ego verò futurorũ imo vniuerſarum rerũ ſum gnariſsimus ait Deus: ego eñ per prophetas meos primo ante oẽs libertatem à Babylonica captiuitate annuntio:& dabo vobis euangeliſtam, id eſt euangeliſtas, qui erũt,optimi nuntij & præcones, qui Sion, & Hieroſolymæ nuntient Iuda, & Beniamim liberandos eſſe à captiuitate Babylonica. Prædicitur hoc loco ſub liberatione ipſa ex Babylonico iugo primos ex captiuis liberatos celeriter venturos in montem Sion, & invrbem Hieroſolymorum, ꝓſperrima nouæ libertatis laturos nũtia. Qui autem primus optima verè nũtiauit Sion, & Hieroſolymę Chriſtus eſt: qui ſanguine ſuo aperuit nobis regna cœleſtia, & dedit nobis euangeliſtas. At ad allegorias hæc aptabis. ¶ *Et vidi*[c].) Epilogat idolorum quam fecerat inuectiuã. Ait enim ſe vidiſſe diuino Spũ illuſtratum idolis nullũ eſſe, qđ cõſilium ſibi,vel alijs ꝓ futurũ exhibere potuerit. Quare vẽtus ſunt omnia delubra,& ſimulachra gentium.

Euangeliſta pro euangeliſtis.

Chriſtus primarius euãgeliſta.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput quadrageſimum primum. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio vnica, De ſacroſanctis Chriſti Euangeliſtis, cuius prothema eſt. Primus ad Sion dicet & Hieruſalem euangeliſtam dabo. Eſaiæ. 41.

DE SACROSANctis Chriſti euãgeliſtis ſermonẽ habituro non aliundè ſubit noſtri ſermonis initia ſumere quam ex illo,quod ſacra Geneſ.hiſto.commemorat capit.2. paradiſum quondam longè celeberrimum atque delicioſiſsimum Deum condidiſſe, ex quo quatuor flumina ortum mirabilem ducebant:quæ vniuerſam terram ſua ampliſsima inundatione facilè alluebant,quorum quatuor Piſon fluuius, quodam inſigni decorabatur præ flumini bus cæteris. Quippe in fluuio hoc naſcebatur bdelium & onyx. Hæc autem flumina paradiſi non aliud quam hos quatuor domini Euangeliſtas commodius adumbrare crediderim.Sunt nanque à paradiſo voluptatis ducentes ortum. Nam quem putas delicioſiorem paradiſum quã Chriſtũ, qui eſt omni amœnitate ſpiritus, vernantiſsimus?Ab hoc autem amœniſsimo

loco

loco (in quem deſiderant angeli proſpicere) egrediuntur quatuor illi beatiſsimi euangeliſtæ, tanquam quatuor exuberantiſsimi diuinæ ſapiẽtiæ & impetuoſiſsimi torrentes, nam irrigant vniuerſum orbem diuinæ doctrinæ cœleſtibus fluẽtis. Sunt autem quatuor iſti cœleſtes torrẽtes Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes. At horum fluuiorum vt dicere orſi ſumus, alterum eſt lapidum pretioſorum ferax, quod Piſon vel Phiſon cognominat: nã bdeliũ vt nonnulli putant lapis pretioſus non arbor eſt, etſi refragatur Plinij placitũ. Hoc ergo flumen diuum Ioannem Euangeliſtam inſinuare nõ ineptè diceret quiſpiã: quia Ioannes lapidem illum angularẽ, qui fecit vtraq; vnum quantæ ſit maieſtatis & gloriæ præ cæteris expreſsit. Nanque euã geliſtarum nullus diuinitatem Ieſu Chriſti tam diſerto ſermone docuit quã Ioannes. Neque tamen diuinitatem demonſtrans, humanitatem ſubticuit: imo vtraq; mirabiliter cõplectens altiloquo eloquio ait, Verbum caro factum eſt, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Hos pretioſiſsimos lapides ĩ paradiſi flumine hoc reperias. Qui tametſi apud alios Euangeliſtas extent: at non tam grandiloquo ſermone manifeſtantur quam à Ioanne. Ea porrò eſt Euangeliſtarum noſtrorũ dignitas, atque cœleſtis celſitudo, vt ſacratiſsimæ muſæ varios excogitauerint modos, quibus fidelibus illorum perſpicuam facerent magnitudinẽ. Habes in Apocalypſi Ioannis 4. vidiſſe Ioannem in medio ſedis & in circuitu ſedis quatuor animalia eſſe, plena oculis, ante & retro, quorum primũ leonem referebat, ſecundum vitulum, tertium hominem, poſtremum aquilam. Et in Zacharia legimus capi. 1. ſub fabrorum typo vati oſtenſos fuiſſe Chriſti euangeliſtas. Et oſtẽdit, ait, mihi dominus quatuor fabros: & dixi, Quid iſti veniunt agere? Qui, ait, hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam. Et apud eundem ſub equorũ quorundã adumbrantur figura. Vidit eñ cap. 1. quatuor equos varijs infeſtos coloribus, rufos, albos, nigros, & varios: quibus iubet dominus vniuerſam peruagare terram. Item quid aliud quadrigæ illæ quatuor quæ de medio duorũ proſiliunt mõtium ſubdemonſtrant Zacha. 6. niſi Euangeliſtarum beatiſsimam quadrigam, quã diuinus iunxit ſpiritus: vt in illa Chriſtus per orbem veheretur. At vero ſingulæ iã viſiones ſua donentur dilucidatione, illas nanque ſi differimus tenacius legentium mentibus hærebunt. Animalia quatuor illa quæ propoſuimus contẽplatus eſt Ioannes, in circuitu ſedis, & in medio ſedis. Sedes nanque hæc ampliſsimi eſt circuitus: idcirco in medio circuitus animalia hæc beata locantur. Eſt autem hæc ſedes Chriſti ſedes, quæ eſt catholica eccleſia. In hac nanque vna ſolum Chriſtus requieſcit, vt in ſede maieſtatis ſuæ. In ambitu huius eccleſiæ euangeliſtæ ſunt, & in medio eiuſdem conſiſtunt. At vero quid eſt quod eccleſiam Chriſti circuunt euangeliſtæ. Vti que euangelia quatuor ſunt vniuerſæ chriſtianæ eccleſiæ munimẽta: hæc ſunt illius propugnacula, hæc ſolidiſsimus murus fidelium, & antemurale. Nam tolle hæc de medio & actũ eſt de Chriſti eccleſia. Neque eñ ſanctorum doctrinæ pro fuiſſent, neque iura eccleſiaſtica vigerent, & omnis demum eccleſiaſticus ſtatus peſſum iret, quatuor euãgelijs de medio ſublatis. Circum ambiunt ergo hæc quatuor animalia ſedem Ieſu Chriſti. Et ſunt præter hæc in medio ſedis: quippe in medio eccleſiæ aperiunt euangeliſtæ os ſuum. Eſt enim doctoris medium occupare locum, vt aptius circunſtãtes doceat: & dominus Ieſus Chriſtus erat in medio doctorũ docens illos, referente Luca. Animalia rurſum hæc oculatiſsima referuntur ante & retro. Etenim quæ philoſophorum famigeratiſsimas claſſes latuit, ipſi nos docuerunt. Iſti ſunt qui quæ retro, & quæ ante id eſt, futura, & præterita, ſuis ſcriptis demonſtrant, Chriſtum ſcilicet natum æterno à Deo patre, & temporaliter ex virgi-

1. Petri. 1.

Ioannes phiſoni cõferẽ.

Euãgelium Ioannis duobus fulgetla pidibus pretioſis.

Viſio Ezechielis explicatur.

Quatuor fabri quatuor ſunt euangeliſtæ, quatuor equi quatuor quadrigæ.

Catholica eccleſia eſt Chriſti ſedes.

Eccleſ. 15.

ne matre : cæteraque iam tranſacta de Chriſto myſteria veraciſsimè tradiderunt. Et futurum quoque diem poſtremũ,qui probaturus eſt vniuſcuiuſq; opus quale ſit, qui ſanctorum coronabit agones, & peccatorum repudiabit actiones, alta voce proclamant. Annuntiate nobis quæ ſunt in futurum aiebat. Eſaias & dicemus, Quia dij eſtis vos. Iſti autem nobis ventura annuntiant & priora quoq; denarrant, quæ hominum patebãt nulli. Quid ergo ſupereſt, niſi exclamare hos euangeliſtas deos eſſe potius quã homines. Non enim oculos hos ante, & retro videntes perniciſsimè quatenus homines poſſent aſſequi,niſi diuino infuſi eſsẽt ſpiritu,qui illos deificans, mentes illorum illuſtriſsimas redderet. Si eccleſiæ principes,ſi orbis monarchas deos ſcriptura appellat(quippe poteſtate antecellunt cæteros,id quod diuinitatis eſtveſtigium) quid quod ſi prophetas, & euangeliſtas deos dixeris,qui tãto Dei lumine præditi ſunt, vt diuina ſecreta calluerint, & ſcriptis mandarint? Et maximè Chriſti euangeliſtæ, diuinitatis participio fruiti ſunt, quibus concredita rerum à Chriſto geſtarum fideliſsima denarratio eſt: qui fuerunt veluti Spiritus ſancti calamus: qui quæ Dei ſpiritus dictabat, illi chartis excipiebant. Spiritus demum ſanctus erat ille ſcriba, cuius pſaltes ille egregius meminit, Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. Velociter enim ſcribebat diuinus ſpiritus, ideſt, dictabat Euangeliſtis ſcribenda, Calami rurſum huius ocyſſimi ſcribæ,dictata ſine mora ſcribebant. Quid ſine mora ? Quippe non dialecticorum argutias, aut rhetorum floſculos, ſcriptis mandaturi erant, aut Platonis cæterorumque philoſophorum grauiſsima decreta,at ſolũ ea quæ Spiritus ſancti magiſterio didicerunt. At neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. Citra moram nanq; euangeliſtas afflauit,& imbuit,quæ ſcripturi,aut quæ facturi eſſent docẽs. Porrò quod alata alis ſenis, hæc deſcribuntur animalia, memoriam illorum excitat ſeraphim,quæ Eſaias contemplatus eſt, quã do vidit Deum in throno ſuæ maieſtatis ſedẽtẽ. Quæ item in circuitu præexcelſi diuini throni commemoratur ſenis diſtincta alis eſſe. Atque vt nos in dilucidatione loci eiuſdem differebamus,ſeraphicæ illæ alæ acerrimam angelorum mentem eſſe denotabant. In noſtris autem euangeliſtis mentis altiſsimam contemplationem profecto ſignificant. Alarum verò multitudo non otioſè tradita eſt à Ioanne. Nam ſi quæ alata duabus alis velociſsimi ſunt ſæpe volatus, quidquod quæ ſenas habent? Aues oẽs binis ornauit Deus alis: at hæc aĩalia ſenas habent. Vt ex duplici mireris nomine, & quod animalia, quæ aues non ſunt,vt leo,vitulus,& homo alata ſeu pennata referantur, & aquila quæ auis eſt non duabus,ſed ſenis volitet alis. Etenim terrena animalia quales nos ſumus, ſatis eſt ſi duabus volemus pennis. Et fœliciter nobiſcum agitur,ſi ad cœleſtia volemus, vel pauciſsimis alis. At verò animalia hæc beata, quæ à terrenis procul aberant affectibus, imo defœcatiſsimos, & planè cœleſtes gerebant animos,non duabus ſe agũt ad cœleſtia,imò multis ſe ſe motitant pennis. Nam ſiue illorum deſideria luſtraueris,ſiue ſermones,ſiue opera,omnia denique, ſiue quæ euangeliſtæ in ſacrario pectoris condebant,ſiue quæ extra micabãt, cœlum,& Chriſtum in Euangeliſtis iſtis ſpirabant. Beata illa ſeraphim,quæ denarrata ſunt ab Eſa. ſextipennata ſanè denarrantur,at non omnes ſolutas habent alas. Duabus nanque ſolis volitant,duabus velant faciem, duabusque pedes ſedentis in throno tegunt: quanquam hebraica litera ad facies,& pedes angelicos velamen referat. Id quod in præſentia non nos moretur: quippe ſuo loco abundè iam diſertum eſt. Porrò euangeliſtæ noſtri nihil tegunt, neque faciem,neque pedes Dei: at ſolutis omnibus volitant pennis. Omnia enim arcana diuina demonſtrant,in oĩa ſe ferunt,in vniuerſa ſe agũt,Chri myſteria.

Euangeliſtę quaſi dij.

Euangeliſtę mentis habebant altiſsimam contẽplationem.

Capit. 6.

Locus Eſaię exponitur pologicè.

Quorum

Quorum quædam (quippe quæ primas tenent partes) ſub facie inſinuantur. Qualia ſunt diuinitatis Chriſti ſuprema, & indicibilia ſacramenta: vt quod ſit æterni patris verbum huicque reliqua connexa. Quæ vero in fine expectantur ſeculorum (vt pote quæ finalia erant myſteria) hæc ſub Dei pedibus congruenter ſatis ſubnotantur: vt quod erit iudex viuorum, & mortuorum. Atqui medium locum obtinere æquum eſt, quę medio quoque inter lapſa fuerunt tempore, vt quod natus de virgine Chriſtus eſt, quod mortuus, quod ſepultus, & id genus alia. Quæ omnia Chriſti ſacramenta Euangeliſtis domini nota fuere: nobisque imo toti orbi eadem aperuerunt. Vt iam ſecurè dicere poſsis ſancta hæc animalia quatuor nihil velare, nihilq;, vt Seraphim ſedētis in throno tegere, non faciem, nō pedes, ſed omnibus alis volare, ſublimiaque Chriſti ſecreta pandere. Senario autem numero ſingulum animalium pennatorum diſpartitas habet alas. Quippe mortalibus diuina pandunt ſecreta, vt illis ad ſalutem æternam aſſequendā proſpiciant. Tantiſperdū in mundo hoc (qui ſex diebus creatus eſt) viram temporalem degunt. Quòd ſi ad vlteriora progredi audes, & ſublimitatem horū animalium rimari diligentius deſideras, ſacer vates Ezechiel promptè te docebit. Quorum aſpectum carbonum ignis ardētium, & lampadarum lucentium eſſe commemorat. Dein verò capita animalium ſimilitudine cryſtallini firmamenti horribilis, & extenti ſuper illa ornat, animaliū quoque corpora alata eſſe dicit ſonantia tamen. Et audiebam, ait, ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, & quaſi ſonū ſublimis Dei. Cū ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis: cumq; ſtarent demittebant pennæ eorū. Rurſum pedes cō memorās, & pedes eorū, ait, pedes recti. Et planta pedis eorū quaſi plāta pedis vituli. Horū animaliū tñ alas nō ſingulis ſenas diſtribuit: ſed quatuor duntaxat. Neque omnes ſoluit alas. Vnumquodque enim inquit, duabus alis velabat corpus ſuum. Porrō ſi hæc magnifica ſanctorum euangeliſtarum myſteria differenda nobis pro dignitate eſſent, illico imparitatem viriū excuſaremus. Verum quia pro tenuitate noſtra ſermo eſt agēdus, illa vtvt potuerimus explicare conemur. Aſpectus igitur ſanctorum euāgeliſtarum eſt carbonum ignitorum, & lampadarum lucētium. Lucebant enim luce doctrinæ, & diuino ardebant amore. In lampade ſiquidem lux micat: in carbone verò ignito igneus viget ardor. Vt iam rectè de euangeliſtis dixeris, Lampades eorum lampades ignis, atque flammarum Canticorū. 8. Super capita verò animalium ſimilitudo erat firmamenti cryſtallum referentis, & illa ſanè horribilis, non temerè locata deſcribit. Firmamentum enim quod aliud eſt q̄ eccleſia Chriſti catholica, quæ eſt eccleſia Dei viui columna, & firmamentum veritatis. 1. ad Timo. 3. hoc firmamētum ſimilitudinē habet & aſpectum cryſtalli horribilis. Cryſtallus enim tota pellucens eſt, luceq; perfuſa lucem transfundit. Eccleſia quoq; Chriſti cryſtallina eſt, & morum candore candida, & lucis cœleſtis infuſa radijs. Tota eſt perſpicua, eſt em̄ ſponſa Ieſu Chriſti, qui vera lux eſt mūdi, & eſt mulier illa, quæ amicta ſole eſt lunamq; pedibus calcat. Atqui cryſtallus hæc horribilis eſt. Tanta em̄ fulget claritate luminis, vt plurimorū mortalium acies oculorum (alioqui acutiſsima) à claritate iſta offuſcetur, & hebetetur. Multi enim non obediunt euangelio, quibus operta eſt claritas cryſtalli huius, teſtante Paulo, Prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiā. Quibus omnibus huius cryſtalli claritas fulgentiſsima, in plus q̄ cimmerias vertitur tenebras. Vt iam conſpicuū ſit, chryſtallum hanc horribilem eſſe. Cæterùm firmamentum cryſtallinum (quod eſt eccleſia Dei) ſuper capitibus euangeliſtarū incūbit: qa vt in principio dicebamus eccleſia catholica ī quatuor ſacroſanctis quā

Aſpectus euangeliſtarum quales.

Eccleſia catholica firmamentum eſt cryſtalinum.

Roma. 10. 2. Corin. 4.

1. Corin. 1.

gelijs innixa, firmiſſimas habet iactas radices. Alata verò animalia hæc, quaternis videntur ab Ezechiele ſonantibus pennis. Quippe illud ſonant qđ Ioānes cōmemorat, & qđ ſeraphim ſacratiſſima ꝓclamant iugi voce, Sāctus, Sāctus, Sāctus, dñs Deus Sabbaoth, vel illud qđ Apocalypſis memi nit. ſ. Dñs Deus oīpotēs, qui eſt & qui erat & qui vēturus eſt. Atqui ſonus harū alarū inſtar erat aquarū multarum, & tanquāvoces ſublimis Dei. Etem̄ in omnē populū, & nationē, quæ ſub cœlo eſt, diffuſa eſt euāgelij gloria. In omnē em̄ terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Vox rurſum euangelica vox ſublimis Dei eſt. Quippe nihil tā extollit Dei ſublimitatē, quam euāgelica vox: quæ viſcera diuinæ miſericordiæ, humano generi per mortē Ieſu Chriſti in homines largifluè effuſa eſſe, demonſtrat. Id quod Ioannes non obſcurè ſubindicat dicens. Et cum darent, illa animalia gloriam, & honorē, & benedictionem ſedenti ſuper thronum viuenti in ſecula ſeculorū ꝓcidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentē in throno, & adorabāt viuentē in ſecula ſeculorum. Porrò autē obſeruabis vocē illā ſeraphicā commouiſſe denarrāte Eſaia ſuperliminaria diuinæ domus. At à voce hac ſctōrum animaliū, quia vox eſt ſublimis Dei cōmouet̄ non templū illud vetus, ſed viginti quatuor ſeniores cōmouent̄, q̄ diuino throno perpetim aſsiſtūt, & cōmoti ꝓcidunt ante Dei thronū, & ſedentē in throno adorāt. Etem̄ oīs virtus humana, oīſq; ſapiētia, oīa deniq;, quę vel angelica, vel humana, iacta re pōt natura, voci euāgelicæ tandē cedūt: oīa em̄ hāc vocē ſublimis Dei ſummopere reuerent̄. Vbi ſapiēs (aiebat ille hui' euāgelicæ gr̄æ inſignis præco, & aſſertor Paulus) vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nōne ſtultā fecit Deus ſapiētiā huius mūdi? Si cōferaī nāq; ſapiētia oīs humana euāgelicæ ſapientiæ planè ſtulteſcit. Quæ tametſi abſcōdita eſt in myſterio. i. etiā ſi occultiſsima ſit q̄ppe quā nemo principū huius ſeculi nouit, q̄a dæmones latuit: at illā patefecit Deus ſctīs ſuis apoſtolis, & euangeliſtis ſuis. Illis vt illā diuulgarent verbo: iſtis verò vt verbo ꝓmerēt, & ſcripto mādarēt. Hoc em̄ ab æterno p̄deſtinauit Deus facturū aliq̄n in gloriā apoſtolorū, & euāgeliſtarū, teſtante Paulo. Quā prædeſtinauit, inq̄t, Deus in gloriā nr̄am. Didiciſti iā q̄ vehemēs ſit alarū iſtarū ſonus, at diſcere forſitā deſideras amplius, cur q̄tuor pēnæ iūctę, aīaliū q̄tuor deſcriptæ ſint. Vtiq; duæ pēnæ ſibi coniunctæ fides, & dilectio Dei, ſunt: vt duæ aliæ fides, & dilectio ꝓximi. Illis volaī ad æthera, ſed nō ſine iſtis volatus vtilis erit. Qui em̄ nō diligit fratrem ſuū quē videt, Deū quē non videt, quomō diligere pōt? 1. Ioā. 4. Iſtis ergo q̄tuor pennis volare eſt neceſſe, ſi regna tā cœleſtia petimus, at verò in apoſtolis Chr̄i, & euāgeliſtis, q̄ ſal terræ, & lux ſunt mundi eximiè extiterūt. Nā non ſolū fidē integrā, dīlectionē eximiā erga Deum & proximos habuerūt: quinetiā illā verbo docuerūt, & ſcriptis mādarunt. Qđ verò quaternarius numer', & pēnis ſingulis, & aīalibus aptaī oībus, cōmodè ſatis eſt aptatū. Quippe q̄tuor ſunt euāgeliſtæ, q̄tuor itidē euāgelia ſiue euangelici libri: at verò q̄drata figura architectis eſt cōmodiſsima extruēdis opificijs. Quadratū em̄ in architectura præcipuū locū habet. Eccleſia aūt Ieſu Chr̄i (cuius architectus Chr̄s ipſe eſt) tota incūbit ſup euāgelica q̄dratura: vñ mirabili cōſurgit ædificio. Latera nāq; huius euāgelicæ ſtructurę æq̄lia ſunt oīa. Nanq; æq̄ eſt ſingulorū euangeliorū q̄ſi q̄drilatera autoritas. Nāq; vnus eſt ſpūs Chr̄i, q̄ per euāgeliſtas q̄tuor loq̄bat. Nō ipſi cogitabāt q̄ ſcripturi erāt: vt luæ cogitatiōi fideret, at Dei ſpūs illis ſcribenda ſubminiſtrabat. Cū ſte teritis, ait dñs, añ reges, & p̄ſides, nolite cogītare q̄d, aut q̄liter loq̄mini. Dabit em̄ vobis in illa horaq̄d loq̄mini. Cogimur verò vt de euāgelicis ſcriptoribus, hoc idē aſſeramus. Pedes porrò horū aīaliū nō obliqui, aut diſtorti, at recti cōmemorant̄ eſſe. At pes rect' alacritatē, & prōptitudinē, & diligētiā neceſſariā eſſe, ī ope p̄ſtādo dñi denotat.

Eſaiæ. 6. Apoc. 4.

Roma. 9. Pſalm. 17.

Euangelica vox extollit Dei ſublimitatem. Apoc. 4.

Eſaiæ. 6.

1. Corin. 1. Iſaiæ. 33.

1. Cor. 2.

Cur quatuor pennæ animalium ſacrorum deſcribuntur:

Matthæi.

Quadrata figura ſtruendis ædificijs aptiſsima.

Matth. 10.

denotat. Atqui in pede crura etiã ſubaudi à parte em̃ totũ licebit intelligere. Verũ cruraillorũ recta, Septua. legũt. Sanctorũ doctorũ igitur recta ſunt crura & facilia, & agilia vt deferãt populis documẽta ſalutaria. At euangeliſtarũ crura longè multò agiliora & rectiora, quos elegit Chr̃s in ſuos chronographos. Iſti ſunt pedes quos Eſa. ſuo celebrauit vaticinio, Quã pulchri ſupermõtes, ait, pedes annũtiãtis & prędicãtis pacẽ, annũtiãtis bonũ prędicãtis ſaluterm. Et Naũ. 1. Ecce ſuper mõtes pedes euãgelizãtis & annuntiãtis pacẽ. Quæ vaticinia Paulus Rom. ſcribẽs cõmemorat. c. 10. Qđ ſi diuinus ſermo tanq̃ pulcherrimos celebrat euangeliſtarũ pedes, illoſq; ſuper mõtes ſtatuit (quippe nõ ſapiunt quæ ſunt ſuper terrã ſed quæ ſurſum ſunt ſapiunt, & quærũt) nõ eſt cur mireris Ezechielẽ illos rectos vidiſſe. At plantas horũ pedũ vitulinas eſſe docet Ezechiel. Vitulus etenim animal mundũ eſt, & victimę celebrandę cõmodiſsimum olim erat, atq; frequẽtiſsimũ ſacrificijs expiatorijs. Plãta præter hęc pedũ eſt natiuũ fulcrũ: plãtis nanq; innitũtur pedes, & crura, tanq̃ totius corporeæ noſtræ molis baſi. Euãgeliſtæ autẽ vitulũ illũ ſaginatũ Chr̃um, proplãta habẽt, & baſi, vniuerſę doctrinæ q̃ tradiderũt euãgelicæ. Eſt deniq; hic vitulus q̃ in cruce immolatus, piacula nr̃a deterſit, mũdiſsimum ad hęc eſt animal. Nõ eſt em̃ inuẽtus dolus in ore eius. ¶ Hactenus animaliũ ſacrorũ vultus qualis fuerit, quales pẽnę, quales pedes expreſsimus: at quæ animaliũ nomina fuerint perſequi opportunũ iã erit. Vt vnde, vnde animalia hæc diuina ſpectẽtur notiſsima ſpectãtibus euadant. At ignorata rei nomẽclatura vniuerſa ſunt ignota. Diuus autẽ Ioannes primũ animal leoni dixit eſſe ſimile, & ſecundũ ſimile vitulo, & tertium animal habẽs faciẽ quaſi hominis, & quartũ animal ſimile aquilæ. Ezechiel vero in nominandis animalibus alium eſt ſectatus ordinẽ quã Ioannes. Similitudo ait, vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, à dextris ipſorum quatuor: facies autẽ bouis, à ſiniſtris ipſorũ quatuor: & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Etiaſi, deſuper, neq; Septuaginta neque Hebræa habet lectio, ſed facies aquilæ quatuor ipſis. Singulis nanq; animalibus erant facies iſtæ. Erat nanq; illis quadriformis vultus, qui & hominẽ, & vitulum ſeu bouẽ, & leonẽ, & aquilam referret: eratq; contrapoſitæ facies. Partẽ enim dexterã vultus tenebãt hominis & leonis, & ſiniſtrã bouis, & facies aquilæ. Vnde facies bouis leoni, & aquilæ homini faciei opponebãtur. Hinc iam & diſſenſio inter Auguſt. & Hieron. ſuborta fuit. Ille enim lib. de conſenſu euãgeliſtarum leonẽ tribuit Matthæo, vt Ioã nes etiã leoni primum donauit locũ. At vero Hiero. vultũ hominis, Matthæũ adumbrare cõtendit, lib. 1. cõmen. in Matthæũ. Sunt qui controuerſiam dirimant, non ad euangeliſtas quatuor hæc prophetica viſa referẽtes ſolum: imò in omnes diffundũt eccleſiaſticos doctores. Quibus aptiſsimè humana congruit lenitas, & leonina fortitudo, & bouilla, vtilitas, & aquilina celeritas. Si tñ veros ſe doctores eccleſiæ Chriſtianæ exhibere ſategerint: & quia prælatorum eſt præcipuum munus docere greges ſibi concreditos (quippe qui paſtores ſunt) has habere facies, in primis curare debuiſſent: vt iam nos nõ ſemel cõmonefecimus ſuperius. Atverò quale quale hoc fuerit, etſi alioqui firmam habeat veritatem ſi perſe ſumatur: at Ezechielis locũ, atq; Ioãnis, de euãgeliſtis quatuor in primis exponendum eſſe, cum tota eccleſia cenſeo. Auguſtinus porrò dignitatem Chriſti expendens regiam, Matthæum ſub leone figuratum putat. Quippe proſapiam Chriſti regiam Matthæus denarrat. Eſt autem leo regum inſigne. Hierony. tamen quia Matthæus humanam contexit Chriſti generationem ſub hominis facie eundem intellectum fuiſſe vult. At quia Marcus Baptiſtam in eremo rugientem, in exordio euangelij denarrat, leonina Marco tribuitur facies. Lucæ verò quia à ſacerdote Zacharia cœpit euangelicam enarrationem,

Cap. 52. Pedes euangeliſtarum pulcherrimi. Leuit. 4. Luc. 15. Apo. 4. Ezechi. 1. & 10. Diſſenſus ſanctorum in vultibus euangeliſtarum. Prælati quales. Cur aptantur varijvultus euangeliſtis.

tionẽ, vitulus tribuitur. Vituli nanq; olim ſacerdotũ erant ſacrificia. Deniq; Ioãnes quia in arduis poſuit nidum ſuum dicens, In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum aquilinam habet faciẽ. Porrò autẽ vultus animaliũ quadrifidos diximus eſſe, in ſingulis euãgeliſtis, nam eſt in vno quoq; eorum hominis facies, & vituli, & leonis, & aquilæ. A ſingulis enim euangeliſtis Chriſtum verũ eſſe hominem, & victimam pro humano liberãdo genere, & ſurrexiſſe à mortuis, & deniq; in cœlum aſcendiſſe traditur. At qui in cœlũ aſcẽſionem, qui aquilæ aptauerit nõ ineptiet: vt qui reſurrectionem à mortuis leoni. Vicit
Apo. 5. enim leo de tribu Iuda, ſuperata morte de ſepulchro reſurgens Chriſtus: vt qui dñi mortem ſub vitulo adũbrari, & ſub vultu hoĩs ipſam Chriſti generationẽ, qui dixerit nõ inſulſe ſapiet. Cæterũ etiamſi Chriſti hæc ſublimia ſacramenta cõmunia ſint euãgeliſtis quatuor: at alij alijs expreſsius quædam denarrãt, Chriſti myſteria. Idcirco & vultus iſti aptantur ſinguli ſingulis.
Ezechiel in viſione ſua ordinem naturæ eſt ſequutus. Ezechiel deniq; ordinem naturæ ſectatus eſt in viſione: ſua primũ enim hominis faciẽ proponit: ſiquidẽ generatio Chriſti ſecundũ naturã, cætera myſteria præcedit. Quo ordine Matthæus primus eſt. At vero Ioãnes ordinem complexus gratię, leonẽ primum oſtendit. Etenim à domini reſurrectione vniuerſus humanæ ſalutis pẽdet ſtatus. Quia ſi Chriſtus nõ reſurrexit
1. ad Cor. 15 à mortuis inanis eſt fides noſtra. Obſeruãdũ autem præter hæc omnia, quod Ezechiel ait, duabus animalia hæc alis velare corpora ſua, cæteriſq; duabus inſinuat nõ velare. Ioannes verò animalium horũ nihil operit. Diximus porrò fidẽ & dilectionẽ Dei, alarum duas eſſe: quę quidẽ in præſentia dũ vita hæc agitur velata ſatis ſunt. Videmus enim nũc per ſpeculum in ænigmate:
1. ad Cor. 13 & quæ amamus, & ſperamus cœleſtia, non tenemus. Quapropter alæ duæ iſtæ animalium ſanctorũ corpora velant. Fides autẽ, & dilectio in proximũ ſeruanda, hæc ſine velamẽto patẽt. Sub quatuor vero lateribus alarũ manus hominis erat. Quatuor nanq; euangelia, non vt credamus ſolũ (vt hæretici putãt) ſed vt operemur cõmonefaciunt. O mirabilẽ planeq; diuinã animaliũ ſtructuram, & compoſitionẽ. At longè diuinior eſt latẽs ſpiritus: qui animalia hęc motitat cœleſtia. Inquit enim, Vnũquodq; eorũ corã facie ſua ambulabat: vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur cũ ambularent. Etenim illa ſola ſcripſerunt ſacri euãgeliſtæ, quæ ſpiritus ſanctus ſcribẽda inſpirabat. Teſtãte domino nõ eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri loquitur in vobis. Matth. 10. Nec reuertebãtur cũ ambularent. Quia quæ ſemel dictãte Spiritu ſancto chartis commiſerũt retractare non poterãt. Quod vero infra in eodẽ legimus & animalia ibant, & reuertebãtur, in ſimilitudinẽ fulgoris coruſcantis, non eſt diuerſum ab eo, quod exponebamus. Hoc enim illud denotat ſancta ſcilicet hęc animalia mobilia, & ductilia facilè eſſe, ſpiritu ſancto mouẽte: & inſtar fulgetri ſunt ocyſsima, vt à diuino ſpiritu mouerentur. Reuertebantur ergo, & nõ reuertebãtur, cedẽdo enim Deo reuertũtur, nihil vero retractãdo, nihil delendo, nullã limã adhibẽdo diuinis ſcriptis, dũ ambulãt nõ reuertuntur. ¶ Iã vero per hæc Ezechielis ſacerrima viſa (quæ expoſuimus) quã magnifica & humanis viſibus admiranda ſint animalia hęc beata aptũ eſt. Supeſt, ergo ex alijs propheticis oraculis, ſanctorũ euãgeliſtarũ alia quoq; indagare myſteria. Legimus autẽ in Zacha. c. 1. id quod à me iã ſupra indicatum eſt, & nunc differere oportebit. Vidit enim Zacharias cornua quatuor: cuius viſiõis ab angelo requirentẽ intelligẽtiã docuit angel⁹ cornua ſcilicet illa quatuor, eſſe cornua, quæ ventilauerũt Iudam, & Iſrael, & Hieruſalẽ. At præter cornua hęc, quatuor etiã eſſe fabros oſtendit: qui conuenerunt vt eijciant cornu gentiũ quæ leuauerũt cornu ſuper terram Iuda. Fuerunt autẽ, vt ab hiſtorico ſenſu ad tropologicam gradũ mihi faciã, ventilati Iu-

Lutheranã dogma elicitur.

Viſio Zachariæ exponitur.

dæi à quatuor terræ partibus. A nationib⁹ em̃ varijs diuexatos,& deuaſtatos Iudęos fuiſſe legimus. Vt à Babylonijs, ab Aſſyrijs,ab Aegyptijs,ab Idumæis,à Moabitis, &c. At verò per Mędos, & Perſas liberta te ſunt donati: & à priſtinis laboribus requieuerunt. Quos propterea Zacharias, fabros & cornua vocat:quippe deiecerũt Babylonios, Iudæis infeſtiſsimos. Quod ſanè geſtum vt ex re noſtra ſit,plane ſignificat mundanos homines, fidei Ieſu Chriſti aduerſarios. Contra quam nullũ lapidẽ non mouerũt,vt illam obſcurarent:& exautorarent,& armis,& fraudibus illam impetentes. At verò aduerſus cornua iſta quibus mundi plagæ quatuor abundant,quatuor creauit Chriſtus fabros,qui ſunt euãgeliſtæ quatuor: qui veritate euangelica (quam ſcripſerunt) omnibus fraudibus,& armis ſunt ſuperiores. Habet quippè mundus fabros ſuos,quos Eſaias inſinuat.c.41. Confortauit,ait,faber ærarius eum,qui cudebat tunc temporis,dicens, Glutinũ bonum eſt:& confortauit eum clauis,vt non moueretur. Et ſermo Eſaię eſt de fabriscõflantibus idola gentium:quæ ſecundũ ſpiritũ intellecta,mundanæ vanitatis cõflatores facilè ſignificant. Qui quidẽ clauis, id eſt, conſilijs peſsimas ſectas introducunt hæreſeõ, corruptorũq; morum palpones ſunt. Et vt fabri ærarij malleo crebris vicibus incudẽ percutiunt,vt formentquę ars fabrilis ſuggerit: ita & hæretici obſtinatè ſuas perſuadent ſectas. Varijs technis,& vaframentis, ſemel atq; iterum & infinities ſua nitũtur introducere. At verò iſtis peſsimis fabris alij optimi fabri à Chriſto obijciũtur:qui arma cudũt Chriſtianæ militię nõ carnalia,ſed potẽtia ex Deo:ad deſtructionẽ munitionum,cõſilia deſtruẽtia, & omnẽ altitudinẽ extollẽtẽ ſe aduerſus ſciẽtiã Dei. 2. ad Corin. 10. Euãgeliſtæ rurſum ſunt quadrigæ illæ de medio mõtiũ ęreorũ progredientes,quæ ex equis albis, rufis, nigris,varijſq; conſtãt. Zacha. 6. Siquidem mõtes ſunt,diuinitas Chriſti atq; humanitas. Mediũ autẽ horum montiũ Chriſtus Dñs eſt:qui mediator Dei & hominũ eſt. Nã Deus,& homo eſt. Ab hoc mediatore euãgeliſtæ nr̃i creãtur. Nã ipſe dedit quoſdã quidẽ apoſtolos,quoſdã autẽ prophetas,alios verò euãgeliſtas,ad Ephe. 4. Sunt autẽ euangeliſtæ equorũ diuinorũ quadriga vna:vt Hiero. inquit,in epiſtola ad Paulinũ Matthæus,Marcus, Lucas, & Ioãnes quadriga dñi, & verũ Cherubin, q̃ interpretatur ſciẽtiæ plenitudo) per totũ corp⁹ oculati ſunt. Cæterũ quidquid plenitudinis ſciẽtiæ eſt in ſacris doctoribus: cæteriſq; diuini verbi denarratoribus, (qui per orbis quatuor partes diffuſi ſunt) à ſacroſanctis euãgelijs quatuor dimanat. Propterea rectè dixeris quatuor quadrigas de medio mõtiũ proſilire. Sũt autẽ equi varij,albi,nigri,& rufi,euãgeliſtæ apoſtoli,cæteriq; diuini verbi tractatores. Quorũ alij ſanguine ſuo rubẽt,martyrij glorioſam coronã adepti:alij cãdore virginitatis niteſcũt: alij pœnitẽtiæ auſteritate,veluti exteriori quadã fuligine nigreſcũt. Alij deniq; varij ſunt, qui donorũ Spiritus ſancti varietate multa mirè fulgent. Legimus quoq; arcã dñi quatuor latam fuiſſe vectibus, velũq; Salomonici tẽpli (quod mira colorum cõ textũ diuerſitate,micabat) quatuor ſacris appenſum colũnis extitiſſe. Nihil autem cõmodius per vectes hos quatuor,columnaſq; quatuor ſub intelligere poſſumus, q̃ euãgeliſtas quatuor,qui tanq̃ vectes ſunt, quibus vehitur arca noui teſtamẽti Chriſtus. Mẽſaq; noui ſacrificij ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech ab ipſis per totũ portatur orbẽ. Euãgelia nãq; hæc ipſa cõmemorãt. Sũt itidẽ & columnæ ſacroſanctæ, quædã quatuor ex eadẽ materia ex qua & vectes cõpoſitæ: ex lignis nẽpe imputribilibus. Imputribilia em̃ ſunt quę ipſi tradiderunt non humana autoritate:ſed Spũ ſancto inſpirati. Veſtiebat autẽ colũnas aurũ, & argẽtum. Aurum quippè fulueſcit,argẽtum vero clariſsimum tinnitum edit. Euãgeliſtę ſiquidem Chriſti amore fuluẽt, & doctrinæ ſuæ claritate,& veritate, mundum impleuerunt. Iſtis appẽditur ſacroſanctũ velum:

Quatuor euangeliſtæ quatuor Chriſti fabri.

Euangeliſtæ quadrigæ Chriſti.

Exod. 26. Exod. 37.

Euangeliſtæ quatuor columnæ quatuor vectes.

1. ad Ti. 2. Gala. 3. Ad Hebr. 8. &. 9. &. 12.

velum: quia euangelijs quatuor quidquid fides ſub ænigmate credit, quidquid charitas obſcurè amat, quidquid ſpes cœleſtiũ bonorum anxiè ſperat, fulcitur, & appenditur. Et demum quę credenda, quæ faciẽda, quæ fugienda, quę appetenda ſunt (quibus velut cardinibus quatuor vita humana voluitur) ab euangelijs quatuor ſyncerimè qui petiuerit inueniet. ¶ Libet autẽ breuibus, qui iſti euãgeliſtæ fuerint referre. Matthæus autem & Ioannes duo ſunt ſolum euãgeliſtæ ex apoſtolico collegio, nam Marcus, & Lucas ex numero Septuaginta diſcipulorum extitere. Matthæus porrò primum obtinet locum in euangelico codice: quippè primus euangelium ſcripſit Hebraica voce, in gratiam fideliũ Hebræorum, octo elapſis annis à Chriſti in cœlum aſcenſione. Tranſtulitque euãgelium Matthæi Ioannes, & ex Hebraico Græcum reddit: vt Theophilactus archiepiſcopus Bulgarię commemorat ex aliorum tamen relatione. Hic ex Publicano Apoſtolus Ieſu Chriſti emerſit. Fuit quoque binomius: nam Matthæus & Leui cognominatur. In Iudæa Chriſtũ prædicat: & vſq; ad Aethiopes penetrauit, euangelicæ gratiæ diuulgandæ feruore ſuccenſus. Vbi à Fuluiano martyrio coronatur vt Nicephorus ait, aut vt alij ferunt Hirtaci regis iuſſu gladijs impiorum occubuit: & beato fine quieuit. Hiſtoriã lege apud Sophroniũ, & Yrenæũ, etſi Nicephorus in lib. 2. de eccleſia. hiſto. c. 41. variat ab alijs ſacrarũ rerũ hiſtoriographis. Ex hoc autem beatiſsimo euãgeliſta, ſpes diuinę miſericordiæ viribus augeſcit, & exemplum certiſsimum nuſquam eſſe conclamatam peccatorum veniam ſumit. Quippè publicanum hominem (qui ad telonium ſedebat menſæq; fœnebri, augendiſq; nummis totus ſiue iure ſiue iniuria deditus erat) ad ſe trahit Chriſtus & vocat. At vero expedit vt ipſum Matthæum in mediũ proferamus, qui nobis hanc vocationem ſuam, hũcq; diuinum tractũ exactè & veraciter denarrauit. Trãſiẽs, ait, Ieſus inde, vidit hominẽ ſedentem in telonio Matthæũ nomine: & dixit, Sequere me: & quod ante omnia mirari ſubit. Non vocatus cœleſtis accedit medicus, nõ rogatus venit Chriſtus, vt ęgrotantẽ morbo peſsimo hoc eſt auaritia Matthęũ diligẽtiſsimè curet: at vltroneus accedit. Quippè eò venerat, quò peccatores vocaret ad pœnitentiã. Et niſi medicus hic ad medendũ languoribus noſtris primũ accedat, incurabiles ſunt. Ipſe enim eſt Chriſtus, qui ſuæ diuinitatis medicã primò adhibet manũ, vocãs, pulſans, excitanſq; torpẽtia noſtra in peccatis corda: vt iuſtificationis gratiã donet: ſi tamen excitanti cedimus. In telonio igitur ſedebat Matthæus, in peccatis agebat, diuina non curabat, terrenis inhiabat, morbũ auaritię amabat, remedia morbi nõ quęrebat imò quod augeret morbũ affectabat. At verò à Chriſto non deſpicitur, imò aſpicitur. Vidit enim eũ ſedentẽ in telonio, quẽ admodũ & Paulus ferociẽs in Chriſti gregẽ, Chriſti voceblãda rerretur, & ab equo deturbatur, & ex perſecutore apoſtolus euadit. Vt Matthæus ex Publicano ad apoſtolicã quoq; celſitudinẽ prouehitur. Cęteros apoſtolos ex piſcatione vocat Chriſtus. Matthęũ autẽ nõ ex piſcatione (quæ innoxia eſt) ſed ex telonio (quod noxiũ erat) vocat, & trahit: & viſcera ſuæ miſericordiæ cõmendabiliora apud peccatores reddit: quò diſtãtiores imò diſtãtiſsimos à diuina gratia peccatores ad ſe pellicit, & incitat. Et qui perditiſsimi cẽſentur ita Deus lucrari ſolet, vt qui lucrati iã videntur, illis nõ conferãtur. Etenim errantẽ ouẽ in deſerto, ſolertiſsimo ſtudio quęrit Chriſtus: & errãtes peccatores in hoc ſeculo (etiam qui deſperatam videntur habere ſalutem) ſępè ad ſe mirabiliter vocat Deus. Etenim cui vult miſeretur, & quem vult indurat: quia neq; volentis eſt neq; currẽtis ſed miſerentis eſt Dei, ad Rom. 9. Errabat ergo tanquam ouis in deſerto Matthæus, diſtabat à ſempiterna claritate iniuſtis lucris incumbens. Nihilominus ad errantẽ ouem acceſsit paſtor, ad diſtantem à luce ipſa accęſsit

Matthæ' & Ioã. euangeliſtæ & apoſtoli.

Mar. 2. Lucæ. 5. Matth. 9.

Matth. 9. Lucæ. 5. Mar. 2.

Act. 9.

Matth. 4.

Lucæ. 15. 1. Petr. 2.

Matthæ' ti quam ouis errans erat.

ceſsit lux, dixitque illi, Sequere me. Qua audita voce, quo percepto mirabiliter imperio, nõ deſes eſt Matthæus vt illud exequatur, ſed ſurgens ſecutus eſt Chriſtum: & ab errore ad viam reuocatur, & à tenebris ad lucem. Sũt enim peccatores inſtar Lunæ Eccleſiaſtico teſtante, Stultus vt Luna mutat? Luna vero, quò magis aſpectibus noſtris fulgere videtur, eò minori luce prædita eſt: & contra quò minus nobis lucet, luce maiori increſcit. Etenim quando nobis fulgentior eſt, à Sole (qui eſt fons luminis) diſtantior eſt quãdo vero minus lucet, Soli coniunctior eſt. Ita propemodum & homines ſunt, q quo magis apud homines reſplendent, aut diuitiarum copia, aut ſublimium ſtatuum celſitudine, eò minus coram Deo ſplendent. Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. Luc. 16. Et rurſum quò deſpectiores, & obſcuriores, in oculis ſunt hominũ, eò fulgentiores ſæpè coram Deo reddun tur. Matthæus igitur diuitijs lucebat corã hominibus, at ita lucens, à vera luce vacuũ gerebat animum. Acceſsit ad luminis fontem Chriſtum, & lucem ſeculi deponit, diuitias ſpernit, teloniũ calcat, & in paupertate ſumma conſtitutus, magis quam vnquam reſplenduerat ſplendet. Sed quid ni ſplenderet, qui ipſum Solem Chriſtum in domũ ſuam excepit? Lucæ. 5. Relictis omnibus ſurgens ſequutus eſt eum, & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua. Et vt olim Elias reperit arantem Eliſæum filium Saphat in duodecim iugis boum: cumque veniſſet Elias ad eum miſit pallium ſuum ſuper illum, qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam. 3. Regum. 19. ita & Chriſtus accedit ad Matthęũ in iniuſtis lucris arantem, & pecunias ſibi corradentem: at excitatus Chriſti gratia operituſque charitatis diuinæ pallio (quod operit multitudinem peccatorũ) ſeculi lucra mittit, vt æterna conſectetur. Et obſerua quam blandus & copioſus ſit in miſerẽdo Chriſtus. Acceſsit enim primò, dein vocat, in domum Matthæi ſe excipit, conuiuam ſe illi exhibet, cum cæteriſque peccatoribus & publicanis manducare & bibere non dedignatur. Et tãdem telonarium, diſcipulum, apoſtolum, euangeliſtamque ſuum conſtituit. Et quanquam putabat ſibi eſſe ſatis peccata donari, non ſatis tamẽ putat Chr̃us illa illi donaſſe: ſed Matthæũ multis incremẽtis gratiarum ornat, & auget. Nam quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit hos & iuſtificauit: quos autẽ iuſtificauit, illos & magnificauit. Vnde Matthæum tot clariſsimis muneribus magnificauit Chriſtus, quę Chriſti magnificentia erga Matthęum, alios quoq; proritauit ad pœnitentiam peccatores. Erat enim turba multa Publicanorum, & aliorum qui cũ illis (ſubaudi in conuiuio) erãt diſcumbẽtes. At vero Chriſti magnificẽtiã hãc Phariſæi & ſcribę turbate nitũtur. Aiũt enim. Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter. Hoc enim eſt falſæ virtutis indicium, veræ virtuti inuidere. Phariſæi nanque, & ſcribæ Chriſto obmurmurant, quod conuiuam publicanis, & peccatoribus ſe præſtabat. Ipſi iuſtificari à Chriſto reſpuebãt, & cęteros ne iuſtificationis gratia potirentur arcebant. Iſtud eſt, quod Auguſtinus inter peccata, quæ contra Spiritum ſanctum cõ numerantur adnumerat: inuidentiam, videlicet, fraternæ gratiæ. O Phariſæi cæci, quanto ſatius eſſet vobis huic intereſſe cõuiuio, & cum Chriſto & Publicanis conuiuas eſſe, quam tanto vos temerè orbare conuiuio? Melius longè eſt Publicanũ eſſe. & Chriſti commenſalem, quam turgidum Phariſæum beatique huius conuiuij aſymbolũ. Si enim dicite mihi probi medici eſt non auerſare ægrotum, cur Chriſtus cœleſtis animorum medicus, ægrotãtes auerſabit mentes? Non eſt opus ait valentibus medicus, ſed malè habentibus. Et demum retundens Phariſaicum faſtum, & tumens ſupercilium, quod cæteros homines ſpernebat, inquit, Euntes diſcite, quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium? Quaſi diceret, Gratius Deo

Cap. 27.

Peccatores inſtar Lunę ſunt.

Rom. 8.

Lucæ. 5. Matth. 9.

Falſa virtus verę virtuti inuidet.

Iduidentia fraternæ gratiæ qd.

Notanda figura ex lib. Regum.

1. Petr. 4.

Oſeæ. 6.

eſt

Gratior eſt cordis pœnitẽtia quã hecatõbe.

eſt commiſereri fratrum, illiſq; opitulari, quam magnas Deo hecatombas offerre. Vos verò ò Phariſæi corrupti eſtis iudicij. Pluris facitis nanque externa ſacrificia, q̃ internam commiſerationem, vnde opem fratri ſubminiſtramus indigenti. Publicani autem, & peccatores diuina egent miſericordia (quæ eſt indonandis peccatis) idcirco Chriſtus illis illa donãs gratius opus multo Deo patri præſtitit, quã eſſent vniuerſa legis ſacrificia. Etenim ſacrificia illa vetuſta hoc ſolo nomine momenti habebant non nihil, quod homines de peccatis ſuis admonebãt, vt vel inde de memoratis delictis pœnitentes veniam impetrarent. Sunt autem etiã apud nos, qui inſtar Phariſæorum, & ſcribarũ, ſi publicanos, & peccatores, & deploratæ vitæ homines Chriſti gratia ad meliorem vitæ frugem aſpexerint conuerſos, ſubſannant, & irrident, peccata illorum præterita illis refricãtes.

Matth. 13.

Quaſi verò Deo ſit difficile ex lapidibus filios Abrahæ facere. Porrò hæſitabis, & mecũ quærere forſitan deſideras. Ecquid Matthæus dominum in domum excepit ſuam, vt cœleſtem cõuiuã domi haberet, at Petrus dominum precatur dicens, Exi à me domine, quia homo peccator ſum?

Lucæ. 5.

Cęterũ Petrus ſuam indignitatẽ, vt Chriſti ſit contubernalis, verbis præhabitis profitetur. Verum Matthæus vt ſe tanto muneri (quale eſt diuina vocatio) gratum prę ſtaret, vocantẽ Chriſtum ad ſe inuitat. Et parum erat Matthæo domi recipere, quẽ iam corde exceperat. Et exiguũ erat tantæ iuſtificationis feſtum conuiuio corporali celebrare, ſiquidem gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quã ſupra nonaginta iuſtis, qui nõ egent pœnitentia. Lucæ. 15. quod ſi iuſtificationem peccatorum angeli feſtiuè, & iure celebrant, illorum celebrabunt in primis, quorũ iuſtificatio eſt ægerrima. Qualis eſt eorũ qui lucris, & rapacitati ſtudẽt, qui niſi aliena quæ rapuerunt, aut demum omnia malè parta dominis reſtituãt iuſtificatiõis gratiã obtinere nequibũt. Quippe non tollitur (protrito Aug. prouerbio) peccatum niſi reſtituatur ablatum. At reddere debita, & malè conquiſita reſtituere ſummi negotij eſt. Vnum, vel alterum ex innumera horũ turba reperias, qui id vel tardè, præſtet ſedulo vero neminem. Sic ferunt prẽſentes nri peſsimi mores. Quapropter nõ ab re dominus Matth. 12. Quã difficile, ait, eſt qui pecunias habent introire regnũ cœlorum, facilius eſt camelum per foramẽ acus intrare. Vnde adoleſcens triſtis terga Chriſto vertit: quia de relinquendis charis ſibi diuitijs à dño admonebatur. At verò Matthæus dñi accepta voce hac, Sequere me, non triſtis abijt: imò ſurgẽs ocyus vniuerſa ſponte reliquit. Dines erat, auarus erat, lucris iniuſtis incũbebat, ideo & illius iuſtificatio nõ leuis negotij erat. At citra negotiũ, omne ſuperat negotium, & à fæcibus auaritiæ, à telonia ſede, quæ ſeculo vacabat properè ſurgit, & ſequitur dines Matthæus Chriſtũ pauperem: vt iam non ſeculo ſed Chriſto vacet. Iam vero quod nimis dolẽdũ eſt reperias quoq; multos, qui ſi nõ ad teloniũ vt Matthæus ſedẽt, ſedent tñ ad voluptates ſeculi captãdas, ad honores ambiendos, ad diuitias malè aucupãdas: quos dñs tñ pertranſiẽs, aut interno afflatu, aut externa prædicatione vocat: dicitq; illis, Sequimini me. Porrò nõ ita ſurgũt vt Matthęus, at defixi perſiſtunt in ſordibus peccatorũ ſuorũ. At Matthæus ſemel vocatur à Chriſto & cõtinuo ſurgit ad Chriſtũ, & Chriſti pediſequũ ſe exhibet? At vero tu vocaris ò peccator ſemel atq; iterũ & pluries, at vocem Dei ſurda pertrãſis aure. Mortui audiunt vocẽ Chriſti, & tu nõ audis? Lazarus vocatur à Chriſto, & continuo ſurgit à monumento, & tu vocaris & torpes? Creaturæ oẽs vocãtur, & obtẽperãt, & tu vocaris & repugnas? Multa nos diximus de diuina vocatione, & de incõprehenſibili Dei miſericordia in declamatiõibus proprijs: quę huc vocabit qui plura de feſto beati Matthæi audire deſiderat. Ad reliquos igitur euangeliſtas noſtra pergat oratio.

Angeli maiorũ peccatorũ cõuerſionem feſtiuè celebrãt

Auarorũ cõuerſio eſt multi negotij.

Voluptashabet ſuum telonium.

Ioan. 11. Baruch. 3.

¶Poſt

Quis Marcus fuerit.

¶Poſt Matthæum Marcus ordinē habet, qui Petri diſcipulus fuit. At Romæ conſiſtens à fidelibus Romanis rogatus eſt, vt nō ſolum verbo Chriſti geſta denarraret, ſed etiam ſcriptis mandaret: perſuaſus tandem fratrum precibus, quę à Petro recepe rat, illa breui euangelio commiſit: quę Petrus legens probauit, & probata ſua autoritate fidelibus tradidit legenda. Scripſit porrò poſt domini in cœlum aſcēſionem annis decem. Vt Theophilactus in hipotheſi ad euangelium ſecundum Marcum commemorat. Hunc quoque Petrus filiū vocat. 1. Petr. vlti. Paulus meminit quoque Marci Coloſſenſibus ſcribens. 4. c. & Marcus ait conſobrinus Barnabæ, & vt geſta denarrant Apoſtolica. c. 12. Marcus etiam Ioannes eſt appellatus. Hic mirabilis ſanctitatis extitit vir, qui Alexādrinam eccleſiam in eandem ſuis monitis perfectionē, deduxit vitæ, quā Hieroſolymitanam eccleſiam habuiſſe Lucas in actis commemorat, adeo vt omnia Alexandrinis fidelibus eſſent communia. Lege apud clementem in libro hipotipoſeon: quem indicat Sophronius vitam Marci ſcribens Hieronymo interprete. Sub Aquilæ typo nonnulli adumbratum ab Ezechiele, & Ioanne, Marcum volunt: vt Theophilactus loco dudum demonſtrato. Quippe à Ioāne Baptiſta euangelicæ denarrationis exordium fecit, quem dominus prophetam, & pluſquam prophetā nominat. At qui aquilæ rectè prophetis typus congruit. Aquila enim acerrimi viſus eſt, adeo vt rigidis oculis ſolē ſpectet: id quod mentis eſt propheticæ, quæ diſtant longiſsimè cernere. Quamobrem videtes antiqui prophetas cognominauere. At vero leonis figuram Ioanni euangeliſtæ aptat. Leo enim animal regium eſt, & cæteris ratione expertibus animalibus veluti regia quadam celſitudine præſtat. Ioannes autem de diuinitate Chriſti (quæ vniuerſas creaturas ſuperat) primum in exordio ſui euangelij mentionem fecit. Diſcrepat tamen in re hac à Latinis autorib⁹, Grecus Theophilactus: vt ex ſuperioribus diſcere poteris. Etſi ex eo quod ad duos reliquos euāgeliſtas attinet, cum illis conſentiat. Referunt præterea Marcum Petri ex ſorore nepotē fuiſſe. Tibi conſulendi ſunt Euſebius. cap. 11. lib. 6. hiſto. eccleſiaſti. & lib. 5. cap. 8. & Nicephorus libro. 2. eccle. hiſto. deniq; Alexandrię martyrij palmam adeptus, glorioſe quieuit, indeque Venetias trāſlatus eſt: vbi hodie iacet conditus: magnificiſque à Venetis honoratur cultibus.

Marcus binomius.

Mar. 1.

Matth. 11. Lucæ. 7.

Theophilactus diſcrepat à Latinis.

¶Lucas patria Antiochēſis (quę eſt in Cęleſyria) profeſsione medicus luculentum euangelium conſcripſit: diſertoq; ſermone: Greccè nanq; erat eruditus. Vnde Paulus Lucæ mentionem faciens, Cuius laus, ait, eſt in euangelio. Nam perſpicuus eſt Lucas, non ita redolens Hebraicam dialectum vt cæteri euangeliſtæ. Ideo puritatem Græcanici ſermonis obſeruat diligentius. Pauli fuit ſectator ſtudioſiſsimus, & dominum poſt mortis trophæa vidiſſe cū Cleopha altero domini diſcipulo, Lucæ. 24. Theophilactus commemorat. Scripſit vero anno ab aſcenſione domini. 15. Et non ſolum domini geſta volumine vno, ſed apoſtolorum acta (quibus ipſe oculatus teſtis interfuit) altero volumine digeſſit. Galliam luſtrat, Italiam, Græciam, euāgelicæ propagandæ fidei amore feruens. Et qui medēdis corporibus vacauerat, domini factus diſcipulus, animorum hipodigmata ſalutaria calamo ſcripſit, & verbo docuit. Pictorem quoque eximium hunc referunt fuiſſe Chriſtique depinxiſſe formam, virginis ſacræ, & beatorum Petri, & Pauli: obijt octuaginta annos natus Conſtantinopoli agens. Quo loco eiuſdem reliquiæ multis claruerunt miraculis, antequam Turcæ Conſtantinopolim ſubiugarent.

Euſe. lib. 3. de hiſto. eccle. cap. 3.

2. ad Cor. 8

Theophila. in hipotheſi ad euangeliū ſecundū Lucam.

Nicephor⁹ de eccle. hiſto. cap. 43. lib. 2.

¶Iam vero quia de beatiſsimo Ioanne Euangeliſta fuſiorem inſtitui habere ſermonem, prothematis noſtri repetere verba non piget. Primus ad Sion dicet: & Hieruſalem euangeliſtam dabo. Porrò autem primus qui eccleſiæ nuntiauit diuina

Prothema nouè repetitur, & Ioanni Euangeliſtæ aptatur.

diuina myſteria, Verbum patris eſt Chriſtus dominus, qui in ſinu patris ſubſiſtens Deus, ab ęterno vniuerſa, quę ſub temporum momentis geſturus diſpoſuerat, Sioni, ideſt, eccleſiæ catholicę (quæ ciuitas, & arx eſt veri Dauidis Chriſti) decreuerat, & tandem carnem accipiens euangeliſtas illi exhibere: ceu fideliſsimos, & veraciſsimos rerum ab ipſo ſub aſſumpta carne gerendarum notarios. Inter quos Ioannes Iacobi frater plurimum micat non ſane maiori autoritate dicentis, aut dicendorũ veracitate. Quippe euangeliſtæ iſti quatuor (vt ſuperius demonſtrabamus) non erant, qui ſcribebant: ſed ſpiritus patris cœleſtis ſcribebat in illis Matthæi. 10. tametſi altitudine myſterij, quod Ioannes verſat euãgelium, cæteris eminet. Cæteri nanque diuinam & incomprehenſibilem diuini & increati verbi generationem ſiluerũt Ioãnes vnus eſt, qui expreſsit. Id quod nõ ſolum catholici iure miramur, & vt decens eſt ſuſpicimus, quin etiam philoſophica reuerita eſt veneranda toga. E quorum numero Amelius Platonicus fuit: qui Ioannis ſermonem imitatus, de Dei verbo loquens. Hoc eſt, ait, verbum per quod facta ſunt omnia: vt nos abundè hæc proſequuti ſumus in declamatione de beata Triade ad cap. 6. Quamobrem aquilam ſibi meritiſsimè Ioannes vendicat. Animalia enim quæ reliquis euangeliſtis aptantur greſsilia ſunt, non volatilia ſunt: vt homo, bos, leo: at aquila volatile eſt animal. Aues porrò velociores ſunt greſsibilibus, & vocaliores. Nãq; quadrupedum vocale reperias nullum, at auium plæraſque inuenire licebit, quęvel garritu, vel vocis concentu, otiantur. Ad hæc rurſum greſsibilia animalia æthera petere nequeunt. At auium iſtud eſt germaniſsimũ deducentibus alis, in cœli ſeſe tollere ſublimia. Vnde ſcriptura prouidè non pennatis animalibus, pennas affixit, vt viſa illa animalia, non qualia hæc noſtra ſunt à nobis eſſe reputarentur, ſed alia longè multo ſublimiora à nobis intelligenda eſſe voluit diuinus cõmonefacere ſermo. At verò etiam ſi pennata illa doceat, quæ cæteris tribuuntur euangeliſtis, volucrem voluit eſſe Ioannem: vt vel ex typo quantus eſſet Ioannes nobis conniueret. Omnes igitur beatiſsimi euãgeliſtæ pennati ſunt. Nam pennas habent ſenas: quia myſteria Chriſti etiam humana, niſi Dei ſpiritu volarent, penetrare nequirent. Nam quãuis infirmam habeant corticem, potentiſsimam medullam condunt. Nam quod infirmũ eſt Dei potentius eſt angelis, nedũ hominibus. 1. ad Cor. 1. quod ſi infirma Dei qualia ſunt mors, cæteræque Chriſti paſsiones, ſunt potentiſsima, quale putas eſſe ipſum illud potentiſsimum, quod eſt Chriſti diuinitas? Ad hæc volant euangeliſtæ omnes alis multis, quia varia Chriſti docent myſteria, varijs nos inſtruũt ſpũalibus antidotis, varia propinant contra animi noſtri morbos ſalubria pharmaca. At vero Ioannes altius multo volat, præpetique volatu cæteros facilè ſuperat. Aquila enim eſt: ſiquidẽ ad potentiſsima denarrãda Chriſti ſe tollit myſteria. Aſpice ſi poteris Aquilæ huius volatum primum, In principio, ait, erat verbũ, & verbum erat apud Deum. Hanc olim inſinuans Aquilam teſtabatur Iob. 39. Nunquid ad pręceptum tuum eleuabitur aquila? Et in arduis poſuit nidum ſuũ: in petris manet: in præruptis ſilicibus commoratur: atq; inacceſſis rupibus, inde contemplatur eſcam, & oculi eius de longè proſpiciunt? Duas nãque aquilarum magnificas dotes commemorat Iob, & quod perniciſsimi eſt volatus, quare in arduis nidulatur, vbi pullos quos alit tutiſsimos ſeruat: & quod acerrimi eſt viſus, vnde procul eſcam ſibi cõmodam proſpectat. Verum ſi ad myſticã noſtram aquilam hæc referamus, non indoctè dicemus de Ioanne, nũ aquila hæc ad pręceptũ hominũ eleuata eſt? Num à Platonicis ęnigmatibus, à peripateticis ſpinoſis argumentis, nũ à Socraticis vitæ documentis, has celerrimas accepit pennas Ioãnes, vt tam ſublime petat, quam nullus vl

quam

Aequa eſt quatuor euangeliorũ autoritas.

Philoſophica toga Ioãne reuerita eſt.

Aues ſunt velociores & vocaliores greſsibilibus.

Eze. 1. Apo. 4.

Cur Ioã. tribuitur volucris figura.

Ioan. 1.

Explicatur tropologicè locus Iob.

Duæ inſignes aquilarum dotes.

quam petit,aut petet,aut petiuit? Non vti q; ad præceptum hominum eleuata eſt hæc aquila,ſed ad præceptum diuini verbi:ad cui⁹ pectus in cœna recubuit. Vnde veluti à fonte clariſsimo atque vberrimo hæc hauſit cœleſtia,quæ fundit in ſuo euã gelio myſteria. Fœlix Ioãnes cui datũ eſt ipſum cœleſtem diuinæ ſapientiæ tangere laticem,oraq; ſua illi coniungere:& nõ ſolum extrema lambendo,lingua diuinas epotare aquas,imo ore demerſo ad ſatietatem vſque perenni,& limpidiſsimo frui fonte. Sub hæc quoq; mecum conſidera Baptiſtam Domini præcurſorem, qui ante quam naſceretur adhuc in vtero matris ſuæ latitãs,repletus eſt ſpiritu ſctõ, dæmonem infantulus etiam num nondum vagi re ſciens calcauit,& lumine alioqui reſplẽdens prophetico, at Chriſti verticem aquis Iordanis tingere trepidat. Et Magdalena Chriſti vultum reuerita retroſtans, pedes Domini lachrymis lauat,& capillorum cæſarie abſtergit. At Ioannes hic alter, à Domino dilectus, nihil eſt timens. Nam non ſolum ad Ieſum accedit, ſed in pectus Domini ſeſe inſinuat,& ſupra illud in nouiſsima recumbit cœna:vt vel inde amoris Chriſti erga eum eximia proferret indicia. Vt iam verè dixeris in arduis ſublimem aquilam hãc poſuiſſe nidum ſuum, in præexcelſisque morari petris. An non arduũ eſt in pectore Chriſti(vbi ſunt omnes theſauri ſcientiæ,& ſapientiæ Dei reconditi)nidum collocare? An non Chriſtus petra eſt,& ſublimis petra? In hac autem petra Ioannes domicilium inuenit. In præruptis itẽ ſilicibus commoratur Ioannes. Angelos enim voluit Gregorius hos eſſe,quos Iob enarrat præruptos ſilices:in quibus tñ Ioannem commoratũ fuiſſe dũ apud nos ageret quis dubitat? Apocalypſim lege,& familiariſsimum videbis Ioãnẽ angelis Beatis:quos adorare aliqñ Ioannes volẽs,ab adoratione prohibetur. Quippe angeli Ioãnis cõſeruos eſſe ſe proteſtãtur eſſe,nõ dominos:vt à Ioanne eximio cultu colãtur. Vide,inquit,angelus Ioanni neſeceris,cõſeruus enim tuus ſum, & fratrũ tuorũ. Ecquid mirũ ſi angelos ſibi habet inſocios & familiares,ſi ipſum Dominũ angelorũ ſibi habet chariſsimum? Ad hæc in præruptis ſilicibus cõmoratur Ioãnes in præceptis nãq; charitatis ſuũ vertit ſemper ſermonẽ,quippequi Chri charitate totus mirè ardebat. Verba charitatis Dei, & proximi nunquam non verſabat, Nanque ſiue epiſtolas legas,ſiue euangeliũ Ioannis,omnia diuinos ſpirãt amores. At vero dilectio Dei, atq; fratrũ heu quã prærupti ſunt ſilices,quæras obſecro quis nã legitime illo cõſcẽdat,quæras etiã ſolertiſsimè ſi forte reperias, qui hos præruptos tetigerit ſilices: & rariſsimos offendes qui diligãt & Deũ & fratres ſyncera, & inuiolata dilectione:ſed oẽs quærũt quæ ſua ſunt,& nõ quæ Ieſu Chri, oẽs hoc cũ Dema ſeculum diligunt. At Ioãnes præruptos hos amplexus eſt ſilices:nam feruidus Chri amator,nõ põt fratrum frigidum ſe præſtare amatorẽ. Egregiè autẽ ſilices, ſi conſideras charitatis qualia ſint præcepta docẽt. Silex em̃ ferro tactus,ignis micãtes ſcintillas excutit:& diuina itidem mãdata qd aliud quã amoris flãmas proferũt? Porro vnũ eſt qđ inter dilectionis fraternę officia innumera quæ præſtitit Ioãnes, maximè omniũ Ioãnẽ cõmẽdat. Ferũt enim adoleſcẽtẽ quẽdã ſacris chrianæ religiõis initiatũ,& ingenio feruidũ amaſſe Ioãnẽ Epheſi agẽtẽ,quẽ apud epiſcopũquẽdã tã quã depoſitũ ſacrũ,cõmẽdauit & illi⁹ fidei cõmiſit, vt illi proſpiceret,& illi regendo nõ ſegniter inuigilaret,ne per vitiorũ abrupta iuuenis ille ſeſe præcipitẽ daret. Epiſcopus aũt tps lapſu (vt humani moris eſt) negligẽtia torpuit,quare & adoleſcẽs genio malo laxauit fræna. Adeſt tñ p̃ter ſpẽ Ioãnes rationẽ de iuuene exacturus. Quẽ vt reſciuit epiſcopi perijſſe ĩcuria irrugijt clamore magno,& iuuenẽ inuẽturus quo quo ſe vertiſſet petit,quẽ tãdẽ inueniẽsmirè cõplexus eſt & meliorẽ vitã exhortaĩ, & Ioãnis induſtria iuuenis ad priſtinũ vitę cãdorẽ reſtituitur. Lege Nicephorũ li. 2.

Ioannes cœleſtem attigit laticem.

Ioan. vlti. Ioãnes aquila in arduis nidificans.

Colo. 2.

1. Cor. 10.

Apocal. 19. & 22.

Phili. 2. 2. Tim. 4.

Feruidus Chriſti amator nõ põt frigidè amare fratres.

Ioãnes Dei & fratrum amatiſsimus.

de hiſt.eccleſi.c.42.Et Euſebium lib.3.ec cleſi.hiſt.c.32.lege etiã Clemẽtis ſtroma ta.Iſti ſunt igitur (vt ad noſtra prima re deat ſermo) ſilices ardẽtes,vbi noſter com moratus eſt Ioãnes.Præter hæc quoq; in ſilicibus præruptis cõmoratur.Etenim al tiſsima diuinæ generationis ſecreta rima tur,& ſine principio verbum,in principio fuiſſe,denarrat patri eſſe coæternũ,eidẽq; homouſion eſſe euãgelica ſonãs tuba,mũ do diuulgauit.Hæc ſacramenta ſunt præ rupti ſilices,quæ humana mẽs (etiã ſi acer rima ſit) cõſcẽdere nequit,imo neq; ange lica.At hîc nidulatur Ioãnes, & ex altiſsi mo nido inſtar aquilarũ cõtẽplatur eſcam fidelibus omnibus diſtribuẽdã.Etem hoc euãgeliũ Ioãnis Chri eccleſię eſca eſt,quę hæreticos Hebionitas(qui diuinitatis Ieſu Chri hoſtes erant)cõtriuit,vt olim ſub Ge deone panis ille ſubcinericius Madianita rũ hoſtiles demolitus eſt copias.Legimus præterea in Ezech.c. 17. aquilã egregiam quandam magno diſtẽtam ſuiſſe alarum ductu,plumoſam,& variegatam,ſe ad Li banũ cõtuliſſe,indeq; cedri tuliſſe medul lã.Quæ ſanè quanuis iuxta hiſtoricum in tellectum imperatorẽ Babylonicũ figurãt qui in Babylonẽ Iudæos captiuos abegit: at vero quæ mala ſunt typũ nõnunquam bonorũ gerere,ex lectione ſcrõrũ admo nemur.Vt eſt apud Gre.3.morali. videre ca.21.& apud Augu.libr.cõtra fauſtũ.22. ca.87. Quare ad aquilam aliam grandem eximiæq; ſingularitatis Ezechielis refera mus ſacra viſa.Eſt nanq; grandis Ioannes, & ſublimis aquila,quam cõmemorãs Am broſius in præfatione ad Lucæ euangeliũ, Nemo,ait,audeo dicere tanta ſublimitate ſapiẽtiæ maieſtatẽ Dei vidit,& nobis pro prio ſermone referauit,quãta Ioãnes.Trã ſcẽdit enim nubes,tranſcẽdit virtutes cœ lorum,tranſcendit angelos, & verbum in principio reperit:& verbum apud Deum vidit.Hæc ille de Ioanne glorioſè tradidit Etenim grãdis & ſpectatiſsima eſt aquila hęc,nõ equidẽ corporis magnitudine:ſed maieſtatis excellentia: idcirco & medullã cedri ex libano mõte tulit nobis.Quis em̃ Libanus vberior,quã cœleſte habitaculũ? aut quæ cedrus procerior Chro qui apud homines agens,apud Deum erat? Et verbũ,ait,erat apud Deũ, atqui huius pręclariſsimæ cedri hoc eſt Chriſti,diuinitas tan quam medulla eſt.Nam hoc erat quod in ipſo tanquam medulla in arbore latebat, nempe,quod Deus erat is, qui homo hominibus videbatur. Hãc igitur nobis tulit Ioannes medullam,nam verbum Dei patris Chrm eſſe docuit:verumq; Deum etiã ſi alioqui mortalis,& paſsibilis erat.Prę terea aquila hæc plumarum quoq; denſitate ornata deſcribitur,atq; plumarum va rietate fulgens videtur. Ioãnes nanq; virtutum omnium ampliſsima ſupellectile refertiſsimus eſt:virginitatis enim rutilat fulgida dote,prophetico reſplendet lumine,apoſtolico gaudet priuilegio,euangeli ſtæ donatus eſt autoritate,epiſcopali præcellit poteſtate, Martyrij deniq; inſigni præeminet palma,& confeſſorum quoq; nõ eſt expers glorię.Si cuncta hæc experi ri cupis , illa accipe ſingula. Virginitatis nanque florem Ioannem eximiè ſeruaſſe Hieronymus cum cæteris patribus tradidit.Hic eſt inquit Ioannes euangeliſta,qui virgo eſt electus,quem nubere volentem vocauit à nuptijs.Qui enim diligit munditiam,habebit amicum regem Prouerb. 22.Qui dilectus igitur ſummi regis inſcri pturis cõmendatur,mũditiam mentis, & carnis ſummè dilexit. Et quanquã diuino oraculo hoc vt credamus nõ cogimur, at eccleſiæ catholicæ autoritas nobis hoc pſuadet,quæ virginẽ matrẽ Mariam comẽdatam eò Ioanni putat,quia Ioãnes virgi natis cõſortio gaudẽs,virgo virgini meri tò cõmittẽda erat. Vñ in prece quadã,ait, Virginẽ virgini cõmendaſti. Crediderim q; ob id Ioannem Chro fuiſſe gratiſsimũ illiq; ſecreta cœleſtia,quæ diximus præ alijs retecta fuiſſe,nempe, qđ puritate mentis,& carnis cæteris præpollebat. Vnde & illud eccleſia celebrat, Tu lene cõiugis pectus reſpuiſti,Meſsiam ſecutus. Quare vnus eſt

Præruptos ſilices tenet Ieannes.

Iud.7.

Viſio Ezechielis expo nitur.

Aliquando mala figura ſunt bonorũ & bona malorum.

Ioannes grãdis eſt aquila.

Ioãnes Chriſti diuinitatem explicauit.

Ioannes dotes rarę.

Ioannes virgo ex eccleſiæ &ſanctorũ decreto.

Ioannes per autonomaſiã ex dilecto ſignificatur.

nus eſt Ioannes qui in ſinu Ieſu recubuit, qui ſupra Domini pectus reclinari auſit, quippequē eximie diligebat Ieſus. Quare nomenclationē egregiam dilecti, adeptus eſt Ioannis. 13. &. 21. quippequi virginitatem in apoſtolico choro vnus coluit. Equidē Salomon rex ille pacificus, dictus eſt dilectus Dei, nam illū illuſtrauit Deus ſapientiæ mirabili dono, ditauit opibus in menſis regniq; tranquillitate ſumma: demum regno fecit Iudaico florere maximè: obhas igitur cauſas dilectus Dei nūcupatur. At conferas ſi iuuat quæ Ioanni à Chriſto collata munera dudum denarrauimus & longe iuſtioribus nominibus dilecti cognominationem tribues Ioanni quā Salomoni. At neq; iſtud multi facias ſi Salomoni præferatur Ioannes dilectionis prærogatiua, qui etiam num cæteris Apoſtolis antefertur. Huic nanq; ceſſit Petrus apoſtolici culminis gloria, & vertex. Nam ſuper exorta quæſtione à Dño mota quis Chr̄m eſſet traditurus, nullus apoſtolorum Dominum ſciſcitatur, quis tātū, tamq; atrox tradendi Dominum facinus eſſet auſurus. At Petrus apoſtolici collegij nomine Ioānē ſciſcitatur. Innuit enim illi Simon Petrus & dixit. Quis eſt de quo dicit. At Ioannes vt Chr̄o chariſsimus intrepidè de quæſtione mota Chriſtū interrogat, Dñe quis eſt. Quibus accedat Petrū, & Ioannē viſuros reſurgentis Dñi ſepulchrū cucurriſſe ſimul. At Ioānes Petro præripuit curſum, & citius Petro dilectū ſuū Chr̄m rediuiuū ſpectaturus acceſsit, ætate ſanè iuniorerat Ioannes Petro, at & amoris dulcedine, & Chr̄i ſuauiore familiaritate etiā Petro præſtabat. Quare Ioannes præcurrit citius Petro, vt noua reſurrectionis Dñicæ lætitia prius perfunderetur qui fortaſsis etiā maiori mortis tædio fuerat affectus. Etenim pēdēti in cruce Chr̄o nullus aſtat, ex omnibus charis Dñi. Non eſt qui vel aſsiſtētia, conſoletur Dn̄m niſi Ioannes, & Mater Maria. Ideo crucē Dñi diſcipulus nullus ſociat, niſi dilectus cruci fixo Chr̄o Ioānes. Nō enim temerè dilectū Chr̄o ſe appellat Ioānes. Hoc eſt em̄ amoris teſtāte eccleſia. c. 6. ſupremū indiciū, ſocios ſcilicet nos amicis in calamitatibus exhibere. Amicos ſanè exhibuerūt ſe Dño, in alijs tentationibus Dñi aſsiſtentes alij apoſtoli. Vos (inquit ſeruator noſter) permāſiſtis mecū in tētationibus meis. At in extrema tētatione (quæ diræ mortis erat paſsio) omnes relicto Dño fugerunt: at vero Ioannes Dn̄m etiā in extremo mortis agone nō deſerit. Sed qui iuuare nequi bat, viribus enim nō erat præditus, vt Iudæos a Chr̄o crucifigēdo arceret: cæterū aſtat cruci mœſtus, calicēq; Dñi cum ipſo Dño cōbibit. Mortem nanq; Dñi, quā cor pore nō ſuſtinet, cōdolēdo ipſo mētis fert affectu. Expende iā ſi poteris mecūq; tu ipſe cōſidera, qualia erant dilecti iſtius viſcera, quātoq; ſuffuſa mœrore, quātos lachrymarum deducebant fontes dilecti diſcipuli oculi, quando dilectiſsimū ſibi magiſtrum, ſupra cuius pectus caput dulciſsi mè nuper inclinauerat, onuſtum opprobrijs aſpiciebat, morti addictam vitā, humani generis ſalutem, & pharmacum, ſputis commaculatum, clauis confixum, & à Iudæis deniq; irriſum cœleſtē honorem. Præter hęc Ioannis inſigniter augebat dolores, beatiſsimæ virginis matris ſentire mœrores. Præcelluit igitur cæteros apoſtolos, quia virginitatis ornabatur candore: inde & dilectionem eximiam Chriſti ſibi parauit, quam non ſolum affectu retinuit, quin etiam opere indicauit, nempè Chriſto ſub crucis grauiſsimis tormentis aſsiſtens. Quam obrem Dominus amorē quem dilectus ſeruus erga Dominū promebat, ſingulari & inſolito prēmio repēdit: nam virginem Matrem ſuam ſuaque chariſsima pignora, virgini Ioanni cōmēdauit. Legimus præterea Ioannis. 21. Dominum rediuiuum littus tenentem maris Tyberiadis, piſcantes diſcipulos latuiſſe. At Ioannes, cui ſecreta pandebantur cœleſtia cognouit Dominum. Ait enim Petro, Dominus eſt. Maior nanque vis amoris, amantis celeriorem notitiam parit.

Ioannes dilectionis prærogatiua cæteris antefertur apoſtolis. Ioan. 13.

Thre. 1.

Lucæ. 22.

Eccleſi. 6.

Ioannes cū Domino caliceē domini ſimul bibit.

Ioannes cognouit Dominū prius quā cæteri apoſtoli.

Et vt Hieronymus contra Iouinianum ſcribens ait, Virginitas, corpus virginale prius nouit. Quo libro multas virginitatis laudes, vt ſæpè alibi proſequitur. Iam verò vt cætera quæ denarrauimus hæſitationi non pateant, quomodo Ioannes martyrij aſſequutus fuerit palmam differendum erit ſecundo loco: nanque reliqua diſertiore ſermone (quam ſint diſerta) nihil opus habent. Dominus ergo martyrij glorioſam palmam duobus fratribus, & Iacobo Zebedęo, & Ioanni pollicetur. Calicem, ait, meum bibetis. At vero non eſt importuna quæſtio quis hic calix Domini ſit qui apoſtolis duobus tandem erat propinandus? Equidem ſi mors eſt, Iacobum hunc ebibiſſe calicem geſta apoſtolica docent. Fuit nanque occiſus ab Herode. At Ioannem in dolio feruentis olei coniectum eſſe ex Tertuliano, accepimus: itidem & in inſulam Pathmō iubente Domitiano relegatum, & Traiano iuſſa Domitiana quaſſante reuocatum fuiſſe ab exilio. Lege Euſebij Cæſarienſis Chronicon. Porro mortem non ſubijt ob hæc: etiam ſi has ſubiuerit pœnas. Vt ergo calicem Domini bibendum Dominus prædixit, ſiquidem ſub tormentis quæ pertulit mortem martyrij euaſit? nam Epheſi quietus tandem occubuit. Autor tamen Bernardus eſt ſermone de innocentibus, quoſdam eſſe martyres animo, alios opere, alios denique vtroque. Et qui vtrunq; aſſequuti ſunt iſti omne martyrij tulerunt punctum: qui ſanguinem martyrij animo miſcuerunt, vt Petrus Paulus &c. At beatiſsimi infantuli, quos Tyrannus Herodes neci addixit: opus quidem præſtiterunt martyrij, quia cruore ſuo propter Chriſti gloriam maduerunt: at animus aberat, quem tamen Chriſti ſanguis ſuppleuit. Ioannes verò animo verè martyr fuit. Nam ſi martyrium ſubſequutum non fuit, per Ioannem non ſtetit: qui feruentis olei expertus eſt feruores: qui ſatis eſſent vt alij vitali orbarentur halitu: verum Ioanni dilecto Dei opitulante gratia ceſſerunt. Propterea ergo dicebamus Ioannem martyrij fulſiſſe gloria nec non confeſſoris præclaros obtinuiſſe honores. Quippe naturalem expertus eſt mortem: at tantum non fuit quod violentæ nō ſuccubuerit, quam ipſe nuſquam recuſauit, imo amauit vehementiſsimè, Chriſti ſe cruentum gentibus præſtare teſtem. Didicerat enim à magiſtro ſuo, Maiorem dilectionem hac nemo habet, quam vt animam ponat quis pro amicis ſuis: quid quod pro chariſsimo? At iudicia Dei abyſſus multa. Quis enim cognouit ſenſum Domini? dilectum ſibi Ioannem à violenta tyrannorum ſeruauit morte, ſatis illi fuiſſe ratus, ſi mortis pericula ſenſiſſet, mortemque Chriſti non moriendo, ſed compatiendo guſtaſſet Domino ex cruce ſuſpenſo aſsiſtens, & crucis ignominiā, ſua ptæſentia honorans. Sunt autem qui affectantes nimis Ioannis honores, Ioannem huc vſque viuere cōtēdunt, vt Theophilus & alij. Affirmant enim Ioānem cū Elia, & Enoch, fœlicem etiam num ducere vitam, diemque iudicij expectare: quo die mortem fœlicem cum præclaris prophetis illis ſubiturum concedunt. Legunt enim. Ioan. 21. Sic volo eum manere donec veniam, quid ad te? Porro gratiores nos Ioanni arbitror exhibituros, ſi illum ſupremum egiſſe dixerimus diem, & iam beata pace frui, cum ſibi dilecto Chriſto. Neque enim immortalitatem Dominus Ioanni concedebat verbis iam indicatis: ſi quidem malè intellectam à coapoſtolis immortalitatem Ioannes ipſe corrigit. Et non dixit, ait, Non moritur, ſed ſic volo manere eum donec veniam, quid ad te? Scio tamen non minimam diſceptationē eſſe ſi corruptus eſt locus, hic indicatus, q̄ buſdam concertantibus, & aſſerentibus, non ſic, ſed, ſi, legendū eſſe: de qua re nos alibi ampliorem ſermonē fecimus. Sat ſit in præſentia cū Cyrillo, ſentire q̄ in cōm. ad hūc locū nr̄am probat lectionem, neq; ineptè. Etenim quî fieret vt hæſitarēt apoſtoli, aut certò crederent Ioannem non

Matth. 20.

Acto. 12.

An Ioannes martyrio fuerit coronatus.

Triagenera martyrij.

Innocentes pueri quo modo martyres.

Ioan. 15.

Ioānes diē ſuū premū egit vt cæteri mortales.

Euangelicus locus exponitur.

non moriturum ſi Dominus ſub conditione extuliſſet dicens,Si eum volo manere, quid ad te?ſiquidem conditio ſermonem nõ firmat & orationem dubiam facit.Vnde igitur illud exijt ſermo inter fratres qđ diſcipulus ille non moritur?At vero ſi legimus ſic,hunc habebunt Domini verba ſenſum,Ioannem ego à gladijs impiorum ſecurum facio:illum enim non torquebit tyrannica mors.Nam ita perſiſtet ſecurus donec veniã ego ipſe inperiodo ſuæ vitæ, illum ad regna mea aſſumpturus?Siquidẽ fertur Dominum Ieſum Ioanni iam iam vitã pacturo,apparuiſſe:quem tamen ad paradiſi inuitans gaudia ait, Veni dilecte mi: tempus eſt vt epuleris cum fratribus tuis.Niſi mauis cũ Nicephoro de ſubuerſione Hieroſolymorum per Titũ, & veſpaſianum locum intelligere. Sic volo eũ manere donec veniam, euerſurus ſcilicet Hieroſolymam. Quippe vt Euſebius in chronico autor eſt Ioannes ad tempora vſq; Titi, & Veſpaſiani peruenit, imo eadẽ exceſsit:quandoquidem & Traiani ſeculum aſſequutus eſt, qui illum ab exilio reuocauit.Ioãnes etenim annos natus.99. diem obiuit ſuum,vt Hiero. etiã teſtatur. Ego tamen Nicephoro nõ ſubſcribo, qui Ioannem vita functum, rediuiuum illico ad immortalem beatorum tradidit vitam. Cui rei quia nulla ſuffragatur diuini oraculi,aut eccleſiæ catholicæ autoritas,non eſt cur fidem noſtram prẽſtemus.Duos ergo ſacroſanctæ muſæ prẽclariſsimos Ioannes celebrant,alterum quo nullus beatior(inter natos nanque mulierum non ſurrexit maior Ioanne baptiſta)alterum autem,de quo prothema noſtrum proloquitur.Primus ad Sion dicet,& Hieruſalem, euangeliſtam dabo.Neque tamen proinde eſt cẽſendum Ioannem cunctis præferendum eſſe,quia Dominus dixit,Internatos mulierum non ſurrexit maior Ioanne baptiſta.Nam vt abundè à me declamatum eſt in declamatione de Domini præcurſore commemorata verba Domini non anteferunt Ioannem cunctis patriarchis,& prophetis:at nulli ſecundum eſſe Ioãnem baptiſtam,facilè demonſtrant.Ille ergo, qui ſpirituũ ponderator eſt,vnus nouit Deus, quis ſanctorum horum alteri ſit præferẽdus,vitæ ſanctitate, & beatitudinis maioris celſitudine.Nobis ſat ſit Ioannem alterum,Domini fuiſſe baptiſtam alterũ fuiſſe euangeliſtam:ſi baptiſta eſt eximius,euangeliſta eſt egregius.Nomine vtiq; ſibi conſentiunt vterq; Ioannes, at baptiſta amicus eſt ſponſi Chriſti. Qui habet, ait, ſponſam ſponſus eſt:amicus autem ſponſi eſt qui ſtat,& audit eum,& gaudio gaudet propter vocem ſponſi.Ioan.3. Euangeliſta vero dilectus Domini eſt.Eſt enim diſcipulus ille,quem diligebat Ieſus.Chryſoſtomus autem Ioannem miris extollens præconijs,illumq; ſua aurea celebrans lingua hæc memoriæ prodit verba.Ioannes, inquit,cœli ciuis eſt, eccleſiarum columna,angelꝰ terreſtris, homo cœleſtis.Verè equidem cœli ciuis,qui in terris agens,cõuerſationem ducebat cœleſtem: verè eccleſiæ columna, nam inter eccleſiaſticas columnas à Paulo Galatis ſcribente cõnumeratur.Angelus vero fuit terreſtris quippe corpus ſolũ erat & caro in Ioãne quod angelicam nõ ſapiebat naturã:nã Ioannis corpus,nõ ſpiritus,ſed caro erat. At vero angeli incorporei ſunt,at Ioannis mẽs,nõne angelica erat,quæ limpido intuitu diuinam Vnitatem atque Trinitatem intuebatur?Imo idem ipſum quod in Ioanne angelicam non ſapiebat naturam(quod corpus erat)ipſum dixeris aptè corpus Ioannis angelicæ naturæ pro ſuo penſo cognatiſsimum fuiſſe:nam virginale erat. Eſt autem angelis germana virginitas.Imo hoc nomine illos excedebat,quia quod natura eſt in angelis, gratiæ dono Ioannes aſſequitur: & quod deniq; in angelis coronam non promeretur, quia ſine labore & pugna virgines ſunt, hoc in Ioanne mercedem habet ſempiternam. At vero ad cumulandas Ioannis laudes, addas ſi libet prophetico imbutum lumine Ioannem fuiſſe.Apocalypſim nanque,ideſt re

a.lib.eccle. hiſto.c.43.

In commẽ. epiſto. ad Gal.

Matth.11. Lucæ.7. Ioan.5.

Vide declamatio. ad ca.40.

Prouer.16.

Laudes eximiæ Ioãnis

Ad Phil. 3.

Sapiẽ.9.

Ioannes prophetico donatus fuit ſpiritu.

uelationum librum in Pathmo inſula conſcripſit:qui liber tot ac tantis refertus eſt myſterijs,vt qui illum pro dignitate interpretetur, doctorum reperias nullum. Adeo vt ſcriptoribus & lectoribus obſignata videatur Ioannis Apocalypſis, vt lateat denique & ſapientes,& inſipiētes. O beatiſsima in Pathmon exilia, quæ tantis & tot,tamque illuſtriſsimis,& altiſsimis donata eſt reuelationibus:vt iam exul Ioannes magis ciuem ſe duxit eſſe patriæ cœleſtis,quam antequam exularet. En vobis ò dilectiſsimi,qualem nobis dedit euangeliſtam poſt alios tres,Deus,qui multis nominibus,vt diximus,cęteris anteſtat. Qui tamen poſtremus omnium chartis euangelium commiſit(ſcripſit nanque euangelium ſuum poſt Domini aſcenſionem Theophilacto autore) triginta iam elapſis annis,ideoque euangelicę hiſtoriæ atque veritati,ſupremam manum impoſuit Etenim plæraque à cæteris prætermiſſa tā miracula Chriſti quā verba Ioannes expreſsit: & quæ paucis alij perſtrinxerunt, Ioanes vberiore ſtylo proſequitur. Nuptias enim Galilææ celebratas,Nicodemi de ſacro baptiſmatis fonte inſtructionē, Samaritanæ cū Chriſto colloquium,diuini ſacramenti euchariſtiæ vires, generalē mortuorum reſurrectionē Lazari ad vitā portentoſam reuocationem, adulteræ fœminæ abſolutionem , & id genus alia, præclara multa Ioannes ſolus ſcripta reliquit,alia vero latius quam reliqui euangeliſtæ fidelibus legēda dedit.Et præter hęc omnia diuini verbi à ſuprema Patris mēte originem,incomprehenſibilemque dimanationem,(quam nullus neque prophetarum,neque euangeliſtarum expreſſerat) ipſe ita diuino tradidit ſtylo, vt Auguſtinus dixerit,Si altius volaſſet,totus mūdus eum capere non potuiſſet. Et Origenes homilia prima. ad Ioānem Ioannem & Paulum cum contuliſſet inuicem, Paulo Ioannem prætulit.Paulus ait raptus eſt in tertium cælum,Ioannes ſupra omne cœlum,Paulus in paradiſum,Ioannes in paradiſum paradiſorum.Hoc eſt omnem humanum angelicumque intellectum, tranſgreditur.Paulus audiuit verba, quæ non licet homini loqui,Ioānes audiuit vnū verbum per quod facta ſunt omnia. Et licuit ei illud verbum dicere hominibus,& prædicare. Quem ergo ſancti Apoſtoli eximio proſequuti ſunt honore in poſtrema Domini cœna , quippe Iudæ proditoris quod tentabat facinus,ipſe pandit apoſtolis,quem rurſum beatiſsima Chriſti mater proprio filio vita temporali functo,in filium habuit adoptiuum ex Chriſti auctoritate,Mulier(inquit)ecce filius tuus, vt filiales ſcilicet ageret vices pro Chriſto tantiſperdum in ſepulchro mortuus iacebat, quem demum ipſe Chriſtus in diſcipulū ſibi chariſsimum habuit, & dilecti epitheto præ cæteris euāgelicæ inſigniunt ſcripturæ:nos quoq; humilibus obſequijs frequentare oportebit. Nec melatet Chriſti feruentem amatorem Petrum fuiſſe, qui ſe fluctibus cōmiſit marinis, Chriſto hærere affectās qui exemit etiam gladiū ſuū & percuſsit Malchi auriculam, & Dominū à morte retrahere nititur,Abſit dicens à te Domine,& audacter præter hęc ſe paratum mortem ſubire cum Chriſto profitetur &cet. huius generis alia plura ſunt, quæ Petri feruentem erga Chriſtum amorem præſeferunt: at dulcius Chriſtum & ſuauius Ioannes amabat,quam Petrus.Idcirco Petro eccleſia Chriſti ſponſa à Chriſto concreditur,at Ioanni Chriſti mater. At interim tu mihi conſidera,quantum interſit inter ſponſam Chriſti , & Chriſti matrem. Vtrunque Chriſto eſt chariſsimum , vtrunque digniſsimum, at quid alteri præſtet , non multis agendum,puto quod omnibus eſt perſpicuum. Ipſos nanque eccleſiæ audi clamores , Maria Mater gratiæ , mater miſericordiæ tu nos ab hoſte protege , & hora mortis ſuſcipe. Eſt enim ſacroſancta virgo Chriſtianæ eccleſiæ beatiſsima mater , & patrona præſtantiſsima : fideles cuncti illius filij , & clientuli ſumus.

Luc.22. Ioan.13. Matth.26. Mar. 16. Ioan.19. Ioan.13. Ioan.21.

Matth.26. Matth. 16.

Eccleſia committitur Petro,at Chriſti mater Ioāni.

Ioan.1. Ioan.3. Ioan.4. Ioan.6. Ioan.11. Iocn.2. Iac.1. 2.Cor.12.

mus. Quapropter & qui Auguſtiſsimam hanc matrem amore proſequitur ergaIoã nem euangeliſtam,eodem vrgeri amore decentiſsimum eſt.Hunc ergo præclariſsimum Chriſti euangeliſtam,hunc Chriſti diſcipulum dilectiſsimum, hãc volantem ſuper æthera aquilam & afferentem nobis medullam cedri ideſt verbum eſſe caro factũ oſtendentẽ colat oportet Chriſtiana eccleſia & reuerẽtiſsimo obſeruet cultu.Illũ quoq; & chrĩcolæ oẽs diligam⁹, & honorem⁹, prõptiſsimisq; reuereamur obſequijs, vt tãto patrono in terris potiti, cœleſtibus gaudeamus tandem coronis.

Qui amator eſt Mariæ etiã erit Ioãnis.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput.42.

Vaticinium continet de vero aſſertore humani generis Chriſto.

ECCE *ſeruus meus.*a) Sunt ex latinis interpretibus qui verba hæc & ſequentia in Cyrum Perſarum principẽ referant, repugnantibus Hebræis,cum Chaldæo paraphraſte, qui de Meſsia intellectum volũt, qui Ecce ſeru⁹ me⁹ᵃ. bus ſuffragatur non exiliter Mattheus.qui.12.capitu. Locum hunc Eſaiæ Chriſto aptat. Atqui de Cyro ſatis cap. proximo vates noſter diſſeruit. At capitul. hoc de vero Cyro qui eſt Chriſtus (qui aſſeruit nos à diabolica tyrannide)iuſta eſt tractatio: quandoquidem cap.40.de Cyro typico aſſertore Iudaici populi iam texuerat vaticinium. Et enim quæ ſequũtur non cohærent Cyro, Non clamabit, non accipiet perſonam, neque audietur vox eius foris: calamum quaſſatum &c. Nanque etiam ſi proteruiens aliquis Cyro hæc accõmodare poſſet,at non ita cohærenter vt Chriſto, cuius legem euangelicam inſulæ expectauerunt. Quia in omnem terram euangelica promulgata eſt veritas, multo fuſius quã Cyri imperialia edicta. Porrò Matthæus (qui illi mos eſt vt cæteris noui teſtamenti ſacris ſcriptoribus)locum hunc Eſaię ad ſenſum,non ad verba refert.Ecce,ait,puer meus:quod idem eſt atque ſeruus meus. Siquidem conſueta loquutione ſcripturæ puer ſeruus nonnũquã eſt:vt Eliſæus puer dicitur Eliæ.Et apud Lucam traditur,Suſcepit Iſrael puerumſuum,ideſt, famulum ſuum.Septuaginta vero non ad particularem perſonam retulerunt: ſed de populo Iacob ſunt interpretati:ecce ſeruus meus Iacob.At germanior eſt ſenſus quẽ euangeliſta Matthæus eſt amplexus, de Chriſto intelligens. Eſt autem ſeruitus multiplex,quædam ſecundum naturam,alia ſecundum gentium iura, alia ſecundum diuinas ſanctiones.De prima & ſecunda philoſophi meminere. Vnde Plato.de legib. libro.7.filios patribus,vxores viris, ignobiles nobilibus,infirmos potẽtibus hæbetes ſapientioribus, ex natura ſeruos ideſt ſubiectos eſſe ſcripſit. Et cum ipſo facit, quod ſuus nobiliſsimus tradidit diſcipulus Ariſto.1.politi.ca.13.&.4. homines illos qui ingenio torpent,etiam ſi corporis robore præſtent,naturalem gerere ſeruitutem,ad eos qui quanuis corpore ſint graciles,mente ſunt tamen potentiores.Ius autem gentium fecit bello captos,ſeruos eſſe victorum.Seruitus autẽ culpæ eſt, quã diuina lex oſtendit.Qui fecit enim peccatum ſeruus eſt peccati. Ioannis octauo, eſt itidem gratiæ ſeruitus. Demum quoque eſt alia(quam non ſemel Paulus commemorat) ſeruitus legis, quam libertati euangelicæ oppoſuit. Atqui Dominus ſe ſeruum patris frequenter teſtatur eſſe. Pater,ait, maior me eſt: & ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio. At hæc ſeruitus Chriſti,propriæ naturæ eſt humanæ: quæ quia creatura eſt, naturaliter ſerua Dei

Multiplex ſeruitus culpæ & naturæ,& gratiæ & ſeruitus & legis ſeruitus.

Gala.4.

Ioan.12.& 14.

1.Reg.8.& 19. Lucæ.2.

eſt, vt cæterę omnes creaturæ. Eſt enim impotentior,ignobilior,& non ita ſapiens vt Deus & quanquam ea omnia poſſet,quæ diuinitas, & eadem ſaperet,at vero nobilitate naturæ omnibus eſt ſuperior Deus: qui ſuapte naturæ eſt vniuerſorum Dominus. Et natura Chriſti humana non ex naturæ propria qualitate, ſed diuinæ hypoſtaticæque vinionis gratia, celſitudinem habet, ſupra omnem creaturam extantem, & poſsibilem. Eſt ergo naturaliter ſerua Chri natura humana, & naturæ ſubiectione, & gratiæ habitualis (vt loquar ſcholaſtico more) infuſione. Quippe cœlitus illam habuit: ex principijs nanque intrinſecis humanæ naturæ,gratiæ plenitudo in Chriſto non emerſit. Has ergo duas ſeruitutes in natura humana cognoſcimus Chriſti, vt Damaſcenus de fide orthodoxa tertio libro capitul. vigeſimo.primo teſtatus eſt. Par eſt vt ignorantem & ſeruam agnoſcamus Deum aſſumpſiſſe naturam. Natura nanque hominis, ſerua eſt Dei, qui fecit eam. Id quod cautè accipe. Non enim natura humana Chriſti aſſumpta eſt affecta ignorantia hoc abſit. Sed quod ait Damaſcenus,naturæ proprietatem reſpicit,non gratiæ largitatem. Culpæ autem ſeruitus,quæ mala eſt ſeruitus Chriſti naturam humanam non affecit. Etenim potentia, aut ſapientia, aut nobilitate omnibus anteit ſiue angelis, ſiue hominibus. Et rurſum (vt rem tibi explicatiorem edamus)etiam Iudaicæ legis non tenebatur ſeruitute. Venit enim in mundum nõ vt legi ſubiectus, ſed vt legis Dominus, nam filius hominis eſt, ſabbati quoque Dominus. Mar. ſecundo. Impleuit ſanè vniuerſa, quæ typi illi adumbrabant vetuſtitat expleuit legem vt Dominus,& à legalibus vinculis liber. Neque turberis ex Pauli verbis ad Romanos decimo quinto. Chriſtum miniſtrum circunciſionis appellantis, fuit nanque miniſter circunciſionis, quia filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Miniſtrabat autem non ſeruitute coactus, ſed Dominij celſitudine. Circunciſionem autem vocat, non illam tantum præputialem abſciſsionem, quin etiam populum Iudaicum. vt Paulus per præputium gentilem denotat populum ad Galatas ſecundo. Dominus ergo ſe illius populi miniſtrum demonſtrauit: quippe illis multa bona oſtendit, & docendo, & beneficijs innumeris gentem ſuam afficiendo. At vero iam addexteram patris reſidens,non circunciſionis, ſed ſanctorum eſt miniſter, ad Hebræos octauo. Talem,ait, habemus pontificem qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis: ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri. Et paucis interpoſitis ſubdit, Melius ſortitus eſt miniſterium &c. Eſt autem hoc miniſterium, quod Dominus ipſe dignatus eſt exponere apud Lucam. Et tranſiens,ait, miniſtrabit illis. Miniſtrat nanque modo Chriſtus pro nobis apud patrem, aduocando, & patrocinia ferendo teſtante Ioanne. Hæc,ait,ſcribo vobis vt nõ peccetis,quod ſi peccaueritis, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, At poſt mundi periodum miniſtrabit ſanctis æternam donans beatitudinem: nam Chriſto autore beati illi ingredientur, & egredientur & paſcua inuenient. Rectè ergo vates noſter Chriſtum procul præſentiens,illum nobis demonſtrans ait,Ecce puer meus,vel ecce ſeruus meus. Omnis nanq; grata Deo ſeruitus, per Chriſti ſeruitutem,quam exhibuit Deo patri, hominibus donata eſt. Quapptер etſi ſancti legitimè ſeruos Ieſu Chri ſe eſſe teſtãtur: vt Paulus nunquam non huius ſeruitutis cognomine ſe merito illuſtrat. Etenim Chriſtus, ſpiritum ſeruitutis legis (qui erat in timore) abſtulit, & ſpiritum dedit gratiæ & diuinæ filiationis, qui eſt noua ſanctorum ſeruitus, non in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus: in qua qui in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini, ſimiliter qui liber vocatus eſt ſeruus eſt Chriſti prima ad Corinthios. 7.

Natura humana Chriſti dignior eſt quã creaturæ vniuerſæ.

Damaſceni verba obſcura exponuntur.

Pauli locus expenditur.

Matth. 20.

Circunciſio & præputiũ Iudæos & gentes apud Paulum denotat.

Lucæ. 12.

1. Ioan. 2.

Ioan. 10.

Paulus nobilis ex Chriſti ſeruitute

Suſcipiam

¶ *Suſcipiam eum.*[a]) Paraphraſtes Chaldæus interpretatur, Ego adero illi. Alius vero tranſtulit, Quo nitar. Et eſt differentia lata inter has interpretationes: aliud enim eſt ero tibi præſens, aliud vero innitar tibi. Heri autem ſi ſeruos habēt induſtrios, & fideliſsimos, illis dicuntur innititi: quippè gerenda omnia illis committuntur. Dixerat autem Eſaias Chriſtum ſeruum (ſubaudi vt homo eſt, ſeruum eſſe Dei patris) at quia fideliſsimus, & ſapientiſsimus ſeruus diuina omnia, quæ hominibus donantur munera, Chriſto innitūtur: quem propoſuit Deus propiciatorem perfidem in ſanguine eius. At non ſolum ſeruus eſt Chriſtus, ſed & filius Dei. Quippè Deus & homo eſt. Et Moſes (Paulus inquit) fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant, Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua, ad Hebræos. 3. Editio noſtra germaniſsimū habet intellectum, & ſignificantiorem, quam cæteræ aliæ: ſi ad vnionem tamen hypoſtaticam referas. Suſcepit eñ Deus hominem ad vnitatem perſonalem, vt is ipſe, qui erat natura ſeruus, (ſi hominem ſpectes) ſit quoque natura liber, ſi diuinitatem conſideres. Et rurſum electus eſt Chriſtus, vt homo: vt in canticis admonemur dilectus meus candidus, & rubicundus. Electus in millibus. Imo eſt electionis fons. Elegit eñ ſanctos omnes in Chriſto Deus, ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti. & immaculati in conſpectu eius in charitate ad Ephe. 1. Et demum nullus hominum ſe placidum poterit Deo præbere, niſi vinculo fidei, & charitatis, Chriſto hæreat. Propterea ſubdit cōplacuit ſibi in illo anima mea. Quaſi apertius dixiſſet Deus pater, Per hunc ſeruum meum, & electum meum, vnicè placari poſſum. Nam eſt mihi chariſſimus. Eſt enim hic ſeruus meus, filius meus dilectus: in quo mihi complacui Matthæ. 3. legimus in ſcriptura alios quoque dilectos Dei appellari, vt Moſem Eccleſiaſticus liber capitulo. 45. appellat. At nullus dilectus vt Chriſtus, qui antonomaticè dilectus eſt. Alij enim dilecti vt famuli, Chriſtus vt filius. Vnde Paulus gratificauit nos in dilecto filio ſuo: ad Epheſios capitulo. 1. & Lucæ. 20. Mittam filium meum dilectum, dedit prę ter hæc pater Chriſto ſpiritum ſuū. Nam ſub Domini Baptiſmo Spiritus ſanctus ſpeciem columbinam ferens, Chriſto incubuit. Vt plenitudinem Spiritus ſancti Chriſto adeſſe oſtenderet: ex cuius plenitudine nos omnes accepimus. Et infra Eſaias idem docebit dicens, Spiritus Domini ſuper me, &c. Protulit autem iudicium gentibus Chriſtus, qui in iudicium venit in mundum: vt qui non vident videant, & videntes cæci fiant. Ioannis. 9. Et ipſe verus iudex eſt viuorum & mortuorum. Pater enim non iudicat quenquam: ſed omne iudicium dedit filio Ioannis. 5. Quibus omnibus pſalmographus concinit. Deus iudicium tuum regida, & iuſtitiam tuam filio regis. Eſt autem iudicium, quod protulit Chriſtus Euangelium, quod prædicauit. Sermo, ait, quem locutus ſum vobis iudicabit vos Ioannis duodecimo. Quam verò rectum & ſyncerum ſit iudicium hoc, continuò ſubditur. ¶ *Non clamabit, neque accipiet perſonam.*[b]) Clamare verò hoc loco perturbationem in Chriſto negat: non vocis vehementiam. Legimus enim Chriſtum clamantem. Hæc dicens clamabat, inquit, Qui habet aures audiendi audiat. Et ſupra, Clama neceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Quod ergo de Chriſto nō clamabit traditur, illud negat, quod apud Matth. Phariſaici fuiſſe moris docet

ſuſcipiam eum,[a] electus meus, cō placuit ſibi in illo anima mea: de

diſpiritum meū ſuper eū, iudiciū Gētib[9] proferet. Non clamabit,[b]

Nullus ſanctorū tā dilectus eſt Deo quam homo Chriſtus Ieſus.

Rom. 3.

Editio vulgata cōmēdatur.

Cantic. 5.

Chriſtus electionis ſanctorū fons eſt.

Euāgelium eſt Chriſti iudicium.

Lucæ. 8.

Matthæ.6.in hæc verba cum ergo facis eleemoſynam nolli tuba canere ante te: ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis: vt honorificentur ab hominibus.

Chriſtus nõ acceptat perſonas.

Non accepit autem perſonam, quia in veritate docebat,

neque[a] accipiet perſonã, nec audietur vox eius foris. Calamũ[b] quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium.

& non reſpiciẽs hominum perſonam. Vnde aperiens petrus os ſuum dixit in veritate comperi: quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiã, acceptus eſt illi. Actorum. 10. Et ſcriptura vbilibet hoc ipſum teſtatur. Dixit autem Petrus hæc cœleſti lintei viſione admonitus, vt Cornelium gentilem baptizaret. Etenim in domino Ieſu non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſculus neq; fœmina. Omnes enim vos vnũ eſtis in Chriſto ad Galatas. 3. ¶ *Neque.*) Qui clamoſi ſunt vociferatores, ſtentorea (quod aiunt voce) obtundunt aſtãtium aures. Tales ſunt homines contentioſi, qui iunctis vmbonibus dimicant vt mendacijs & nænijs ſuis atteſtentur. Horum vox foris domum, imo etiam ad vicina vſque loca & remota pertingit. At vero chriſtiana modeſtia contentioſa non eſt, neque clamoſa, Paulo teſtante, Siquis contẽtioſus videtur eſſe nos talem conſuetudinem non habemus: neque Eccleſia Dei. Eſt autem cõtentio hæc tunc damnabilis, quando ad aſſerenda falſa contenditur: ſecus autem ſi pro veritate dimicetur. Contentio enim tunc ſalubris eſt, & clamores à culpa vacant. Quanquã in omnibus illud præ oculis habeto, ne quid nimis. Chriſtus vero neque liuidus, neq; elatus eſt neq;, faſtuoſus: vnde cõtentio, & inanis clamor exoritur. Propterea q;, *Non clamabit*, ait, *neq; audietur vox eius foris.* Quippe contendebat nonnunquam ſermone diſputans de veritate Dei, cũ ſcribis & Phariſæis: & clamabat docẽs ſalutis præcepta. At diſputatio illa, & clamores vtiles nobis fuere. Non ſicut cõtentio illa quam diſcipuli aliquando texuerũt, facta eſt contentio, ait, inter eos quis eorũ videretur eſſe maior. Contentio nanq; hæc faſtuoſa erat, turgidi, atque ampulloſi animi. *Nõ clamabit*, ait, *foris*, id q; ipſe Dominus expoſuit. Non ſum, ait, miſſus niſi ad oues, quæ perierunt ex Iſrael. Et vt plurimum venit in partes Tyri, & Sidonis. Matth. 15. Et Apoſtolis viam gentium interdixit: In viam gẽtium ne abieritis, &c. Gentes autem tanquam extrariæ à fide foris eſſe cenſentur à Paulo. 1. ad Corint. 5. Quid enim mihi, ait, de ijs, qui foris ſunt iudicare? Quamobrem & Eccleſia cenſura, aut pœna Eccleſiaſtica Paganos & Iudæos non torquet: quippe qui extra gremium Eccleſiæ ſunt. 11. quæſtio. 3. capit. Omnis chriſtianus. Quanquã pœnis alijs non Eccleſiaſticis qualia ſunt verba, exilia, carceres, & id genus, illos torquere poteſt. 28. quæſtione. 1. capitul. ſæpè malorum. Porrò quod per ſe Chriſtus non fecit, poſt aſcenſum in cœlum Apoſtoli fecere. Etenim Euangelica lucerna, quæ ſub modio Paleſtinæ latitabat, ſuper totius orbis candelabrum foris fulget. Quod verò in libro Prouer. ca. 1. traditur, Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarũ clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua, præſentem locum offendit nihil. Clamat etenim ſapientia Dei, & non clamat: clamat quidem ad ſalutem, non clamat vero ad oſtentationem. ¶ *Calamum.* [b]) Per calamum quaſſatum vel arundinem, & per linum fumigans, idem ſubintelligit, homines, ſcilicet, notæ infimæ, & ex plebecula promiſcua. Prædicitur igitur Chriſtum ita rectum & ſyncerum prolaturum iudicium, vt nemini etiam viliſsimis hominibus

Deu. 10. 2. Para. 19. Iob. 34. Sapien 6. Eccleſi. 35. Roma. 2. Galat. 2. Ephe. 6.

Contẽtioſa nõ eſt chriſtiana modeſtia. 1. Cor. 11.

Contentio quando eſt peccatum.

Lucæ. 22.

Matth. 10.

Infideles cõſura Eccleſiæ non tenentur.

Matth. 5.

Colliſio apparẽs in ſcriptu. tollitur.

minib⁹(quos quaſſatos,& fumigãtes, hoc eſt veluti extinctos ad ciuiles honores vocat)facturus ſit iniuriam. Imo hos prædicit leuandos,dicens non conterendos. Et ſeruator noſter Matthæ. 11. ad hoc alludens,Venite ad me, ait, omnes,qui laboratis & egeni eſtis : & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, quia iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.Et Matthæi. 9. diſcumbente Chriſto in domo ecce multi publicani, & peccatores, venientes diſcumbebant cum eo, & obgannientibus Phariſæis Chriſtus reſpondit, Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Euntes autem diſcite quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos,ſed peccatores.Vtique ergo publicani iſti,& peccatores,& meretrices,(qui contemptui , & deriſui erant flatuoſis Phariſæis)calami quaſſati erant, & linum fumigans vt Matthæus, adultera illa , & Magdalena,latro ille cruci affixus & id genus innumeri alij fuerunt,quos non contriuit Chriſtus, imo ſalutis pharmaca illis admouit. Et verè latro ille fumigans linum erat, quippè iam iam efflaturus animam, ad regna vocatur cœleſtia. Neque te moretur,quod apud Lucam capitu. 20. Dominus ſe lapidem appellans ait, Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem conquaſſabitur : ſuper quem autem ceciderit cõminuet illum.Et apud eundem capitulo. 1.Ecce poſitus eſt hic in ruinam (dixit Simeon) & reſurrectionem multorum, in Iſrael. Vt ergo calamum quaſſatum Chriſtus non conteret : & linum fumigans non extinguet? Atqui Diuus petrus nobis hæc apperuit. 1. Epiſtol. cap. ſecundo. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis , quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis , & petra ſcandali. Sunt qui locum hunc vſurpant, vt probent attritionem ſacramento pœnitentiæ copulatam, ſatis eſſe attrito, vt gratiam diuinam ineat. Etenim attriti pœnitentes ſunt inſtar calami quaſſati, & linifumigantis.Quam ob cauſam,nõ conterendi, aut extinguendi ſunt : imo contra fouendi diuina gratia. Ad hunc Scoti alumni , cum ſuo patrono theologizant modum , de ſententia autem hac nihil moror, illam nanque non abſimilem à vero eſſe duco : at quod locus hic illam perſuadeat non puto. Ego enim ad fideles contritos non ad attritos ſcienter (vt iſti) refero locum iſtum. Quidquod germanus ſenſus qui ſit patuit iam. Gloſſa verò calamum quaſſatum credit Phariſæos eſſe , & linum fumigans ſacerdotes illos Moſaicæ legis. Nã quaſſati calami propterea appellandi ſunt quod externis (velut folijs quibuſdam arundinaceis) luxuriabant cæremonijs : & tamen intro nihil ſoliditatis veræ fidei erga Chriſtum continebant. Sacerdotes autem linum famigans , quippe ſacerdotium illud vetus ſub Chriſto iam minabatur ſuum exterminium : vt linum fumigans extinctioni proximum eſt. At Chriſtus neque Phariſæos contriuit, neque ſacerdotes extinxit:omnes nanque ad fidem , & pœnitentiam vocauit , & illorum miniſteria honore eſt proſequutus.Super cathedram , ait, Moſi ſederunt Scribæ , & Phariſæi , quæ dixerint vobis facite , &c. Matthæus decimoquinto.Et leproſis iuſſit, Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Ideoque extorta eſt hæc expoſitio , ſiquidem Phariſaicum ſupercilium & vmbratile illud ſacerdotium deiecit Chriſtus,illisque fuit in ruinam , & lapis offenſionis, & petra ſcandali, quia non crediderunt in Chriſtum,vt Petrus dudum aiebat. De illis igitur ſolummodo intelligendus Eſaias, qui humiles & contriti ſunt corde.Iſti ſunt calami quaſſati, & linũ fumigans. Quos inſinuans ait Dominus pauperes Euangelizantur: & beatus qui in me non fuerit ſcandalizatus. Vtique pauperes euangelizantur. Nam verè contitos reſpicit Chriſtus, & iſti verè euangelium ſuſcipiunt.

Matth.9. Lucæ.7. Ioan.8. Lucæ.23.

Apparentes ſcripturæ colliſiones elucidãtur.

Attritionis vires quales.

Homines cõtriti ſunt calam⁹quaſſatus & linũ fumigans.

Lucæ.7.

¶Non

Non[a] erit triſtis, neque turbulentus, donec[b] ponat in terra iudiciū: & legem eius inſulę[c] expectabūt. Hæc[d] Dominus Deus creans cælos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dās flatum populo qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam.

¶ *Non.*[a]) Septuaginta ſatis variant à noſtra editione, Qui ſplendebit & non conteretur, tranſtulerūt. Quæ verba Chriſto ſunt quam germaniſsima, cuius facies reſplenduit ſicut ſol: & veſtimenta eius candue-

Matth. 17. runt vt nix. Ecquid ſi lux ſplẽdeat? Chriſtus nanque lux vera eſt. Et non cõteretur: quoniam mortuus tertia die reſurrexit. Et Euangelica quoq; doctrina reſplenduit in orbe, & non eſt extincta, etiam ſi ab imperatoribus ſeculi miris technis fuerit impetita. Nanque Euſebio autore libro.7.de Eccleſiaſtica hiſtor. à Diocletiano edicto publico diuinæ ſcripturæ traditæ ſunt vrentibus flammis, at verbum Dei vri non potuit: etiam ſi papyraceæ chartæ deurerentur. Alius tranſtulit non hallucinabitur, nec præceps erit. Vt ſit ſenſus Chriſtum non eſſe tradendum morti, donec poneret in terra iudicium, ideſt, donec Euangelium promulgaſſet: & opus cõſummaſſet. Ad quod conſummandum pater filiũ ſuum in noſtrum legauerat orbem. Sunt & aliæ eiuſdem loci verſiones, quas Hierony. commemorat. At quando lucẽ non afferunt loco exponendo conſultius eſt illas prætermittere. Vulgatam porro editionem nõ eſt operoſum explicare: Chriſtus non fuit triſtis, neque turbulentus. Hæc nanque duo, iudicia inter alia perturbare ſolent, ſi nimia iudex triſtitia afficiatur, aut qua vis alia affectione perturbetur. Vt ergo palam ſit Chriſti iudicis candor, & ſynceritas, *Non erit*, ait, *triſtis neque turbulentus.* At occines quid ergo Chriſtum pauere & tædere legimus? & quale illud triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem? Atqui vt nos abundè tertio ſententiarum libro differuimus Petri Longobardi ſententias denarrantes, in Chriſto nullus fuit vitiatus affectus, nullusque rationis rectæ menſuram tranſgreſſus eſt: id quod in nobis accidit frequenter. Nã multi irruunt in nos non ſpontanei, corrupti affectus, Quippe ex vitioſa illa originalis culpæ propagine, deducimus originem. Triſtabatur igit̃ Chriſtus cum volebat, & tædebat quando humana atque diuina illius tædẽdum eſſe ferebat ratio: cæterum beatiſsimis ſemper fruebatur gaudijs. Nanque ſi Paulus Apoſtolus, Quaſi triſtes, ait, ſemper autem gaudentes, quid tu putas de Pauli & omnium fidelium magiſtro & Domino? Vtique etſi ſecundum portionem (quam vocant inferiorem) triſtis erat, erat tamen ſemper gaudens, non ſolum qua Deus (qui triſtitia affici nequit) quinetiam qua homo. Etenim ſimul atq; anima Chriſti condita eſt, diuinæ viſionis gaudijs fuit longè refertiſsima: vt verè dixerit Eſaias non erit triſtis, neque turbulentus. ¶ *Donec.*[b]) Patet quid velit ex prioribus. Aduerte tamen aduerbium, donec, temporale, non denotare neque præſcribere periodum vacandi à mœrore eſſe, quando Chriſtus poſuerit in terra iudicium. Quaſi dicat, celebrato in terra iudicio, Chriſtum eſſe futurum triſtem, & turbulentum. Iſtud qui duxerit, longè aberrat ab ſcripturæ ſacræ phraſi, quam ſuperius commemorauimus. Idcirco intellige nuſquam Chriſtum futurum triſtem, etiam poſtquam tulerit iudicium de terrenis hominibus. Non enim triſtabitur de tormentis, quibus adiudicabit iniquos, imo gaudebit. ¶ *Inſulæ.*[c]) Ideſt, inſulares homines ſuſcipient Chriſti Euangelium. ¶ *Hæc.*[d]) Hactenus non expreſſerat quis nam

Impius Diocletianus iuſsit diuinas combuſtiptuas.

Ioan. 17.

Affectus nullus turbare poterat Chriſtum.

Mar. 14. Matth. 26.

Colliſio apparés in ſcriptura eluitur.

2. ad Cor. 6

Chriſtus triſtis exportione inferiori fuit aliquando, at non ex ſuperiore.

nam verborum priorũ, *Ecce ſeruus meus*, autor eſſet aut prolator id quod modo referat, Deum dicens autorem fuiſſe. *Hæc ait dicit Dominus Deus creans cœlos, &c. dans flatum populo, qui eſt ſuper eam*, Siue qui ſpiritum dõnat hominibus: vt Zacharias capitulo duodecimo demõſtrat. Extendens ait cœlos, & fundans terram, & creans ſpiritum hominis. Hæc vniuerſa nãque diuinitatis ſunt opera propria, non creaturarum: cœlos ſcilicet condere, & terram firmare in ſua ſtabilitate, & animas rationales creare. De origene porrò animæ antiqua fuit in Eccleſia Dei concertatio, imo & in ſcholis Achademicorum, & Peripateticorum, id quod nos ſupra indicauimus. At citra litigationem, Eſaias te docebit cum Zacharia à Deo accipere animam rationalem originem. ¶ *Ego.* [a]) Verba patris ad Meſsiam ſunt, *Vocauit*, inquit, *te in iuſtitia*. Diuus Auguſtinus. 13. de Trinitate capitulo decimo, non potentia, ſed iuſtitia denarrat Chriſtum redemiſſe humanum genus. Et diuus Leo papa ſermone de Ramis Palmarum, Congruebat, ait, vt in eo vinceretur hoſtilis aduerſitas, in quo vicerat. Idcirco qui poterat citra ſuum cruorem, homines à tyrannide aſſerere diaboli, voluit tamen cruore, & plagis tyrannidem abigere. Nã diuino liuore ſanati ſumus. Mortuus eſt enim Chriſtus propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificatiõem noſtrã. Et ſcatet diuina ſcriptura hoc genus teſtimonijs, docentibus Chriſtum eſſe iuſtitiam noſtram: à quibus ſuperſedendum eſt, quia non ſemel à me ſuperius inculcata, & diſerta ſunt. Aut propterea vocatus eſt homo Chriſtus in iuſtitia, quod ſolus ipſe eſt iuſtificationis noſtræ autor & ipſe ſolus iuſtus eſt, & ſanctus ſanctorum. Nam nos immundi omnes. Quod ſi mundamur Dei eſt munus abſtergentis maculas noſtras. At Chriſtus ex natura ſua hoc habet quod ſit ſanctus, & innocens, & impollutus, & ſegregatus à peccatoribus. Nõ enim ex cõcubitu naturali maſculi, & fœminæ conceptus eſt: at ex Spiritu ſancto obumbrante virginem. Quare originalis piaculi eſt expers, & cæterorum peccatorum planè aſymbolus, quia ab origine ſuæ conceptionis nihil commercij habere poteſt cum peccatis. Apprehẽdit autem Deus pater manũ Ieſu Chriſti. Quippe teſtantibus Dionyſio, & Damaſceno Chriſti operationes theandricæ erant, ideſt, Dei viriles. Erant nanque diuinæ atque humanæ perſonæ actiones. Id quod ipſe Dominus non ſiluit. Pater, ait, in me manens, ipſe facit opera. Et rurſum, Non poterit filius à ſemetipſo facere quicquã, niſi quod viderit patrem facientem. Apprehẽdit ergo manũ Meſsiæ pater. Quid quid enim vt homo agebat, Spiritu ſancto ducente, & præeunte agebat vnde ductus eſt à ſpiritu in deſertum Matthæ. 4. Duxit autem Spiritus ſanctus Chriſtum & ſeruauit. Nihil enim profecerunt Ieſu Chriſti hoſtes, aduerſus Chriſtum & filij iniquitatis nõ appoſuerũt nocere ei. Etenim morte turpiſsima illum damnantes, glorioſiſsima reuixit vita, & data eſt illi omnis poteſtas in cœlo & in terra. ¶ *Et dedi.* [b]) Legimus olim mũdũ inũdãtibus aquarũ gurgitibus Deũ inuoluiſſe, at miſertũ tãdẽ mortaliũ, arcũ in nubib⁹ depixiſſe in fœdus amicitiæ & pactũ ſe videlicet iãvltra nõ deliturũ diluuio aquarũ orbẽ. Ita quoq;

Ego [a] Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehẽdi manũ tuam, & ſeruaui te. Et dedi [b] te in fœdus populi, in lucem Gẽtium: Vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de concluſione vinctũ, de domo carceris ſedẽtes in tenebris.

Rationalis anima à Deo accipit originẽ.

Chriſtus nõ potẽtia vtẽs abſoluta ſed iuſtitia redemit homines.

Roma. 4.

Eſai. 46. Eſai. 64. Hebræ. 7.

Chriſti actiones theãdricæ.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Pſal. 88.

Sapien. 1. Matth. 6.

Deo

Deo inimicitias gerente cum hominibus, dedit nobis filium ſuum in fœdus, amicitiæque immortale pignus. Hic enim eſt, ait, filius meus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite. Vt omnis qui in Chriſtum crediderit non pereat, ſed habeat vitam ęternam. Pacificauit nanq; Chriſtus per ſanguinẽ ſuum ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris. Eſt enim propiciatio pro peccatis noſtris. Eſt igitur populi, ideſt, naturæ humanæ ſanctiſſimũ fœdus cũ Deo patre, Chriſtus. In ipſo nãq; cõfœderatæ ſunt duæ naturæ & diuinitas, & humanitas, in ſingularem diuinæ perſonæ vnitatẽ: vt ſit ipſe vnus mediator Dei, & hominũ Chriſtus. Quod ſi inimicos Deus per Chriſtũ ad diuinas traxit in eũdas amicitias, quidqđ iã celebratis amicitijs, nos in amicitia ſua ſeruet. Neq; ſolũ eſt fœdus, imo & lux gentiũ. Eſt enim lux quę illuminat oẽm hominẽ venientem in hũc mũdũ. Excæcatisq; Iudæis gentiũ illuſtrauit corda: vt fierẽt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi, & eduxit de cõcluſione vinctũ, ideſt vinctos vt etiã Zacha. cõmorat. Tu aũt, ait, in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos, de lacu, in quo non erat aqua. Deſcẽdit nãq; ad inferos, & cõfregit portas æreas, & aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, quæ ſedebat iam olim in dẽſiſsimis limbi tenebris. Tu vide declamationem noſtram de reſurrectione Chriſti. ¶ *Ego.a*) Nihil eſt quod diuinam magis prouocet irã aduerſus homines, quàm diuinos creaturis impẽdere honores. Diuinus nanq; honos, nulli eſt concedendus, niſi vni Deo: quippe hũc honorem & gloriam ſingularis numinis, nulli creaturæ impartiẽdũ eſſe ipſe iubet Deus. Audi, inquit, Iſrael, quia Dominus Deus tuus vnus eſt. Et Paulus Romanis ſcribẽs ſatis inuehitur in ſcelus hoc idololatriæ: & ſuperius Eſaias abundè idem præſtitit.

Matth. 3. Lucæ. 3. Ioan. 3. Matth. 17. Marci. 1. Ad Ephe. 2. Ad Rom. 3. 1. Ioan. 1.

Rom. 5.

Ioan. 1.

Matth. 20. Zach. 9.

Pſal. 106. Ephe. 4.

Numer. 6. Rom. 1.

> Ego [a] Dominus, hoc eſt nomen meum: & gloriã meam alteri nõ dabo, & laudem meam ſculptilibus: Quæ [b] primafuerunt, ecce venerunt: noua quoq; ego annũtio: antequàm oriãtur audita vobis faciam. Cantate [c] Domino cãticum nouum, laus eius, ab extremis terræ, qui deſcẽditis in mare, & plenitudo eius: inſulæ,

Legim⁹ autem Hebraicè, hu, loco cui⁹ Latinus tranſlator (hoc) tranſtulit. Et ſeptuaginta eodẽ modo, Ego Dominus De⁹, hoc meum eſt nomen. At Hebraicè hoc modo legimus Iehoua, hu, ſemi, ideſt, hic eſt meũ nomẽ. Hu eñ Hebræis ſignificat hic, ille, aut iſte. At vero etiã ſi illud ad proprietatẽ Hebraici ſermonis ſit referẽdũ: at nõ vacat à myſterio. Et eñ pſalmographus rẽ exp̃ſit hoc cõditã loco. Tu aũt Dñe idẽ ipſe es & anni tui nõ deficiẽt. Eteñ Deus ipſiſsimus eſt ab omni mutatione prorſus abhorrẽs: ideo ſemper hic, ſemper ipſe. ¶ *Quæ.b*) Quæ prius per meos vates prænũtiaui, oculis veſtris vidiſtis: itidẽ credite annũciãda per eos futura. ¶ *Cantate.c*) Luculẽter Dei erga hoĩnes miſericordiã docuerat: qppe mala generis humani depellẽda per Chriſtũ egregiè diſſeruerat. Supererat vt nos ad canticũ, & laudes nõ vulgares inuitaret. Et quia Euãgeliũ Chr̃i nõ erat vt lex Moſaica Paleſtinæ cõſtricta repagulis: ſed in oẽm orbẽ diffuſum, ꝓpterea nõ Iudæos ſolos qn etiã totũ ꝓuocat mũdũ: vt de generali ſalute generales quoq; celebrent laudes. Inſulares ergo hoĩes & q habitãt in domib⁹ Cedar. i. Arabũ q ſunt Nomades, aut Cedarenos intellige Saracenos: nã Cedar eſt regio trãs Arabiã q̃ Saraceni colũt Auto. Hiero. Iſti ergo & qui habitatores ſunt petræ, ideſt qui loca prærupta & inacceſſa colunt, Domino cantent cãticũ nouum.

Hu demonſtratiuũ pronomen Hebræis. Pſal. 101.

Quid ſit Cedar.

Tanta

Tãta eſt enim nouæ redẽptionis per Chriſtũ & diuinæ huius beneficentiæ magnitudo, vt noua iam cantica petat. Obſcurat enim huius beneficij claritas omnium antiquorum maieſtatem. Dominus enim ſicut fortis egreſſus eſt de ſinu patris, & venit in noſtra indutus humana infirmitate, vt Satanæ præſtigia deleret, & tyrãnidem fugaret diabolicam. Eſt porro ſuſcitare zelum vindictã hoſtium excitare. Et aduerte verba hæc. ¶ *Vociferabitur, & clamabit.*[a]) Non collidere cum priori verbo nõ clamabit. Quæ colliſio vt diſſoluatur ſupra aperuimus. Vindices autẽ, qui de potentibus hoſtibus vltionem capiunt, vociferant, clamãt eñ ouãtes, de nobili (quo gaudẽt) triũpho. Inſtar cuius de Chriſto, ait, vociferabitur, & clamabit. ¶ *Tacui.*[b]) Mutatio eſt perſonæ. Nam hæc ſub perſona Dei ſunt verba: qui quanquã verbo non tacuit, imo per ſuos Prophetas ſæpè cohortatus eſt Iudæos, vt verũ ſibi cultum exhiberent Matthæo docente capitulo. 23. at vero ait ſe tacuiſſe, quia animo conceptam iram, non expreſsit effectu: & inſtar parturientis, dicit ſe clamaturum. Eſt autem clamor vox vehemens, quæ longè latèque tenditur. Ipſa igitur vltio Dei (quæ de hoſtibus ſuis opportuno tempore captanda eſt) quia maxima eſt futura, ideo clamori illam confert parturientis, qui ſolet eſſe vehementiſsimus.

Christus præſtigiæ diabolicæ diſſoluit.

Mutatio perſonæ in ſcriptura eſt frequens.

Quid clamor.

& habitatores ſearum. Subleuetur deſertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores petræ, de vertice montium clamabũt. Ponẽt Dño gloriã, & laudẽ eius in inſulis nũtiabunt. Dominus ſicut fortis egredietur ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum: vociferabitur, & clamabit, [a] ſuper inimicos ſuos cõfortabitur. Tacui[b] ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiẽs loquar:[c] diſsipabo, & abſorbebo ſimul. Deſertos faciam montes, & colles, & omne germẽ eorũ exiccabo: & ponam flumina in inſulas & ſtagna arefaciã. Et educã[d] cæcos in viã quã neſciunt: & in ſemitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucẽ, & praua in recta, hæc verba faci eis & nõ derelinq eos. Conuerſi ſunt retrorſum:

Hieronymus legit. ¶ *Pariens loquar.*[c]) Quaſi dicat, Ipſis flagellis vos corripiens erit meus ad vos ſermo. Per montes autem, & colles, vrbes ſublimes ſubintellige: per gramẽ vero vel herbam, ciues ipſos ſubaudi. Quæ omnia, ait, deuaſtanda: id quod multis cladibus Iudæi paſſi ſunt. Fluminaque redigenda in inſulas, ſtagna denique arefacienda, & ſterilitatem, & penuriam rerũ denotat. ¶ *Et educã.*[d]) Hoc ad Romanos quidam dirigunt. Quaſi dixerit & ſi ignari ſint Romani meæ prouidentiæ, ego tamen illos ducam à patria ſua, in Hieroſolymam ſub Tito & Veſpaſiano. Ego verò verba Eſaiæ conuerſioni gentium aptiora eſſe duco. Et quia poſt gentium conuerſionem, cæcitas accidit Iudæis, vt Paulus ait ad Romanos. 9. Horũ miſeriã, & calamitatẽ, breui attingẽs ait, cõuerſi ſunt retrorſum. Eſt autem modus pro modo. Id quod cõſuetũ eſſe in his ſcriptis ſæpè admonuimus.

¶ Con-

confundãtur cõ fuſione, qui confidũt[a] in ſculptili, qui dicunt cõflatili. Vos dij noſtri. Surdi[b] audite, & cæci intuemini ad vidẽdũ. Quis cæcus niſi ſeruus meus?[c] & ſurd⁹, niſi ad quẽ nuntios meos miſi? quis cæcus, niſi qui venundatus[d] eſt? & quis cæcus, niſi ſeru⁹ domini? Qui vides[e] multa, nonne cuſtodies? qui apertas habes aures, nõne audies? Et Dominus voluit vt ſanctificaret eum, & magnificaret legẽ, & extolleret.

Modus pro modo in ſcriptura.

¶ *Confundantur*, ideſt, *confundentur*, *confuſione*.[a]) Et reuera pudenda eſt maximè cõfuſio hęc hominem ſcilicet idola colere, Deo vno, & vero neglecto. ¶ *Surdi*.[b]) Illos ſurdos vocat, qui aures à pietate auertũt: & ad fabulas ſe conuertũt. Vos ergo, qui ſponte nei eſtis ſurdi, præbete aures mihi. Similiq́ue tropo vos cæci, ĩtuemini. ¶ *Quis cæcus niſi ſeruus meus*.[c]) Ideſt, quem elegi ego in ſeruum meũ. Qualis eſt populus Iudaicus qui cæcus eſt, ſe excęcans voluntaria infidelitate, & ſurdus, aures oppilãs propheticis declamationibus. ¶ *Qui venundatus eſt*.[d]) Ex peccatis emũ gratis Iudæi ſunt venũdati diabolo. At Hebraicè nõ legim⁹ venundatus, ſed meſulã, quæ dictio perfectũ & cõſummatũ denotat. Quare nõ indoctè hæc exponunt de Eſaia & Chriſto: vt hic demum ſenſus ſit, Quis cæcus eſt veſtra opinione ò Iudæi niſi Eſaias, ſiquidẽ vobis, loquitur quæ palato veſtro corruptiſsimo inſipida ſunt? Qui tñ alioqui ſeruus meus eſt: quẽ alioqui prophetãveſtrũ inſtitui. Verum lectio noſtra non cõgruit huic ſenſui, niſi ad aliã formã legamus videlicet. Quis cęcus, niſi ſeruus meus, & qs ſurdus æquè vt nũcius meus, quẽ ego miſſurus ſum? Et hæc clauſula ſecũda ad Chriſtũ referri cum ſequẽte hac poterit quis tã cæcus, vt perfectus meus? Nã Chriſtus legatus Dei patris eſt, & ipſe ſolus perfectus quippe Deus eſt ſuper omnia, & homo ſuper oẽs, Angelos & hoĩes. Qui tñ phræne tico iudicio Phariſæorum ſeductor & ſeditioſus appellatus eſt. Quaſi dixiſſet expreſsius ſub Dei perſona Eſaiam non audi tis, ò Iudæi quia cæcũ illũ eſſe ducitis, (qui alioqui videns eſt) & Chriſtum quoq; quẽ ego legaturus ſum orbi, etiam reijcietis, quia illum dicetis in Beelzebub principe depellere dæmonia, ſabbatũ ſoluere, &c. Et dominus adhęc alludẽs ait Matthæ. 10. ſi patrẽ familias Beelzebub vocauerũt, quãto magis domeſticos ei⁹. In veterata eſt ergo Iudæorũ perfidia contra veridicos Chriſti vates, & ĩ ipſum Prophetarũ prĩcipẽ Chriſtum. At vero etiam ſi perfectus trãſferatur, & nõ venundatus, Iudaicæ aptare poterit ſermo Eſaiæ nationi. Etenim etiã ſi diſcoli erant, & impij, at ſuo arbitratu ſe ſanctos, & perfectos eſſe æſtimabant. Filij aiunt Abrahæ ſumus, & nulli ſeruiuimus vnquam. Et rurſum, Tu diſcipulus illius eſto, nos enim diſcipuli Moſi ſumus: & id genus, quæ inane illius gentis ſupercilium præſeferunt. Vates autem hoc infringens ſupercilium dicit, quis cæcus niſi ſeruus meus? Quaſi dixiſſet euidentius, Quis cæcus niſi qui ſe videntem arrogat? Quis ſurdus niſi qui aures apertiſsimas ſe habere putat, quis demum ſordidior, quam is, qui perfectam ſe ducere arbitratur vitam? Et quæ eſt noſtra calamitas vt ferè hoc idem lugeamus in temporibus noſtris quod Eſai. ſcripſit de ſuis. Plæriq́ue enim qui nimiam ſibi ſanctimoniæ pompam vſurpant, cæciores, ſurdiores, & maculatiores ſunt inteſtinis ſordibus, quam publicani, & peccatores. ¶ *Qui vides*.[e]) Quod modo ait cõſentit prioribus, qui

Eſaiæ. 55.

Iuſti & ſapientes corruptis hominibus videtur cæci & inſulſi.

Lucæ. 11.

Ioann. 8.

Ioan. 9.

Superciliũ Iudaicũ retunditur.

qui iactas ſcientiam diuinæ legis cur non cuſtodis, quæ iactas? Vnde Hieremias ca. 5. hoc quoque illis impegit. Audi, inquit, populeſtulte, qui non habes cor, qui habetis oculos non videtis, & habentes aures non auditis.

Et Paulus Romanis ſcribens capitulo. 2. Qui alium doces, te ipſum non doces. Tale quoq; eſt quod modo Eſai. tradit. Qui vides multa, nõ ne cuſtodies? aut vidēs multa & ſingularia diuinæ ad te bene uolentiæ ſigna cur nõ cuſtodis legē beneficētiſſimi erga te dei? Iudæi nanq; innumeris affecti ſunt à Deo beneficijs, quæ modo illis vt ingratis obtruduntur. ¶ *Dominus.* [a])

Ipſe autem populus direptus, & vaſtatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum abſconditi ſunt: facti ſunt in rapinam nec eſt qui eruat in direptionem, nec eſt qui dicat, Redde. Quis eſt in vobis q audiat hoc, attendat, & auſcultet futura? Quis dedit in direptionē Iacob, & Iſrael vaſtantibus? nonne dominus [a] ipſe cui peccauimus? Et noluerũt in vijs eius ambulare, & non audierũt legem eius. Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui & fortę bellũ, & combuſsit eum in circuitu, & non cognouit: & ſuccendit eum, & non intellexerit.

Deus enim hoc habuit inſtituti, populum illum multis ornare donis & legem illã extollere, & illã oſtẽdere, ſanctiſsimam eſſe atq; iuſtiſsimam: vt vel inde Iudęos ad pietatẽ pelliceret. Illi autem renuerunt: quippequi ad idola erant decliues. Ideo ipſa Iudęorum natio direpta, & deuaſtata eſt. Siue Iacob. i. duæ tribus Iuda, & Beniamin, & Iſrael, hoc eſt decem aliæ tribus. Præterita cape pro futuris, & ſub immenſis calamitatibus quibus preſsi à Romanis, & Chaldæis & afflictati fuêre adhuc non expenderunt vias ſuas peſsimas: ſed tenaces propoſiti huc vſque perſeuerant.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 43.

Vaticinium de eccleſia primitiua.

ET NVNC HAEC.[a]) Hieronym. & gloſſa ordinaria ad ſpiritualem Iacob hæc referunt, ad eccleſiam videlicet apoſtolicam & primitiuam. Etenim apoſtoli & diſcipuli domini, cæteriq; qui id temporis fulſerũt fideles, cõmodè ſub Iacob typo adumbrantur. Iacob enim ſupplantator interpretatur, quia fratrẽ Eſau ex planta pedis tenẽs natus eſt, & illius primogenita aſtu mirabili ſubripuit, & cum angelo pugnauit, & ex pugna claudicauit. Ad eũdem prope modũ & eccleſia Ieſu Chriſti ſupplantauit ſynagogam. Sunt enim eccleſia & ſynagoga veluti vterini fratres. Nanque Iudęorum & fidelium vna fides eſt, quod illi credebãt, &

Et nunc hæc dicit dñs creans te Iacob, & formãs te Iſrael: Noli ti-

Gene. 25. Gene. 32.

expectabant venturum, nos credimus in manibus iam habere. Porrò ecclesia Christi primogenita senioris populi Iudaici subtraxit. Etenim testãte domino auferetur à vobis regnum & dabitur genti faciẽti fructus eius. Et fratrem Esau Iacob supauit non armis sed precibus. Apostoli iti dem orbem sub iugauerunt, prædicationis verbo, rogantes videlicet, & obsecrantes, vt gentes & Iudæi fidẽ domini susciperent. 1. ad Thess salonicen. 4. Rogamus, ait, & obsecramus in domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, &c. Ecclesia igitur primitiua viribus terrenis pusilla erat: paupercula nanque erat, neque principum seculi facultatibus vigebat vt modo: imo diuexata satis fuit, & impetita à mundanis phalangibus. Nullus enim erat siue magnatorum, siue philosophorum, qui in illam suam non despumasset iram. Ideo dominus illam per vatem suum cõsolatur, & roborat dicens. Et nunc hæc dicit dominus creans te Iacob. Vtique ecclesiam suã Christus creauit in nouitate spiritus. Quã enim creauit ex nihilo largiens terrenam substantiam recreauit rursum ex alio nihilo quod est peccati nihilum nempe in gratiam suam illam restituens. Et nullum est diuinum opus, quod ita cedat in diuinam gloriam, quã huius nouæ ecclesiæ recreatio. Nam qui creãs omnia nullo labore cõdidit, ipse met recreans omnia maximo sudauit labore. Nam sanguine suo ecclesiã sibi acquisiuit non habentem maculam, neque rugam. Et adeo dilexit ecclesiam suam vt præsentia sua corporali illam orbans, ascendens in cœlum, ait, Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Quasi dixerit, Noli timere Iacob: ergo ipse qui te creaui, in angustijs tuis præsens, tibi adero: noli timere Israel, quia ego qui te formaui, præsidijs meis non te fraudabo. Hoc est nolite timere ò Christi fideles, in quibus prima rudimẽta fidei meę iacta sunt. Viribus sane pusilli estis, & actione imbecilli, truculẽsq; nihilominus habetis aduersarios: at quia vos creaui, & formaui, non deseram, non desituam vos. Etenim cõplacuit patri vestro dare vobis regnum. Sub varijs deniq; verbis repetitio est eiusdẽ sensus. At si distinguere iuuat, scito creare esse quando res primo in lucem ex nihilo prodit, at formare est quæ iam producta videntur perficere, & absoluere: vt Deus primum creauit cœlos dein vero illos sideribus ornauit. Est igitur spiritualis creatio hæc quando primum mens Deo reconciliatur, at formatio, est quando paulatim homo abit virtutibus succrescens. Ecclesia igitur creata fuit quando in cœnaculo congregata Spiritus sancti gratia donata fuit: at quando sensim diuina arte & ope profecit & ex grano sinapis olus immensum emersit, tunc formata est Christi ecclesia. Neque enim omnia de repente sunt agenda: sed paulatinè ad perfectionem est progrediendum. Dixi creatam ecclesiam in die Pentecostes, non vt iam tibi colligas, ecclesiam tunc primo cœpisse (ab origine nanque seculi habuit cultores Deus) at in nouo spiritu (qui est libertatis, gratiæ, & vitæ æternæ spiritus) tunc cœpit ecclesia noua CHRISTI sponsa, ornara monilibus nouis. Spiritus nanque Paracleti vbertas non erat hominibus elargienda, donec tribunal dextræ paternæ CHRISTVS obtineret. Cur autem non sit timendum subdit. ¶ *Quia redemi te.* a) Præterita in futurum verte. Etenim tempore Esaiæ nondum Christus ecclesiam suam redemerat. Et aliam causam subiecit. ¶ *Et Vocaui te nomine proprio.* b) Amicorum enim symbolũ est nominibus se apellitare proprijs. Etenim amicitia friget si amici nomen latet. Non ergo friget Dei erga ecclesiam suã amicitia, illam enim vocat nomine proprio. Est aũt huius ecclesiæ nomẽ pro-

mere, quia redemite,[a] & vocaui te nomine tuo[b]

Matth. 21.

Apostoli nõ armis subiugarunt orbẽ Christo.

Recreatio ecclesiæ opus Dei magnificentissimum.

Actor. 20. Epho. 5.

Matth. 28.

Laus. 11.

Quid sit creare, & quid formare.

Actor. 2. Quando ecclesia fuit creata, & quando formata.

Ecclesia ab origine mũdi cœpit.

Iohan. 7.

Amici sua propria sciũt nomina

proprium, catholica eccleſia, apoſtolica eccleſia, Chriſti ſponſa. Recolito autẽ Iacob quondam cum angelo ſingulare certamen iniuiſſe: tandemque ex certamine nomen promeruit nouum, quod angelus Dei illi indidit.

Geneſ. 32. typus ex Geneſi.

Iacob ergo ſecũ dũ literã, vocat' eſt à Deo nomine ꝓprio, ideſt, Iſrael. At myſticus Iacob (q eſt eccleſia Chriſti) itidem & nouũ nomen ſortitus fuit. Poſt quã angelos non pugnantes ſecũ: ſed ſecũ conſeruos habet docente Paulo ad Gala. 6. quicunque hanc regulam ſecuti fuerint pax ſuper illos, & miſericordia & ſuper Iſrael Dei. Paulus ergo diuina fungẽs autoritate eccleſiam Dei Iſrael Dei appellat. Interpretatur autẽ Iſrael prævalens Deo. Et verè eccleſia ſola eſt prẽualens cũ deo: nam quod ipſa aperit Deus aperit, & quod ipſa ligandum ducit, Deus ratum habet.

Gene. 32. Apoc, 19. & 22.

Quid ſibi velit Iſrael.

¶ *Meus es tu.*[a]) Ideſt, vt meus eſſes tu cum tranſieris per aquas. Per aquas, flumina, ignem, & flammas, ſcriptura nonnunquam aduerſantia nobis ſubintelligit. Libera me, inquit regius vates, de aquis multis, & rurſum, Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Eccleſiam autem ita tutatus eſt Chriſtus, vt per medias tormẽtorum flammas, per medias hoſtium acies, à profunditate denique omnium tribulationum, illam illæſam ſeruarit. Vt verè illud dixerit, Liberaſti me à perditione & in medio ignis non ſum æſtuata. Lege Paulum Hebræis ſcribentem capitulo. 11. Hiſtorias martyrum volue, & videbis fidelium alios in vaſtas flũminum voragines coniectos fuiſſe, & à domino tandem ereptos, alios in ardentiſsimas coniectos flammas, & benigniter ſeruatos, vt Polycarpus glorioſus Chriſti athleta, vnus tibi exemplo abundè ſit: cui rogus æſtuantiſsimus ceſsit, & in modum triumphalis fornicis ſe curuans, martyri pro tormẽto ſolatorium fuit velamentum, vt Euſebius commemorat libro. 4. de hiſtoria eccleſiaſtica. Legimus quoque in libro Iob capitul. 4. in ſex tribulationibus liberabit te: & in ſeptima non tanget te malũ. Et numerans tribulationes ſubiecit, in fame eruet te, de morte, & in bello, de manu gladij, à flagello linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem cum venerit, in vaſtitate & fame ridebis, & beſtias terræ non formidabis: ſed cum lapidibus regionum pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificę erunt tibi. Quæ omnia tametſi voce diſcrepent à vatis noſtri verbis, at ſenſu conſentiunt. Idem enim ſapiunt illa verba, Cum tranſieris per aquas tecum ero, &c. atque hæc, In ſex tribulationibus liberabit te: & alia quæ retulimus. Senarius autem tribulationũ numerus, non coarctãdus eſt ad ſex dũtaxat. At vniuerſas quas ſancti patiuntur moleſtias ſubintellige (qui mos ſcripturæ eſt) at ſeptima, illam finalem mõſtrat quã patietur Chriſti eccleſia ſub Antichriſto. Illa nanque nouiſsima calamitoſiſsima erit omnium. Matthæi. 24. Aduerſus quæ aduerſa omnia, tutamen cœleſte pollicetur Deus. At ſeptima ait non tanget te. Nam breuiabuntur dies illi, propter electos. Adgloriam autem Dei, illuſtrãdam aduerſarijs quatiuntur ſancti, & ad ſanctorum profectum eximium, & honorem. Nullus eſt enim honos, qui huic comparetur, beſtias ſcilicet ſanctis Dei cedere, etiam immaniſsimas vt leones & vrſos, & quando ſcripta tibi alia hoc non perſuaſerint, Paulus ſanè perſuadebit qui beſtiam habuit à manu pendentem & illæſus ſeruatur à morſu. Hoc eſt, quod aiebat dudũ Iob & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi: & lapides illi quos Ioannes Baptiſta commorat, Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Sunt lapides regio

ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit tu te:

Iob, & Eſai. ſibi cõſentiunt.

Sub ſenario omnes ſanctorum moleſtiæ intelliguntur.

Antichriſti tribulatio ſeptima erit & maxima.

Actor. 28.

Beſtiæ cedunt ſanctis

Ecclo. 51.

Polycarpo in ſigni Chriſti martyre rogus ceſsit

Ioan, 10. Matth. 16. & 18.

Pſal. 143. Pſalm. 68.

num quos Iob docet pactum inituros per receptam Chriſti fidem cum eccleſia dei. Et hæc vniuerſa quæ de Dei eccleſia proſequuti ſumus etiam in Dei famulos, qui huius eccleſiæ filij ſunt extendere poteris illis enim dominꝰ adeſt, vt tueatur, vt tandem ad optatum vitæ æternæ portum (etiam repugnantibus aſtris) perueniãt. *Quia*. a) cauſam diuinæ in eccleſiam effundendæ propitiationis demonſtrat, eſſe ſcilicet Deũ ſaluatorem. Dei nanque benignitas, non merita noſtra, prima cauſa eſt, quod Deus viſceribus ſuæ nos viſitet miſericordiæ, oriens ex alto. Et ſubdit. ¶ *Dedi propitiationẽ tuã AEgyptum.* b) Etenim ad fidem Ieſu Chriſti ſiue AEgyptus, ſiue AEthiopia, ſiue Arabia & demum omnes gentes attractę ſunt. Nonnulli ad AEgyptios, AEthiopes & Sabæos, qui cum Sennacherib iunxerunt militares copias in Hieruſalem obſidione hæc referunt: qui omnes exterminati ſunt. At vero quia iam ſuperius hiſtoricum huius capitis ſenſum eſſe de eccleſia Ieſu Chriſti diximus, idcirco prior ſenſus germanior eſt. ¶ *Ex quo.* c) Honorabilis eſt ſatis coram Deo Chriſti apoſtolorum chorus, & candidatus martyrum exercitus. Et demum tota catholica eccleſia quæ ſponſa Chriſti eſt maximum coram Chriſto honorem obtinet, quæ ſola illi grata eſt: extra quam qui degit hoſtis Dei eſt, tantũ abeſt vt ſit illi amicus. Hanc diligit Chriſtus teſtante Paulo. ¶ *Et dabo homines.* d) Subaudi pro anima huius eccleſiæ, ideſt, ad defendendum eam infideles populos grauiter lædet Deus. Etenim eccleſiæ hoſtes calcandi à ſanctis ſunt. Fulgebunt nanque iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent & iudicabunt nationes. Sapien. 3. ¶ *Noli.* e) Inculcat quod dixerat. Etenim graſſantibus potentiſſimis hoſtibus exhortandi ſunt ſemel atque iterum milites ne linquãt animo, ſed virum induant. Ita quoq; eccleſia Chriſti iam per vatem admonetur multoties, ne timeat. Omnes porrò fideles ſemen Chriſti myſticum ſunt atque catholicæ eccleſiæ, quos ipſa regenerat vni Chriſto: per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè. Hoc ergo ſemen, quod eſt fideles Chriſti ab Oriente, & Occidente ab Aquilone & Auſtro, deductum eſt, non corporis greſſibus, ſed fidei. Amen dico vobis, teſtatur Chriſtus, quia multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent, cum Deo Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eijciẽtur foras Matthęi. 8. Quod vero inquit. ¶ *Et omnem, qui inuocauerit nomen meum ad gloriam meam, creaui eum.* f) Non eò dictum puta, quod ſolum fideles ſint creati ad gloriam dei, ſi quidem

Quia a ego Dominus Deus tuꝰ ſanctus Iſrael ſaluator tuus, dedi propitiationem tuam AEgyptũ, b & Aethiopiam & Saba pro te. Ex quo c honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, & dabo homines d pro te, populos pro anima tua. Noli e timere, qa ego tecum ſum: ab Oriẽte adducam ſemen tuũ, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da: & Auſtro, Noli prohibere, affer filios meos de longinquo: & filias meas ab extremis terræ. Et omnem qui inuocat nomen meũ in gloriam meã: creaui eum, f formaui eum, & feci eum.

Fideles ſũt Chriſti myſtick ſemẽ

Eccleſia eſt honorabilis coram Deo.

Ephe. 5.

quidē vniuerſa propter ſemetipſum creauit dominus non ſolum iuſtos, ſed iniuſtos. Vtrunque nanque diuinæ eſt glorię, & illos coronare, & hos torquere. At vero quia magis Deo cordi eſt, coronas quã pœnas impartiri, propterea Eſai. inuocantes nomen domini ad diuinam gloriã conditos tradit. Cui quoque Paulus non obſcurè atteſtatur Roma. ſcribens cap. 9. Suſtinuit, ait, in multa patientia vaſa iræ apta in interitũ, vt oſtenderet diuitias glorię ſuę in vaſa miſericordiæ: quæ prę parauit in gloriam, quos & vocauit. ¶ *Educ.* a) Gentium nationes ſub tenebris errorum ſuorũ latitabant, & lumen diuinæ fidei non videbãt, quas iubet modo foras extrahendas à tenebris ſuis, in admirabile lumen Dei. *Educ.* Præcipit exire *foras populum cæcũ.*) Hoc eſt non natiua oculorum cæcitate, ſed mentis ſpontanea obduratione. Propterea cæcus eſt oculis internis. ¶ *At oculos.* b) hoc eſt carnis. ¶ *Habet.* c) Qui referunt ad Cyrum, vt D. Thomas ad aſſertam per Cyrum libertatẽ aptãt hæc, vt & priora. ¶ *Omnes gentes.* d) Memini me ſuperius dixiſſe eam eſſe Dei erga nos clementiam, vt nobiſcum velit ire rationem. Nunc ergo populos & gentes citat, vt coram Deo ſiſtant: vt teſtimonium diuinitatis vnius ferant, idolaque vana eſſe palam ſit: ſiquidem Dij gentiũ, nõ poſſunt præterita recolere, neque futura prænuntiare, vt ſuperius diximus. Ait ergo. *Omnes gentes congregatæ ſunt ſimul.*) Ideſt, congregentur ſimul, ſubaudi, dij gẽtium, huc ad me accedant, vt cum illis de diuinitate agatur iudicium. Colligãtur nationũ tribus, & proferant Deos ſuos, quis illorũ annuntiet iſtud, ſiue potens eſt nũtiare occulta, & ſecreta, & quę prima. i. quę prę terita fuerint doceant. Dent teſtes horũ ſi ita eſt, quos nullos habent. Propterea Deorũ falſorũ cauſa excidit. Neq; iuſtificari in negotio diuinitatis (quam temerè ſibi arrogant) iuſtam poterũt rationem obtẽdere. ¶ *Audiant* (ergo) *& dicant, Verè.* c) Ideſt, quod verum eſt, me ſolum verũ eſſe Deũ. ¶ *Et vos teſtes.* f) O Iudæi horum eſtis, qui experti eſtis Deos hos fictos, ficta quoq; edidiſſe oracula. Et tantiſper dum illa colitis malè vobiſcum agitur. *Vos teſtes mei, & ſeruus meus.* g) Subaudi Eſaiã & cæteros prophetas, vt in numero ſingulari pluralem comprehendas. Omnes nanque prophetæ diuino numini atteſtantur, verum & vnum eſſe. ¶ *Ego ſum, ego ſum Dominus.* h) Repetitio veritatem aſſertiſsimã, quam profert oſtẽdit. Nã Deus eſt, qui verè eſt. ¶ *Et non eſt abſq; me ſaluator.* i) Nã diuina ope ſubmota, oĩs operatio creaturæ ceſſat. ¶ *Ego annuntiaui.* k) Hoc eſt vobis ò Iudæi proſpera, & aduerſa, & leuaui vos à malis, quibus ſuccumbebatis: & nõ fuit in vobis qui

Cur fideles Ad gloriam Dei creantur.

Falſorum Deorũ cauſa in Dei iudicio excidit.

Prophetæ teſtes dãi.

Deus cũ hominibus init rationem.

Educ[a] foras populum cæcum, & oculos [b] habet: [c] ſurdum, & aures ei ſunt. Omnes gentes [d] cõgregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribus: quis in vobis annuntiet iſtud, & quæ prima ſunt, audire vos faciet? dent teſtes eorum & iuſtificentur, & audiant, [e] & dicant, Verè, vos teſtes [f] mei, di cit Dominus, & ſeru[g] meus [g] quẽ elegi: vt ſciatis, & credatis mihi, & intelligatis qa ego ipſe ſum: ante me nõ eſt formatus Deus: & poſt me nõ erit. Ego ſum, ego ſum Dominus [h] & nõ eſt abſque me ſaluator. [i] Ego annuntiaui, [k] & ſaluaui auditum feci, et non fuit in vobis alienus, vos teſtes

id præſtaret alienus Deus. Sunt qui per ſeruum Dei Chriſtum intelligant: vt Hiero. & gloſſa. Ad hoc enim in mundum venit, vt teſtimonium exhiberet veritati. Et. ca. 42. eſt vocatus ſeruus indicante Matth. c. 12. & Apoſtoli teſtes Chri ſunt. Vos, ait, eritis mihi teſtes, in Hieruſalē & in omni Iudæa & Samaria Acto. 1. Obſerua autem Deū vti humano teſtimonio, nō quod ipſe teſtimonio nīo egeat Ioā. 5. Chriſtus, inquit ſe habere maius teſtimoniū Ioanne. Spirit' enim ſanctus eſt q in cordibus ſanctorū Deo atteſtatur. Ioā. 15. Cum venerit paracletus ille teſtimoniū perhibebit de me. At vero autore Auguſt. deus res, quas condidit ſic adminiſtrat, vt illas proprios effectus agere ſinat. Ideo q in vſu hominum eſt res occultas teſtibus inueſtigare: prophetas ſibi deus in teſtes vocat, & opera itē ſua, quæ vnum Deum eſſe verū proteſtētur. Et Chr̄s apoſtolos ſuos, & opera quæ ipſe faciebat vocat in teſtes. Ioan. 10. Opera quę ego facio, ait, in nomine patris mei hæc teſtimoniū perhibent de me. De lectione tamē hac admonēdus eſt lector, nā varia eſt. Etenim indicante Hiero. hæc quæ ſubdetur lectio. ¶ *Ante me non eſt formatus Deus.*) Eſt lectio altera, quam ea q̄ in vulgatis biblijs aduertimus, & eſt altera *Ante me non eſt formator Deus.*) quā inter linealis exponit. At ſenſus nō variat, in lectione varia. ¶ *Hæc.*[a]) Hieron. perſiſtēs in

mei, dicit Dominus, & ego De⁹. Et ab initio ego ipſe, & non eſt q̄ de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? Hæc[a] dicit Dominus redēptor veſter: ſāctus Iſrael, Propter vos emiſi id Bobylonē, & detraxi vectes[b] vniuerſos, & Chaldæos in nauibus ſuis gloriātes. Ego Domin⁹ ſanctus veſter, creās Iſrael rex veſter. Hæc dicit dominus Deus, qui dedit[c] ī mari viā,[d] et in aquis torrētibus[e] ſemitam. Qui eduxit[f] quadrigā[g] et equū,[h] augmē i & robuſtū, ſimul obdormierunt,[k] ſic refurgent, contriti ſunt quaſi linum,[l] & extincti ſunt.

Ioan. 18.

Deus non egethumano teſtimonio.

Deus ſe attemperat humanis moribus

ſenſu inchoato ab ipſo hæc quoq; ad eum dē proſequitur modū intelligēs de miſſione Chr̄i in mundū: qui Babylō typicè eſt. ¶ *Et detraxit vectes.*[b]) Quippe reſerauit cœleſtis regni ianuas, & fidei, & iuſtificatiōis obſtacula ſubmouit Chr̄s: quæ ſunt error mētis, & illecebra ſenſus. Atvero q̄nquidē ad hunc ſenſum ex hibēdū litera nō vrget, literā potius ſequamur ſe cūdū illud q̄ p̄ſefert. Commemorat igit̄ modo Eſa. reditū Iudaicū ex Babylonica captiuitate, vt inde occaſionē ſibi rapiat, libertatis humanī gr̄is p̄ Chr̄um celebrandæ: & ſint tibi, p̄ futuris p̄terita. Proter vos emiſi. i. emittā Cyrū in Babylonē, & vectes & vincula vr̄ę captiuitatis detrahā. Dein memoriā refricat alteriusiā p̄ſtiti bn̄ficij ſubdēs. ¶ *Hæc dicit dn̄s deus qui dedit.*[c]) ſubaudi, populo ſuo. ¶ *In mari viā.*[d]) Q̄n, ſcilicet, diuiſit mare rubrū in diuiſiōes aquarū qm̄ in æternum mīa eius. ¶ *In aquis torrētibus.*[e]) Hoc eſt ī Iordane celeberrimo fluuio, cal cabilē veſtigijs ſiccis ſemitā præbuit dn̄s Hebræę gēti. Quibus tertiū cōmemorās beneficiū adiecit & memorabile ſatis, q̄n dn̄s Aſſyrias deiecit acies. ¶ *Eduxit.*[f]) Ait, ideſt, euocauit. ¶ *Quadrigā.*[g]) Ideſt quadrigas. ¶ *Et equū.*[h]) Ideſt equos. ¶ *Et agmen.*[i]) Ideſt agmina. ¶ *Et robuſtum*, hoc eſt robuſtos, *ſimul obdormierūt.*[k]) Etenim angelus dn̄i nocte vna Aſſyrios in cineres redegit. ¶ *Cōtriti ſunt quaſi linū fumigans.*[l]) Linum

Mūdus babylon eſt figurata locutione.

Pſalm. 138.

Ioſue. 3.

nanque

nanq; fumigans si calcaueris continuo extingues. Minimo igit negotio copias Assyriorum fuisse extinctas sermo iste denotat. Siqdē diuino miraculo pierūt. ¶*Ne.*[a]) Etiāsi tria & illa illustrissima Dei erga Iudęos denarrauit officia, at sequētium collatione vilescūt. Propterea aitmodo. *Nō memineris priorum.*) Noua iam obserua: prisca ne cures. ¶*Ecce ego facio noua, & nunc orientur.*[b]) Idest, propediē hæc noua efflorescent, & sese expectāda mūdo obijciēt. Quasi dixisset, Hæc noua, quæ prænuntio propediem futura Christi est gratia, & euāgelica est prædicatio, q̄ tametsi post seculū Esai. ferè annis elapsis. 500. extiterunt: at more prophetico iamiā ad futura prædicit, quia mille anni in conspectu dñi, vt hesterna dies quæ præterijt est. ¶*Ponā in deserto viā, & in inuio flumina.*[c]) Vtique cœlestis ad supera via deserta, & planè inculta olim erat: at vero illā Christus sanctorū pedibus terēdā subiecit, quando ascēdens in cœlum, pādit viā ante sanctos suos. At in inuio flumina exhibuit, siquidē in omnē terrā exiit euāgelicæ tubæ vocalissimus ille clangor, Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero nō crediderit, cōdēnabit. ¶*Et glorificabit.*[d]) Quasi dixerit euāgelica prædicatio nō erit clācularis in Iudæa duntaxat: sed in oēs natiōes diffundetur, adeò, vt bestiæ agri, idest, homines feri, & inculti, & tyrāni, qui bestiales mores habēt euāgelicā gratiā planè sint recepturi. At vos ò Iudæi videbitis euāgelicam gratiā, at in ruinā vobis erit. Nāq; maxima pars cadet, & offendet ad lapidē euāgelicæ veritatis: q̄ nihilominus ingēti applausu etiā num bestiales homines excipient. ¶*Populum.*[e]) Nouū populū, nouam ecclesiā, literæ vetustate neglecta & nouitate spūs supernè infusa, creauit sibi Christus. ¶*Formaui.*[f]) Proformabo. ¶*Non me.*[g]) Legimus plęrosq; ex Hebraica natione eximia sanctimonia fulsisse. Propterea nō inepte hæsitabit quispiam, quid sit, q̄ modo ait. *Nō me invocasti Iacob.*) i. ò Iacob, ò populę Hebraice nō me precibus, & laudibus invocasti. At qui reliqua quæ cōnectuntur huic verbo, eadē quoq; premuntur ambiguitate: nisi velis vt hæc prioribus cohæreāt de salute, quā dñs per Christū suum, mūdo est elargitus, locum hūc intelligēdū fore. Etenim quod verbū caro fieret, nullæ preces effecerunt: nulla sacrificiorū vis litare Deo potuit, vt disponeret æternò filiū suum, in orbē mittere. Non ergo Iudæi salutem generalē humani generis suis meritis arrogent. Quod enim ex diuina dimanat gratia, merita omnia anteuertit. Porrò autē etiāsi Deus gratis apud seipsum disposuit mundū seruare per Christū: at vero vt tantū sacramētū ad suū effectū deduceret, p̄cibus impetrādū & obti-

Ne[a] memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nūc oriētur,[b] vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina,[c] & glorificabit[d] me bestia agri, dracones & struthiones: qa dedi in deserto aquas: flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. Populum[e] istum formaui[f] mihi laudem meam narrabit. Non me[g] inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel, nō obtulisti mihi arietē holocaustī tui & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.

Iudæi offensi sunt ad lapidē euāgelicæ veritatis.

Mos ꝓphēticus futura tanquā p̄ręsentia aut p̄ręterita iā enuntiare.

Notāda dubitatio.

Quod ex diuina dimanat gratia merita omnia anteuertit.

& obtinendum hostijs legis voluit,quę erant futurorum vmbra. Hebræa nanque natio nunquam non arrogans fuit, & elati cordis, ideo tantæ elationi mentis, hoc pharmacũ adhibet vates. *Non vocasti me Iacob:neque laborasti in me.*) Id est, in cultibus mihi impendendis,&c.Aut fortasis hic erit sensus, si rõnẽ subduxeris ò populeHebraice beneficiorũ quibꝰ te affeci, & quotidie afficio, nullas reputabis preces tuas nulla dices esse sacrificia tua, nihili pẽdes labores tuos.Hęc enim vniuersa frigent, omnia diuini officij qualitate librate expensa. Tale est item quod sequitur. ¶ *Non emisti mihi argento, calamum,& adipe victimarum tuarum non inebriasti me.*a) Etenim Deo neq; suffitus aromatum,neque adeps victimarum, aut vinum libaminum,quicquã prosunt:quippe quæ Deo non sunt ex vsu. Imo verius in humanos vsus cedunt:ex re nanque nostra sunt non Dei,qui bonis nostris non eget. At qui hoc ipsum assiduè diuinus inculcat sermo, vt re hac inspecta non desipiant Iudæi credẽtes sanguine hircorum, aut taurorum deleri peccata. Non enim delentur spiritus labes, brutorum sanguine,vt Paulus ad Hebræos. 10. aperto testatur sermone. Quare subdit. ¶ *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.*b) Idest,gratia mea non meritis tuis. ¶ *Reduc.*c) Recolito peccata tua populeIacob,vel age, disceptemus in iudicio, & tunc demum videbis,nihili esse æstimanda vniuersa bona opera,quibus gloriaris. Maior nanque est inquinatio tua,ob quam meam prouocasiram,quam omnia sacrificia,quę offers mihi placando.Neq; obieceris mihi patrum tuorum sanctimoniã. Etenim Abrahã aliquando idololatra fuit: & primus pater tuus Adã peccauit,& maiores alij tui interpretes,&doctores,vtMoses & Aarõ, itidem transgressi sunt. Quare illis terræ iam olim optatæ, ingressum iterdixi. Quod ait. ¶ *Contamina uisti principes sanctos.* c) Idest,palam cunctis feci illos contaminatos, & culpis obnoxios fuisse. Et dedit deus ob ingẽtia Israelitarũ peccata interim dũ vastas colebant eremos admissa. *Ad internetionem Iacob.* c) Idest populũ illũ Hebręorũ. Nã prostrati iacuerũt in deserto oẽs, quotquot Aegyptus miserat,exceptis Iosue.Et Caleb. Burgensis in additionibus,vt solet cõtẽdit locũ hũc nõ intelligẽdũ, vt nos sequuti Hiero. & reliquos expositores itelle ctũ voluim'. Quippe Moses & Aarõ nõ interptes sed ꝓphetæ sunt appellãdi. Aliud nãq; est ꝓphetia, aliud interpretatio sermonũ. 1. ad Cor. 12. Adde præuaricationem grãde præseferre crimẽ,id q̃ nõ legimus à Mose,& Aarõ admissũ. At verovt rẽ discutiã hanc dixerim interptes hoc loco,doctores denotare. Et tales fuerunt Moses,& Aaron, illius populi doctores primarij. At prophetia non dissentit tantopere ab interpretatione,

Non emisti mihi argẽto calamũ: & adipe victimarum tuarũ nõ inebriasti me.a Veruntamen servire me fecisti in peccatis tuis, prę buisti mihi laborẽ in iniquitatibꝰ tuis. Ego sum, ego sum ipse, q̃ dleo iniquitates tuas ꝓpter me, b & peccatorũ tuorũ non recordabor. Reducc me in memoriam, & iudicemur simul:narra, si qd habes, vt iustificeris. Pater tuus primꝰ peccauit, & ĩterpretes tui pręuaricati sunt in me. Et contaminaui principes sanctos,d dedi ad internetionẽ Iacob, c & Israel in blasphemiam.

Gene. 11. & 13.

Num. 27.

Num. 14. Deu. 1.

Frigent omnia obsequa beneficij diuini qualitate expensa.

Locus probans peccata deleri gratis.

Prophetia nõ prorsus abhorret ab interpretatione.

vt

Ioan. 6. Lucæ. 4. vt inuicē coire nequeant. Chriſtus nanq; quē ſcriptura non dedignatī prophetā cognominare, fuit quoq; Eſaiæ interpres, cō memorante Luca. Neq; oīs præuaricatio eſt flagitiū immēſum: ſed ſunt præuaricatiōis varij gradus. Quidquod cōflatio vituli digna eſt, quæ præuaricatio dicat, cuius autorem Aaron fuiſſe ſcriptura palā tē ſtatur: vt etiam hæſitare ad aquas contradictionis crimini Moyſi dat. Expēde iam chariſsime mecū quā verè oporteat faſtū deijcere nr̄m, ſi præclariſsimos hos principes & maximè Moſem, q̄ diuino vſus eſt colloquio, q̄ fulgore diuino quodā coruſcauit, q̄ ꝓbatus eſt diuino teſtimonio, cō taminatus fuit, quid tu miſer ſuperbis ex tua morū integritate, quæ verius eſt fragilitas? Adde iſtis Sanſonē, Gedeonē, Dauidem, Ezechiā, Ioſiā &c. quos alioqui ſummis celebratos legimus laudibus. Quos tñ culpis infectos fuiſſe ſcriptura non ſuppreſsit. Imò ſcriptura cōcluſit oīa ſub peccato, vt criſtas deponant oēs hoīes coram Deo, vt nihil ſibi ex ſanctitate gratulētur. Siquidē neq; volentis eſt, neq; currētis, ſed Dei miſerētis. Diſcamus quoq; epiſcopos ex iſtis admoniti & eccleſiæ ꝓceres nō deſpicere, neq; illorū obſcurare gloriā, ſi illorū errata nouerimus: ſiq̄dē illuſtriſsimos quoſq; viros cōtaminatos fuiſſe Eſaias docuit. Et quāquā Deo autore nemo ſit deterior, at illo permittēte occulto, & iuſto cō ſilio, etiā eccleſiæ principes cōtaminātur nōnunq̄, vt deſināt ī fratres ſibi ſubiectos ſuperbire, & ſuauius res inferiorū tractēt. Vt lapſum Petri Chryſoſtomus denarrās eò permiſſum teſtat à Deo fuiſſe vt caſum ſuū eccleſiæ primarius recolēs paſtor, gregis caſus mitius ferret. Nanq; ſi in viridi ligno ignis ſæuit, in arido q̄d fiet? Hoc vtinam nr̄i ſeculi hæretici obſeruaſſent, non debaccharent in beatiſsimos eccleſiæ põtifices, neq; irriderēt ſctiſsimi qua inſigniūtur nomēclaturā, neq; illo phanaticorū furore furerēt: vnde tradūt Papā eſſe diaboli vicarium, nō Chr̄i. At verò ſi tantū ipſi ſcripturā ſacrā amāt, vt cętera oīa reſpuāt, cur obſecro nō legunt Eſaiā docentē contaminaui principes ſanctos: interpretes tui præuaricati ſunt in me? At de re hac declamationes noſtræ aduerſus hæreticos legendæ ſunt.

Exemplare tundentia inanem gloriam.

Iudic. 8. Iudic. 13. &. 14. 2. Reg. 11. 2. Para. 29. & 32. 2. Reg. 23. Roma. 11. Galat. 3.

Roma. 3.

Exod. 32. Oſeæ. 13.

Epiſcopi & proceres eccleſiæ etſi peccatores ſint ſunt tamen honorandi.

Lutheri impudentia retunditur.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput quadrageſimum tertium. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, De beatiſsima Maria Magdalena, cuius prothema eſt. Dedi in deſerto aquas, flumina in inuio. Eſaiæ. 43.

NIHIL MEA SALtem ſententia auidiori calamo ſcribendum eſſe duxerim, quam illorum denarrare mores, qui cum ex culpis proprijs inſignes extiterint, ex diuina tamen gratia multo inſigniores euaſerunt: quales plæroſque legimus extitiſſe, vt Matthæum, Petrum, Paulum. Porrò Magdalenam ex peccatis etiā celebrem fuiſſe legimus. Erat enim mulier quædam in ciuitate peccatrix, à qua dominus, non vnum, aut alterum cacodęmonē ieiecerat: at vniuerſam peccatorum phalangem propulſauerat. At poſtquā Chriſtus in Magdalena (quæ inſtar deſerti, ab omni virtute deſtituta erat) aquas cœleſtes dedit. Multò illuſtrior reddita eſt ex pœnitentia & lachrymis, quam ex ſceleribus notabilis fuerat. Valde nanque apud oēs fideles cōmendabilis hæc peccatrix redditur, & meritiſsimè ſpectabilis eſt in tota Dei eccleſia, cui Chr̄s largiſsimā ſuorum donorū elargitus eſt beneficentiā di-

Marci 16. Lucæ. 7.

Magdalena illuſtris ex pœnitētia. Lucæ. 7.

Luc. 7. cēs, Remittunt̄ illi pc̄tā multa, qa dilexit multū. Vtiq; dilexit multū, qa dilecta multū, neq; dilexiſſet multū, niſi prius dilecta eſſet à Chro multū. Ille nāq; prior diligit nos, quā diligat à nobis. Dilectio igit̄ multa donauit pc̄tā multa, & qd donauit multa? nū non donauit oīa? imò oīa. At ſcriptura phraſis eſt per multa nonnunq̄ inſinuare oīa. Etem impiū eſt à Deo dimidiā peccatorū ſperare veniā, Auguſti. tradēte lib. de vera & falſa pœn. At ais qd ſi Magdalenæ donata ſunt pc̄tā multa, qa dilexit multum, qui nō in eas ſe excitāt diuini amoris flāmas, vt diligāt multū nū deſpondebūt animos, vt remiſsionē ſuorum pc̄tōrum nō ſperēt? Porrò nō eſt cur de ſpōdeas animū ô peccator, ſi incendia illa charitatis q̄ habuit Magdalena, nō habes, vtiq; non ad culmina illa beatitudinis ad quæ illa promota fuit tu, p moueberis. Cæterùm meminiſſe te oportebit in magna domo eſſe vaſa aurea, quædā, alia argentea, alia fictilia. Sunt enim in eccleſia Ieſu Chri quidā, q̄ à nimia pc̄tōrū fœditate in eā ſpūalis vitæ frugem Chri gra ſunt promoti, vt alios quos tanta peccatorū ruina nō labefecit, longè præcellant: vt exemplo tibi ſunt Petrus, Paulus, Magdalena: quā magis equidē peccatorū nobilitat pœnitentia, quam Marthā ſororē eius nobilitat vitæ innocētia. At iſti ſunt, vt vaſa fulgore diuinæ charitatis rutilantia. Sunt pr̄eterea alij, qui etſi non ſe tollunt ad talē ſpūs magnitudinē, & ad tantū pœnitētiæ diuinū apparatum, ad qualē & quātum Magdalena prouecta eſt, at dolent de peccatis ſuis, quia in grata Deo ſunt: animoq̄; inſtituūt incorruptiorem deinceps ducere vitā, lapſusq̄ue ſuos, vt vt valent corā ſacerdote deflent. Qui etiā ſi non diligunt ita feruidè vt Magdalena: at remittentur nihilominus illis vitæ ſuæ errata. Diligunt nāq; Deum ſuper oīa qui præſtāt, quæ diximus oīa. Atqui iſtud eſt Deum diligere multū, ſuper oīa diligere. Nam etſi non feruentiſsimè diligat, qui ſic diligit, multum tamen diligit: quia ſummè diligit, qui ſuper omnia diligit.

Deus prius diligit quā diligatur.

Obſerua hęc diligenter.

1. Timo. 2.

Peccatores ex pœnitentia ad maiorem nonnū quam prouehitur virtutum frugem, vt iuſtos excedant.

Diligit Deū multū is qui ſuper omnia diligit.

Habet nanque diuina charitas ſuam promotionem quæ eſt, vt paulatim augeſcat: at verò minima charitas (quā minima cōplectitur cōtritio) ſatis eſt homini, vt diuinam, quam culpatè miſerat, reparet miſeri corditer amicitiā. Magdalena ergo multum dilexit, quia ſummè dilexit Chriſtū, & feruentiſsimè dilexit. Quare & ardentiſsimè de patratis indoluit ſceleribus. Proinde non ſolum Dei gratiam vtcunq; adepta eſt: ſed ad maximā prouehitur, ad quā ſanè raro pœnitentes apud nos promouētur. At Deo laus, etenim pœnitētibus minima ſat eſt charitas Dei, vt vitæ ſint compotes æternæ. Quod ſi minimus ad peccatum conſenſus ſatis eſt, vt ex ſua contagione fœdemur, ecquid conſenſus ad diuina præcepta, vel ex minima charitate procedens ad reparandam collapſam Dei amicitiam non ſat erit? Is autem, qui vel minimam de peccatis habet contritionem (modo ea legitima ſit) voluntatem hanc iam habet omnibus diuinis parere mandatis. Porrò aurem etiam in iuſtificandis peccatoribus quibuſuis, quomodolibet ea iuſtificatio acciderit, magnificum ſe ſe exhibet Deus & admodū commendabilem cunctis: at verò in iuſtificandis maximis & facinoroſis hominibus, ſe longè magnificentiſsimum pr̄ebet. Auguſtinus nanque denarrans Pſal. 110. iuſtificationem tradidit impij, Dei eſſe magnificentiam. Qualem ergo eſſe putas iuſtificationem impijſsimi? Vtique opus ſummè magnificum. Etenim is cui multū dimittitur, multum diligit: & virtus maiora ſuperans obſtacula maior eſt quāquæ minora vincit impedimenta. Plura ergo & acerbiora donare peccata longè maioris eſt miſericordiæ, quam pauca, & grauia condonare vberioris eſt clementię quàm leuiora. Et rurſum ſi cuiuſuis impij iuſtificatio clarior eſt & magnificentior operatio eſt, quā cœlorū & vniuerſitatis rerum creatio, Auguſt. teſtāte in homil. ad Ioan. quid dicemus de peccatricis Magdalenæ iuſtificatione tot ac tantis obrutæ crimini

Minima charitas ſat eſt ad cōſequēdam vitam.

bus?

bus? vtiq; clariſsimũ eſt hodiernũ dñi geſtum quod Magdalenã ſordidiſsimam ita abſterſit, vt nihil illius mẽte terſius iam & ornatius dixeris eſſe. ¶Iam verò legimus Paulum apoſtolũ Roma. ſcribentẽ cap. 5. breuiter & ſplendidè iuſtificationis gr̃am extuliſſe, quia vbi abũdauit delictũ ſuperabũdauit & gr̃a. Id quod ipſemet in ſemet ipſo expertus fuerat apoſtolus, qui ex truculento graſſatore Chr̃iani populi, eiuſdẽ factus eſt præclariſsimus patronus. Et Magdalenã idẽ expertã in ſe ipſa fuiſſe, nemo hæſitabit, niſi qui huius beatiſsimæ peccatricis gloriæ inuidus fuerit? Abundauerũt igitur in Magdalena delicta, nã multa illa fuiſſe ſcriptura cõmemorat. At illabit̃ Magdalenę mẽti Dei potẽtiſsimus ſpũs, Chriſtiq; tunc Simonis cõuiuæ ad pedes dedu xit: vt ad dñi prouoluta pedes, maculas deponeret mentis, & ſpũali exornaretur pulchritudine. Cæterũ vt Aug. lib. 2. de conſenſu euangel. meminit, duobus conuiuijs dñi, Magdalena interfuit: & bis dñi lauit pedes, & vnguẽto pretioſo obliniuit. Etem̃ Lucas in Bethania dñm cõuiuã Phariſæi nõ cõmemorat fuiſſe. At cæteri Euãgeliographi Bethaniæ in domo Simonis leproſi celebratũ cõuiuiũ fuiſſe referũt Matthæo & Marco caput dñi perfuſum vnguẽto indicãtibus, Ioãne etiã pedes dñi exterſos capillis fœminæ teſtãte. Videbit̃ autẽ nõ rectè euãgeliſtas cõſiderãtibus, euãgeliſtas hac in re ſibi non conſentire: nã apud Lucã offenſum Phariſæũ legimus, quod Chr̃s ſe tangẽdum permitteret à muliere peccatrice. At vero apud alios euãgeliſtas offenſos aduertimus aſtãtes, nõ ob mulieris tactũ, ſed quod mulier vnguẽti ꝓfuſiua & ꝓdiga eſſet. Vt quid, inquiunt, perditio hæc? poterat em̃ vnguentũ venũdari multo &c. Matth. 26. Mar. 14. Ioan. 12. Verũ apud hos euãgeliſtas quia tãgeret Magdalena dñm, nõ legimus aſsiſtẽtes offendiſſe: vt apud Lucã extat offenſum Simonẽ Phariſæũ fuiſſe ex tactu. At quantũ conie ctura aſſequor ex eo Magdalenæ mores priores apud hos tres euãgeliſtas non memoranẽ, quia hoc vltimo conuiuio, quod Bethaniæ celebratũ legimus dño iã iã paſſuro mulier iam priſtinos exuerat mores, probatãq; iã apud Deũ ducebat vitã. At in priore, quod Lucas denarrat cõuiuio (qđ alterius Simonis non leproſi erat) Magdalena veniã petitura ſupplex acceſsit, malè q; adhuc audiẽs, quippe quæ adhuc peccatrix reputabaẽ. Quã ob rem Simon Phariſæus immũdæ fœminę perturbatur ex tactu. Leproſus verò Simon offenſus non legit̃. Proh in fœlix hominum iudicium! Simon Phariſęus offenditur, quia carnem Chriſti fœmina immũda tangit, quaſi vero fœminæ ſordes, Sanctũ ſanctorũ inquinare poſſent. Imò potius contra Chr̃i ſanctitas mulieris detergere maculas poterat, vt deterſit: tm̃ abeſt, vt ab illa macularetur. Nimiũ igitur falleris ô Phariſæe te enim latet tactum hunc vitalẽ eſſe, & ſalubrẽ, nõ lubricum neq; laſciuum. In tactu illo demũ quærebat Magdalena ſanctificationis ſpiritum quẽ eſt cõſequuta. Nõ carnẽ Chr̃i quærebat tangere hæmorrhoiſſa illa euãgelica, ſed veſtimẽti dñici laciniã, tetigit, & ſanguineus fœminæ coercet̃ fluxus. At Magdalena ſemel atq; iterũ tangere deſiderat dñm, & caput, & pedes tãgit: non ſolũ tangit at tangẽdo rariſsimi pretij vnguẽto tactũ dñi corpus perungit. Et liquoris fluorem non lintheis lineis aut quibuſuis alijs, at capillorũ ſuorũ cæſarie ſiccat. Neq; corporis ſalutẽ amans, aut curãs hæc factitat, vt hæmorrhoiſſa at mentis ſanitatẽ, anxiè cupiens, etiã coram arbitris (quia Chriſti amoris impatiẽs erat) ſe prouoluit, & accidit ad Chr̃i pedes, à quibus ſibi parãda vniuerſa bona cõfidit: & quod ſperabat aſſequitur. Certiſsima nanq; ex tactu redditur æternæ adipiſcendę ſalutis. Remittunt̃, ait dñs, illi pc̃tã multa, quia dilexit multũ. Ad pedes domini ſanctificaris ô Maria: ad hos pedes euãgelizaris: ad hos pedes tibi annũciat̃ pax: ad hos pedes bona cœleſtia tibi conferunt̃. Neq; putetis oblitam oraculi diuini cõmemorãtis, Quã pulchri ſunt pedes euãgelizantiũ pacem.

In Magdalena vbi abundauit delictum ſuper abũdauit & gratia.

Magdalena bis domini lauit pedes.

Euangeliſtarum conſenſus notãdus.

Magdalena tangit dom̃ num ꝓpter mentis ſalutem.

Eſaiæ. 52: Roma. 10.

Maria Magdalena amauit eximiè Chriſti pedes.

cem. Quã ob rẽ poſthæc quoq; pedes hos rurſum amat. Mariã enim ſediſſe ſecus pedes dñi Lucas meminit. cap. 10. Et poſtq̃ dñs euigilauit à morte rurſum ad pedes Chriſti accidit oſculatura. Nec miremini quod dñi pedum ſit amãtiſsima, in quibus paradiſum cœleſtẽ inuenerat. Atverò me cũ ipſe nonnunq̃ voluo, qd eſt quod beatiſsima hæc fœmina Chri amãtiſsima, varijs patuit calũnijs? Etem̃ Phariſęus fremit in eã. Si hic ait eſſet propheta ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eũ, qa peccatrix eſt. Simonis quoq; leproſi aſsiſtẽs conuiuio, ab Iſcariote Iuda, & aſtanti bus increpat alijs, quod pretioſum temerè ꝓfudiſſet vnguentũ. Et demũ quod mireris potiſsimũ à ſorore Martha de otio increpatur. Dñe, inquit, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. En tibi tria de quibus noſtra accuſatur Magdalena, & quod lubrica, & laſciua, & qd̃ ꝓdiga, & denique quod otioſa ſit. Porrò non inter minimas huius fœminæ recenſendũ eſt laudes, quod aduerſus calũnias quas aduerſarij contra illã obtendebãt, vanasq; illarum accuſationes, Chriſtũ habuerit patronũ, q̃ dilueret aduerſariorũ aſpergines, & vt has emaculare Chriſtũ habuit tanq̃ ſpongiã. O beatiſsimã clientulam quę tãto gaudet patrono, ô beatę aſpergines, quas Chriſt⁹ ipſe abſtergit. Accipe quid dicat Phariſęo Simoni, Simon vides hãc mulierẽ: intraui in domũ tuã, aquã pedibus meis non dediſti, hæc aũt lachrymis rigauit pedes meos &c. Aſpicis ne vt cauſa mulieris cõtra Phariſæum, à Chriſto agitur? in illũ enim retorſit inurbanitatẽ, quod tantũ hoſpitẽ domi ſuæ excipiens, non ea cura atq; ſtudio tractauerit, vt par erat pro tanto hoſpite. Etenim neque lauit Chriſti pedes, neque caput vnguento vnxit: quæ tanti hoſpitis decẽtiſsimę erãt deliciæ. At verò Magdalena aliũdè veniens ſingulari exquiſitiſsimaq̃ forma lauacrũ lachrymarũ ſuarũ Chriſto exhibuit: atque vnguentũ illi rariſsimi pretij parauit, & qd̃ Simon ex vrbanitatis debito, imò ex iuſtitiæ debito debuiſſet pręſtare, ipſa ſuffecit. O nuſquã fœminarũ viris exhibitæ delicię, ô pœnitẽtis fœminæ diuinus apparatus, lauacrũ enim pedum non elemẽtariæ aquæ, quam parat natura, ſed lachrymarũ eſt. At lintheum ſiccans humẽtes Chriſti pedes capilli fœminæ ſunt. Membra nanque quæ ipſa exhibuerat laxis habenis ſeruire immunditijs, illa exhibet modo ſeruire Chriſto, qui diuina eſt iuſtitia: lauerat fortę ſua mẽbra Magdalena (qui mos eſt fœminarũ) exquiſitiſsimis & delicioſiſsimis lotionibus: ſuos etiã comebat moroſiſsimè capillos, id quod vt plurimũ mulierum eſt, in cultu & apparatu ſuo moroſiſsimas eſſe, vt ille dixit, Dũ colunt, dũ comunt, annus eſt. Adhæc vnguentis mirè ſpirãtibus, corpus ſuũ ꝓfundebat: at hæc oĩa ad voluptates carnis augẽdas, ad ineſcãdos ſpectãtiũ virorũ oculos curabat. At verò ſimul atq; cor mutauit & vetus pctõrũ ſuorũ deponit exuuiũ, ꝓfluuio ſanè lachrymarũ tota perfuſa, pedes dñi diligẽtiſsimè rigat, & capillorũ, quos ſtudioſè pexuerat & curioſè coluerat cæſarie, lachrymarũ ſuarũ ſtillãtẽ fluorẽ ſiccat. Vt ita demũ vnguẽta quæ malè ĩ noxias delicias impẽderat, benè iã in capitis Chriſti recumbentis honorẽ refunderet. Porrò etiã ſi hæc vt par eſt in admirationẽ nonvulgarẽ me ducũt: at quod mihi magis vehemẽti eſt ſtupori, Chriſti eſt immenſa clementia, quæ peccatricis lachrymis atq; capillis tãgi nõ dedignat. Iã verò ad reliquas dñi Magdalenę defenſiones pergamus. Iudæ nãq; & cæteris cõtra eã obloquentibus. Quid moleſti, ait, eſtis huic mulieri: bonũ em̃ opus operata eſt in me. Non em̃ erat ꝓdigalitatis vel ꝑtioſiſsimis dñm vngere vnguẽtis, quippe qui vngebat dñs erat oĩm. Tãdẽ vt tertiã habeat defenſionem ſorori ait, Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partẽ elegit, quæ nõ auferet ab ea. Ex præſtructis igitur calumnijs, ex paratis reprehenſionibus Maria laudes eximias reportat, tan-

Ioan. 12. Matth. 26.

Lucæ. 7.

Magdalena varijs patuit calumnijs. Lucæ. 10.

Magdalena potita eſt patrono Chriſto.

Simon inurbanè excepit Chriſtũ.

Roma. 6.

Matth. 26. Marci. 14.

Lucæ. 10.

Magdalenæ ſecũda à domino defenſio & tertia.

rat,tñ abeſt,vt illis ſuccũberet. Et nullum prſus neq; mulierẽ neq; virũ (ſi nõ fallor) in euangelicis oraculis reperias,in cuius fauorẽ Chr̃s apologetico vſus fuerit,niſi in Magdalenæ defenſam. Nã Matthæum defenſum à Chr̃o,Matth.9.legimus:at illius defenſio non ſolũ Matthæũ tuebaꝫ, ſed & alios publicanos,&pc̃tores,Chr̃i cõuiuas. Diſcipulos quoque defenſos legimus Lucæ.19.& Matth.12. At verò cũ Mariæ defenſionibus, non ſunt conferẽda. O certã peccatorũ fideliũ cõſolationẽ, quos odio habẽs Chr̃s,non ſolum ad amicitiã recipit ſuã(ſimulatq; reſipuerint) quinetiã admittit ad patrocinia. Aduocatũ em̃ habemus apud patrẽ Ieſum Chr̃m iuſtum. Vtiq; iuſtus Chr̃s eſt,cæterũ aduocatus eſt iniuſtorũ. Nã peccatores iuſtificat, vt illis ſit patrocinio. Qđ ſi Chr̃s iuſtificat, qs eſt, qui condẽnet? Cæterum expẽdamus ſi lubet fratres dñi verba, quæ ad Simonẽ habuit in Magdalenæ apologiã, Simon habeo tibi aliq̃d dicere &c. Dein verò addit duo debitores erãt: & vnus debebat denarios quingẽtos,& alius quinquaginta, & cum ambo ſoluendo non eſſent,vtriſq; debitũ donatũ eſt. Quis,ait, horum plus diligit? Cui Simon, AEſtimo cui plus donauit. Dñs q̃; continuo rñſum Simonis probat. Rectè,ait,iudicaſti. At verò non peruium ſatis eſt,quid dñs verbis iſtis velit, & quorſum in mediũ exemplũ hoc produxerit, etiã ſi hoc poſtremũ prõptius eſt,quã primum,dixit em̃ hoc vt oſtẽderet Magdalenã debito pc̃tĩ eſſe obnoxiã, vt etiam Simonẽ. At Magdalena pluribus obnoxia erat debitis, quã Simon: idcirco illam ex quingẽtis ſoluẽdis opprimi,at Simonẽ ex ſolutiõe quinquaginta ſolũ premi ſcriptura cõmemorat. At verò Magdalenæ pc̃tã relaxauit dñs,& Simoni itidẽ aliq̃n relaxauerat. Cæterum plura Magdalenæ remiſerat debita,quæ per abrupta vitiorũ præcipitẽ ſe dederat:quã Simoni qui pauciori bus tenebaꝫ obſtrictus. Aut vt gñralior ſit ſermo, de omnibus pœnitentibus ſermo iſte dñi interpretãdus venit. Qui oẽs peccatis (veluti debitis quibuſdam) valde præmunt. Verum non habet peccator vñ debita hæc ſoluat. Gratis enim iuſtificamur, vt Paulus nunquã non teſtaꝫ. Quia ergo non ſumus ſoluendo, quid ſupereſt niſi ad Dei miſericordiã confugere, quæ donat gratis culpas nr̃as non ex operibus quidẽ, quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit. Porrò quibuſdã pc̃tõribus Chr̃s multa relaxat facinora, alijs pauciora. Quærebat ergo dñs à Simone vtri horũ maioris dilectionis Deo præſtandæ tenerent: & plana erat reſponſio. Etenim qui maioribus obpignoratur donis,ad maiorem vrgetur ex ipſo naturę iu regratificationẽ. Deo autem nulla gratificatio maior exhiberi poteſt, quã dilectio maior. Vnde cum Ezechia rege quondã Iuda illuſtriſsimo expoſtulat dñs, quod non ſecundum ea quæ à Deo acceperat, retribuerat. Is ergo,cui vberius donatur vberius, diligere quoque tenetur. Maria ergo quam dñs à multis peccatorum debitis ſoluerat, vehementius dilexit Chriſtum quam Phariſæus. Idcirco remittuntur illi peccata multa: quia dilexit multũ. Interim tamen memẽto tu, qui hæc apud Lucam legis, numerum certũ pro incerto vſurpãdum eſſe: nempe numerus quinquaginta minus denotat debitũ,quingentorũ vero maius, quale quale illud fuerit. Atqui ſi q̃ſpiã obiecerit plæriſq; multa donat debita Deus,qui tamẽ nõ plus, ſed minus diligunt(quippe in grati Deo ſunt, vt de leproſis illis commemoratur, qui à fœdiſsima lepra abſterſi, gratias tamen non egerunt Deo: excepto vno Samaritano-cæterùm rem hanc expedies, ſi conſideras, id quod dominus tradit ius eſſe:quod vero nos malè præſtamus delictum eſſe. Etenim ſanctiſsimum eſt ius,vt is cui plura dimittũtur debita, plus etiam dimittentem diligat:at ſi hoc non præſtat nanque minus diligit,facti culpa eſt, non iuris macula eſt, quæ ſanè culpa Magdalenam nõ inuoluit. Nã donata ſunt illi peccata multa, & ius maioris dilectionis impleuit, nã dilexit

Ephesios.2. Roma.3. Titum.2.

Nulla gratificatio maior quam dilectio. 2.Paral.32.

Aduẽrtendo dubitatio.

Lucæ.17.

1.Ioan.2. Roma.8. Locus difficilis Luc.7. exponitur.

Magdalena non obſcuris teſtibus Chriſti amorem vehemẽtem teſtata eſt.

dilexit multum. Neque obſcuris teſtibus amorem erga Chriſtum ardentiſsimum mulier hæc proteſtatur: at euidentibus rẽ patefecit ſignis. Verba non promit beata hæc,at ſub verborum ſilentio magis corã Chriſto clamat,quam nos multa clamantes,& comprecãtes.Clamabant enim coram Chriſto viuaces lachrymarum torrẽtes:clamabant pedum Chriſti oſcula: clamabant ſparſæ ſupra domini pedes capillorum comæ. Iſtæ nanq; illæ comæ ſunt, quas cantica Salomonis eximiè celebrãt, Comæ tuæ ſicut elatæ palmarum. Elatæ enim palmarum longè pulcherrimæ ſunt. Verum Mariæ comæ à me pulchriores cẽſentur,quæ domini beatiſsimos tetigerũt & abſterſerunt pedes.Ex tactu nanque diuino diuinas iure optimo has appellato comas. Non enim ſunt iam meretricis, aut peccatricis fœminæ comæ:ſed fœminæ terque quaterque beatæ. Pluris facit ô Magdalena Chriſtus hos Capillos tuos hosque lachrymarum defluxus,quamvniuerſa aromatum pigmẽta: pluris æſtimat, quam omnem mirrham & aloem,quibus ſacrum eius corpus vita functum,ad ſepulturam condiendum à te eſt. Has fortaſsis comas Magdalena fuluo tingebat colore (qui mos fœminarum eſt condere pillos, vt flaueſcant) at iam non flaueſcentes has reputa comas, nam nigræ ſunt quaſi coruus.Seculi nanque ornatus,& pompa iam fœtent Magdalenæ. Mortua em̃ eſt mundo,quia iam viuit Chriſto:crucifixa eſt ſeculi delicijs, quia Chriſti amantiſsima ad æternas aſpirat delicias. Nam qui Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt mundanis concupiſcentijs. Rectè ergo Salomon comas tuas lachrymis tuis lotas, nigredinem accepiſſe inſtar corui cõmemorat. Quippe nigror mortis eſt indicium. Significat enim color hic in homine calorem extinctum eſſe natiuum. Calor igitur ſeculi eſt extinctus in Magdalena: & calor cœleſtis temporali mortuo reuiuiſcit in Maria. Idcirco comæ tuæ nigræ ſũt quaſi coruus,pulchræ tamen vt elatæ palmarum. Palma quidem viuax eſt planta: coruus vero viuaciſsimum eſt animal: at vtriſq; viuacior eſt Magdalena, quæ cum Chriſto iam viuit in æternũ.Sub hæc maximi pendimus Lazarum Magdalenæ fratrem quatriduanum,& iam ſepulcho fœtentem,à morte invitam euocatumfuiſſe: at pluris duxerim ego cũ Auguſtino Magdalenam peccatricem,à criminum ſuorum deterrimis ſordibus,ad Chriſti trahere amicitiam,vt ſuperius monſtratum eſt. An non pluſquam quatriduana erat Magdalena in peccatorum voragine iam diu demerſa,an nõ fœtens iam, & malè apud ſuos ciues audiẽs, quia erat in ciuitate peccatrix?At Magdalena(vt credibile eſt)pulchra erat, vnde & laſciua erat, pulchris nãque fœminis iſtud plærunq; familiare eſt laſciuas eſſe,& ſalaces, quippe quæ ad ſalacitatem à ſuis procis inſtanter ſolicitãtur. Diues quoq; erat Magdalena: etenim ipſa fraterni funeris pompa,indicio nobis eſt, nobilem diuitijs fuiſſe. Adde ſolutã fuiſſe cõiugio, & liberam à viri poteſtate. Quæ vniuerſa fœminas ad facinora ſoluunt, & Magdalenã ad vitã lubricã etiam cohortabantur.Hanc igitur fœminam à profundovitiorum pelago eripere,an non tibi videtur pluris faciendum, quam quatriduanum Lazarum in ſepulchro iacentẽ,ſubito ad auras reſtaurare vitales? Quid quod habent etiam peccata ſuum quatriduum? Eſt enim ſuggeſtio peccati, quæ eſt velut dies primus,poſtquẽ eſt conſenſus, cui ade opus. Deniq; peſsima emergit cõſuetudo, qua laborabat Magdalena, quæ ſeptẽ dæmonibus, ideſt vitiorum oĩum onuſta erat caterua. At verò ſpiritus vbi vult ſpirat.Spiraculo enim vitali afflatur Magdalena,& ſuæ ſolicita ſalutis in domum Phariſæi non vocata acceſsit. Neque tamen ſe veſtibus ſplẽdidiſsimis vt illi moris erat ornat,non torquibus fulgentibus collum, non armillis manus,neq; fucatos cõponit vultus,imo verſa in diuerſum mulieris cõditione,muliebri depoſito mundo, feruida amore cœleſti,retro ſtãs vberrimis fletibus

Cantic. 5.

Comæ Magdalenæ beatificatę ſunt ex Chriſti contactu.

Galat. 5.

Nigredo caloris natiui denotat extinctionem.

Magdalena pulchra diues nobilis & coniugio ſoluta.

In peccatis eſt quatriduum. Ioan.3.

tibus flere cœpit priſtinæ errata vitæ. Euge ô beata fœmina, non tanta à te exigebat Chriſtus, vt tua donaret peccata. Sat tibi fuiſſet dolor verax de culpis cõmiſsis, cum animo illa in poſterum cauendi. At quæ nimia laſciuiendo extiteras, pœnitẽdo ſuper erogare cupis, & pro multis quæ perditiſsimè inſumpſiſti alabaſtrum vnguenti tecum tuliſti: vt vngendo Chriſtũ malè perdita reparares: ex quo plena eſt Phariſæi domus ex vnguenti tui fragãtia: & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia ſpirant aromata. Non enim phariſaica ſolummodo domus tuis vnguentis fragat Magdalena: imò tota Chriſti domus, quæ eſt ſancta Chriſti eccleſia odore tuæ illuſtris notitiæ fouetur. At quid ni fouebit? Etẽ iuſtus ex hac notitia gratulat, conſiderans apud ſe Deum peccatores oppido ita amare, quare iuſtos vehementius amabit. Peccator rurſum erigit ex odore tuo. Etenim ſi Magdalenæ lachrymas, oſcula, & vnctionem non ſpreuit Chriſtus, mulieris alioqui ſe proſtituentis libidini, & quæ fornicata fuerat cũ amatoribus multis, & diuerſis alijs ſe expleuerat vitijs, conficitur nr̃as quoq; lachrymas nõ ſpreturũ Deum. Proh Deum immortalem! quis innumerato haberet vt vobis exacta ratiõe denarrare potuiſſet, quot millia proſtibulorum, quot millia ſcortorũ exempla Magdalenæ ad cœleſtem vitam euocauerũt? Pluſquam ſatis frigetis ſi ad pœnitentiæ lamenta arripienda quã citiſsimè, nõ vos accendit huius verè pœnitentis ardẽtiſsimũ exẽplũ, ſed væ, imitari ſatagitis Magdalenã criminoſam, at pœnitentis veſtigia amplecti recuſatis: & (quod omnium peſsimũ eſt) cũ phariſæo murmur excitatis contra pœnitẽtes. Meũ accipite cõſiliũ pr̃ores, vt vobis ſedulo cõſulatis Chr̃m cũ Magdalena petite: & alabaſtrina vaſa vnguẽto odorifero imbuta vobiſcum ferte: flete culpas vr̃as cum Magdalena: nolite vt hactenus iã vobis blandiri. Si ſpargere cæſariẽ capillorũ vr̃orũ ſup pedes Chr̃i nõ valetis, vr̃as ſubſtãtias q̃s mũdus & diabolus abligurit in vſus iam pauperũ diſtribuite. Fortaſsis vaſa ſunt apud vos vnguẽti non odoriferi Deo, imò peſtiferi cõtra Deum. Hoc vnguentum adulatio eſt, palpãsq; & eblãdiẽs eſt aſſentatio. Hoc vngitis vnguẽto prĩcipes, magiſtrat⁹, aliosq; reipublicæ p̃ſides: nõ ea illis inſtillatis, quæ Deo ſunt grata conſilia, at illa quæ illis ſapidiora creditis. At tãtoperæ Magdalenæ vnguẽtum ab hoc vr̃o diſtat quãtopere cœlũ à terra. Ideo procul à vobis veſtrum hoc ſit vnguentum, quod etſi aromaticum ſit, apud homines (quibus hoc animo eſt placida audire) at vero Deo fœtidiſsimum eſt. Nam qui hominibus placent confuſi, & abominabiles corã Deo ſunt. Si Magdalenã ſuſpicitis, qđ ipſa attulit vnguẽtum, afferte, qđ Deo ſuaue oleat non qđ hoĩbus. Nã diſsipabit dn̄s oſſa eorũ, q̃ hoĩbus placent. Et Iudas apoſtolus inter alia in quæ inuehit hominũ crimina, hos aſſentatores nõ ſubticuit. Qui admirant, ait, hoĩes quæ ſtus gr̃a. Hic eſt em̃ adulatiõis ſcopus, quę ſtus, & mũdana cõplacẽtia. Et vt rectè Iſocrates aiebat, inter ſeculi calamitoſa iſtud eſt humani gn̄ris admodum exitioſa lues, qđ veritatẽ amicis non ꝓpalamus, at illorũ vitijs annuimus: & conniuemus. Et ꝓfectò peſsimi medici eſt non ſalubria infirmis ꝓpinare pharmaca: ſed ſolũ quæ infirmi ſuauia deſiderant. Ionathas auſus fuit Sauli patri, & regi vera de Dauide recenti amico referre: inimicitias alioqui patris cum Dauide capitales eſſe certo tenẽs, at apud nos rariſsimum reperias, q̃ vulgatis amicis, quæ ad ſalutẽ animę neceſſaria credit exponat, nedum regibus, & proceribus. Adhęc aptiſsima quis non ducet eſſe, & Magdalenæ congruentia, quę Eſaias capit. 43. ſtylo prophetico ſcripſit. Calamũ quaſſatum, ait, non conteret, & linum fumigans non extinguet. Erat quippe Magdalena quaſſatus calamus, erat velut linum fumigans. Prope nanque iam erat, vt de illius actum eſſet æterna ſalute, niſi dominus miſiſſet manum ſuam de alto, & eripuiſſet eam de limo profundi. At verò

Apoſtrophe ad Magdalenam.

Cant. 4.

Iuſti & peccatores ex Magdalenæ exemplo cõſolantur.

Contra adulatores & aſſentatores.

Pſalm. 52.

Pſalm. 59.

Iſocrates cõtra aſſentatores.

1. Reg. 19. Ionathas cõmendatur.

Locus Eſaiæ Magdalenæ diſertè aptatur.

non

non contriuit Chriſtus Magdalenã quaſſatam,non extinxit fumigantem, at illam in gratia ſtabiliuit ſua,& in admirabile lumen vocauit ſuum. Poſuit nanque iuxta prothema noſtrum,in deſerto aquas,& in inuio flumina.Nam Deo deſerta erat Magdalena, quæ ſeptem dæmones habebat in hoſpites,inuia erat,quæ Dei ignorabat viam. At deſertam hoc cœleſtibus infudit Deus imbribus, hoc inuium peruium ſibi dominus fecit, & incubili Draconum (quod erat Magdalenæ cor) viror calami, & iunci ortus eſt Eſaiæ. 35. Nanq; à Chriſti tactu diuinis referta eſt Magdalena donis.Nõ habebatvnde ſolueret ſumma quibus tenebatur Deo debita: at Chriſtus illi donauit debita.Ego inquit ſum,qui deleo iniquitates tuas propter me. Vide quam concinnè Eſaias Lucæ congruit, atque cohæret. Hic ait, Donauit,ille ait, Deleo iniquitates tuas propter me. Quid eſt enim aliud ꝓpter me deleo, niſi propter gloriã meam,non propter merita tua ego aufero iniqtates tuas? Et hoc q̃d aliud eſt, quã donare vtriſque,quia non habebant,vnde ſolverent?Et hoc demum,quid aliud, quã quod Paulus docet,Deum gratis iuſtificare? Quam ob rem egregiè Theologi(quinodis ſcholaſticis enodandis incumbunt) primã quam peccatoribus Deus confert gratiam, non cadere ſub meritò tradiderunt. At verò non ineptè quæret aliquis, etſi gratis donatur peccatum ſanguine tamen Chriſti nobis donatur,cur gratis ergo,ſiquidẽ ex hoſtia ſalutari quę Chriſtus eſt pro nobis oblatus,quãdo iuſtificamur pretium Deo ſoluimus? Porrò aliud eſt, quod natura ſuppetit, aliud eſt, quod gratia donat. Quod igitur Deo pretium pro peccatis noſtris offerimus gratiæ aſcribito diuinæ:quæ pretium impotentibus debita ſua ſoluere, vt ſint ſoluẽdo donat.Naturæ igitur eſt impotẽtia:at gratię eſt diuinę ſoluendi facultas,quæ pretio ſanguinis Chriſti nos ditat vt dolor de peccatis nr̃is Deo gratus ſit.Porrò autem apud Matth. legimus rei huius oſtenſionem capit. 17. Petrum domini iuſſu ſtaterem ex ore piſcis extraxiſſe, & ſoluiſſe Cæſarianis exactionem: Petrus vtique ſoluit, at non ex ſuo peculio,verum ex ſibi donato,verè tamen ſoluit,verè fecit ſatis, at niſi Chriſtus ſtaterem dediſſet,non erat Petrus ſoluendo,quippe,qui pauper erat. Nõ glorietur igitur omnis caro coram Deo,impotẽtes enim ſumus ex nobis vt Deo ſoluamus:at vero Chriſti gratia potentes ſumus, vt ex dato,Deo reddamus,quod à nobis exigit. Neque tamen iſtud dixerim, vt otio torpeas,aut libertati arbitrij inſidieris, vt hæretici neoterici inſidiant.Petrus em̃ operã adhibuit,vt ſtaterẽ extraxiſſet quanuis ex gratia Chriſti erat ſtaterẽ oſtẽdere, at diligentiæ Petri erat ad mare ſe conferre, & ab ore emergentis ex mari piſcis,ſtaterem ſubripere: & ſubreptum exactoribus ſoluere.Cui accedat, quod in manibus habemus, non otio deſes eſt Magdalena,ſed lachrymis ſuffunditur plorans,& ad pauimentum à tergo Chriſti iacens, capillorũ, comam ſparſit, & vnguẽtum effudit. Deus ſanè nobis præſtat,quod ſuum eſt,at nos ipſi præſtemus oportet, quod noſtrũ eſt.Sed niſi prius Deus quod ſui muneris eſt primo præſtiterit vocans,ſcilicet,incitans,iuuãs infirmitatem noſtram, nullius momenti erit opera noſtra: quia omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Et ideo noſtra omnia quantula ſunt niſi à Deo iuuarentur, & promouerentur ad ſublimitatem glorię ſuę?Iam vero ſi expulſos ſeptẽ à Magdalena ſpiritus nequam credimus, Deo imperante ſpiritibus immundis, vt exirent:reſtat quoque certa fide etiam tenendum eſſe, ſeptem quoque alios ſpiritus Dei, quos commemorauit Eſaias cap. 11.nequam depulſis ſpiritibus,viſcera Magdalenæ repleuiſſe. Humana nanque mẽs ab ſpiritu bono,aut malo vacare nequit. At verò iã diues Magdalena ex nouo hoſpite,ex peccatrice pediſequa, & diſcipula redditur ſummi magiſtri Chriſti Lucæ teſtante cap.8. Vbi Mariam Magdalenam domino miniſtraſſe victum, dominique veſtigijs

Repetitio prothematis.

Eſaias & Lucas cohęrẽt.

Deus gratis iuſtificat.

Prima gratia non cadit ſub meritò.

Pœnitentia quod pretium ſoluit ex Deo habet:at ex libero arbitrio homo ſe diſponit, vt capiat pretium.

Liberum arbitrium neceſſariũ eſt ad iuſtificationem contra Lutherum.

Lucæ.8. Marc.16.

Humana mens ab ſpiritu bono, aut malo vacare neqt.

veſtigijs hæſiſſe traditur. Facultates ſanè ſuas, quia diues erat, & fortaſsis alias quas ex turpi ſibi parauerat lucro, in domini miniſteria fœliciſsimè, & vſus commutat: & quę tenebras vitiorum ardenter amplexa fuerat, iam lucem domini, multo ardentius ſequitur. O fœlicem omnibus nō minibus commutationem, vitæ luxum atque laſciuiam, in ſanctificationem, terrenamque ſubſtantiam, in cœleſtem hæreditatem conuertere! Habuit ergo ſpiritum ſapientiæ Magdalena, quippe ipſam Dei æternam ſapientiam nouit: habuit ſpiritum intellectus, quia externas mundi delicias vanas eſſe, & fluidas intellexit: ſummo donata fuit cōſilio, optimè enim ſibi conſuluit, cœleſtia quæ non videntur amans & terrena, quæ palpantur ſpernēs. Prædita quoque fuit fortitudinis ſpiritu, Satanam enim & ſeculi pompaticas bullas calcare præualuit. Scientiam quoque habuit ſanctorum. Nam ſciebat errata eſſe ſua: ſciebat erratorum ſuorum pharmaca eſſe nō ſua: ſciebat præterea pharmaca ſalubria ab vno pharmacopola Chriſto duntaxat eſſe petēda. Sciuit ſedulò, & ſeriò petere: ſciuit etiā gnauiter aſſequi & aſſequuta diligētiſsimè nouit ſeruare. Habuit demum ſpiritum timoris. Retro nanque Chriſtum ſe cōſtituit, diuinum Chriſti vultum ſpectare ex peccatorum conſcientia formidans. Retuli tibi iam domini præclariſsimos ſpiritus, quibus hæc mulier ornatiſsima extitit. Quanta verò illius fides fuerit, quantaque erga Chriſtum dominum charitas, me tacente Lucas tibi indicabit. Remittuntur, ait ei peccata multa, quia dilexit multum. Et tandem fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Obſerua autem bis Chriſtum dixiſſe remittuntur peccata. Etenim & culpam, & pœnam omnem à Magdalena Chriſtus prorſus abſterſit, & iuſtè equidem tantis Magdalena locupletatur chariſmatibus. Nam quæ prima Chriſtum triumphantem de mortis tædio aſpexit, Magdalena fuit, Marci decimoſexto. Decebat enim quæ tam anxiè mortuum Chriſtum quæſierat rediuiuūcerneret, prima. Hanc apud Maſsilienſes vitam abſoluiſſe ferunt, beatoque fine inibi quieuiſſe. At verò apud cœleſtes iam ſpiritus vitam cœleſtem, & æternam modo ducit. Nos quoque, qui erratis multis ſcatemus, ſi illius quoque lachrymas & vitæ correctionem ſectamur, ad eiuſdem itidem vitæ æternæ brauia aſſumemur. Quam nobis Dominus Deus donare dignetur &c.

Septem ſpiritus domini Magdalenam implebant.

Fides Magdalenæ, & charitas.

Iuſtè Magdalena multis repleta eſt chariſmatibus.

TROPOLOGICA DECLAMATIO ſecunda, De beata Martha Magdalenæ ſorore & florentiſsima virgine, cuius prothema eſt.

Conſiderauit ſemitas domus ſuæ & panem otioſa non comedit. Prouerb. 31.

RATIONI DVXI cōſentaneum eſſe, ſi poſt exactum de Maria Magdalena ſermonem, de ſorore illius paucula verba facerem. Has enim duas ſorores diligebat Ieſus Ioannis. 11. Quas nos quoque æquabile eſt, & interno mentis complecti affectu, & laudibus pro noſtra tenuitate exilibus proſequi. Atqui Salomon verbis iam propoſitis, ſtrenuæ fœminæ duo inter reliqua encomia docet eſſe: conſiderare, videlicet ſemitas domus ſuæ, & panem otioſam non comedere. Primum

Laudes mu lieris pbæ.

horum prudentiæ est, alterum verò studij,& diligentiæ. Prouidi nanque est semitas perspicere domesticas, quæ, inquã, domi à domesticis gerantur in aperto habere: at impigri est, in sudore vultus sui pane vesci suo. Nam qui sua domestica non aduertit stupidus est, aut si mauis ex cors est: at qui desidem ducere amat vitam, iners est. Duo ergo ab anima fideli, quæ domus mystica quædam Dei est, exigit Deus, & prouidam esse, & laboribus non parcentem. Prouidam sanè & circunspectam admonebat esse quando aiebat, Estote prudentes sicut serpentes: laboribus vero non parcentem Paulus Philippensibus. 2. indicabat in hæc verba, In timore, & tremore, salutem vestram operamini. Sunt autem in nobis ipsis semitæ variæ, quas tamen plærique multi veluti veterno quodam morbo pressi nihil considerant, Cęterùm si illas præterimus, salus non patebit æterna. Primam accipe semitam, originem animæ nostræ nihil esse: ex nihilo nanque conditi sumus. Ex nulla nanque extante materia fecit Dominus animas nostras: etiam si corpora nostra, ex limo fecisse terræ scriptura cõmemorat. Est autem animæ nostræ creatio prima, & recreatio posterior, vtraque tamen ex nihilo: illa ex nulla subsistente prodijt materia. 2. Paralipome. 7. hæc vero nullis subsistentibus meritis donatur. Petebat ille anxiè lachrymis suffusus illustrissimus Hebræorum rex, Cor mundũ crea in me Deus, & spiritum rectum in noua in visceribus meis. Quid est crea in me Deus? Vtique quia, quod creatur totum à creante profluit: ideo cor mundum, ait crea in me Deus, id est totam cordis mei munditiem tu dona domine, tu in fũde creator. Nihil est enim quasi dixisset in me domine nihil est, quod tantam cordis munditiem promereatur. Ego enim immundus admodum sum, vt ergo depulsis sordibus meis immaculatam mihi tribuas mentẽ, nulla extãt merita. Quæ enim conuentio mearum sordium cum tua munditie? quod commercium meorum peccatorũ cum tua sanctitate. Tuam mihi donari amo sanctificationem, & meas exuere sordes affecto. Tuum igitur erit totum ô domine quod abstergendo & emaculando cordi meo donaueris. Porrò hoc mũdum cor, est illa noua creatura, quam Paulus tanti facit Galatis scribens capit. sexto. in Christo nihil esse tradens, aut circuncisionis vetustum illum rĩtum, aut natiuum præputium gentium, sed solum proficuam esse nouam creaturam. At verò hæc noua creatura, antiquam aliam esse creaturam, subindicat. Etenim nouum, correllatiuum est, ad vetus. Est ergo vetus creatura ea, quæ homo vetus ab eodem Paulo commemoratur, vt noua, homo nouus. Antiquam creaturam Deus formauit, at nouam Deus homo Christus Iesus reformauit. Factus enim est, ait Paulus, homo primus. 1. ad Corinth. 15. in animam viuentem, nouissimus verò homo in spiritum viuificãtem. Prima igitur creatura, animalem assequitur vitã, at creatura noua, spiritualem adipiscitur vitam. At priore creatione homo potitur, citra suum laborem, posteriore vero recreatione citra sua donatur merita. Ezechiel nanque capit. 16. Cum esses, ait, in sanguine tuo dixi tibi, Viue. Id quod typus est huius nouæ creaturæ. Anima nanque nostra sanguinibus illis (quos Dauid commemorat dicens libera me de sanguinibus) inuoluta, & conspurcata, nihil habet in semetipsa, vnde digna sit, quæ à Deo mundetur: nisi gratis illa domini vox in penetralibus nostri resonet pectoris, quæ vitam immaculatam donat vox inquam illa, quæ ait peccatori. Dixi tibi, Viue. Considerate (aiebat seruator noster Christus) lilia agri quomodo crescunt, neque laborant, neque nent. Dico autem vobis, quòd nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis, Matthæi sexto. Quæ verba mirum est quam nostram augeant spem. Etenim quantumlibet culpis nos obrutos aduertamus, nihil dif-

Duo exigit Deus ab anima fideli. Matth. 10.

Semitę spiritus quot, & quæ.

Prima semita est considaratio originis nrę.

Psalm. 50.

Mentis mũdities Dei muneris est.

Quid sit mũdum cor ex Paulo.

Quæ augẽt spem veniæ peccatorũ.

hil diffidendum eſt. Qui enim lilia agri citra laborem illorum, & merita tanto veſtimentorum, id eſt foliorum, & florum ornauit apparatu vt Salomonis ſplendidiſsima veſtimentorum gloria illi non ſit conferenda, nos quoque veſtiet ſua gratia, tametſi nihil meriti in nobis reperiat, quod Deum, vt donet alliciat, etſi nihil rurſum grati operis, & laboris in nobis peccatoribus extat (quæ eſt Dei clementia) nihilominus nos ſanctificat. Etenim pœnitentiam, quam largitur nobis Deus, tametſi obſiſtentibus nobis fugabitur: at volentibus & amantibus, quando elargitur, non eſt operis noſtri merces, quod elargiatur, at potius diuini muneris eſt, quod concedatur, vt vitia, ſcilicet, noſtra erubeſcamus, & ad meliorem vitæ frugem nos properè transferamus. Pro nihilo Pſalmo. 55. dixit regius vates, ſaluos facies eos. Vtique pro nihilo: quippe nihil habet homo qui à Deo miſericorditer vocatur, & clementer iuſtificatur, & potenter magnificatur, quod tanta Dei condignum ſit vt fruatur munificentia. A nihilo igitur noſtræ creationis captatur origo, & noſtræ reparationis à nihilo etiam peccati ſumitur initium. O egregiam conſiderationem, conſiderauit igitur Salomon ait, de forti muliere ſemitas domus ſuæ: nam ſi fortitudinem amamus Deo gratam, vnde creati & recreati ſumus præmeditandum nobis eſt. Ad hæc Paulus fidelis, ait, ſermo: quia Chriſtus venit ſaluos facere peccatores, quorum primus ego ſum. Cernis vt Paulus ille Chriſti celeberrimus præco hanc ſemitam apud ſe expendebat. Se enim nihilum eſſe conſiderabat, nam aiebat quorum primus ego ſum. Et rurſum alibi, inquit, dein viſus eſt Iacobo: poſtremo vt abortiuo viſus eſt mihi. Et hoc ipſum alibi inculcans, Cum eſſem blaſphemus &c. miſericordiam cõſequutus ſum quia ignorans feci in incredulitate mea. Maximi ergo refert hanc uitæ noſtræ rectiſſimam conſiderare ſemitam. Etenim vt ſimus aliquid coram Deo, oportebit, vt nihil ſimus apud nos. Neque hoc obſcuro teſtatus eſt ſermone Paulus. 2. ad Corinth. tertio. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat. & capitul. octauo. illos admonet, qui hanc ſemitam noſtræ internæ domus conſiderare negligunt, vt illam exactius ſcrutentur. Si quis, ait, exiſtimat ſe ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire. Quaſi dixiſſet apertius, Si quis propria opinione tumidus ſe erigit, ſeque pluris facit, quia merita plus iuſto ſua pendit, & peccatorum ſuorum nullam habet rationem, ille ſanè nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. Oportet autem in primis plurimum aduertere nos immundos eſſe omnes: & inſtar panni mulieris menſtruo infectæ ſanguine turpes. Quam ob rem niſi Deus nos ſua gratia vocauerit ad vitam, in morte noſtra perpetuo iacebimus. At dices, vt iuſtificemur neceſſarius eſt aſſenſus noſter, nã inuitis nobis non aderit Dei iuſtificatio, non ergo omnino pro nihilo iuſtificamur. Atqui vt tibi verum fatear, hunc aſſenſum tuum iuſtificationi tuæ neceſſarium, quem magni facis, niſi Deus iuuerit, deſiderabis. Deus enim eſt quivtrunque operatur & donat, & velle iuſtitiam Dei, & eandem perficere. Quod enim velimus Deo adhærere charitatis glutino Dei incitantis eſt, Dei eſt adiuuantis, & corroborantis, nanque liberum noſtrum arbitrium infirmum eſt ad diuina. Quare vt velimus iuſtificari afflandi ſumus primum cœleſti ſpiritu: qui intra pectoris noſtri illapſus clauſtra, voluntatem noſtram, vt cœleſtia velit potenter erigat. Vnde eccleſia Chriſti hoc ſolicitè in letanijs à Deo petit, vt mentes noſtras in cœleſtia deſideria erigat. Itaque Deus ſua donat, & noſtra erigit. Quibus accedat, quod legimus in libro Iob Deum vniuerſa formantem, terram appendiſſe ſuper nihilum. Quia quando reformat animos noſtros per vim pœnitentiæ hoc idẽ

Pœnitentia vera eſt donum Dei.

Creatio & recreatio ex nihilo.

1. Timo. 1.

1. Cori. 15.

Maximi refert conſiderare quã nihil ſimus pẽdendi.

Eſaiæ. 64.

Conſenſum noſtrũ Deus iuuat vt iuſtificemur. Philippẽ. 2.

Capi. 26.

Deus amat nos appendi ſuper nihilum. Tunc autē nos appendimus ſuper nihilū, quando Dei gratia peccata librantes noſtra, noſtramque maculatam pendentes fuiſſe vitam, nihil in nobis eſſe idoneum diuino ſuſcipiendo ſpiritui recta fide tenemus,& cum Paulo pronunciamus. Ne
Roma. 9. que volentis eſt,neque currentis, ſed Dei miſerentis. Quid enim Paulus erat quan
Actor.9. do à Chriſto ab equo deturbatur,& ad terram deijcitur?quid Petrus quando ex ana
Matth.26. themate fleuit amare? quid Magdalena quando ad domum Simonis acceſsit? Nō ne nihil erant coram Deo ? nihilque de-
Lucæ. 7. mum meriti boni gerebant? quia ſceleſtos antequam iuſtificarentur afferebant mores. Pro nihilo igitur ſaluos illos fecit Deus.

Secundæ ſemitæ conſideratio. ¶Poſtquam autem primam ſemitam luſtrauerimus , & cogitationis pede eandem ſatis calcauerimus (nos ſcilicet ex nihilo traxiſſe originem) ſecundam terendam quoque arripe ſemitam : rurſumque aduerte in nihilum, ſcilicet, nos quotidie tendere, neque mirum quippequi ex nihilo conditi ſumus, num difficile eſt creditu,quod in nihilum properemus. Et nō ſolum ſecundum naturalem viuentibus lapſum,etenim puluis ſumus, & in pulue-
Geneſis. 3. rem redigendi,quinetiam ſecundum acta noſtra ex nobis in nihilum tendimus, om
Geneſis. 7. nis nanque ſenſus , & cogitatio noſtra ad malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.
Aduertenda cōparatio. Membra nanque paralytica quantunlibet erigantur caſum nunquam non minantur. Nos quoque inſtar paralyticorum ſumus. Quanuis enim Dei gratia ad meliora ſectanda leuemur lapſum tamen nunquam non formidamus,& ſæpè deflemus, tanta eſt infectio noſtra : quam ob rem infirmitas noſtra ob oculos eſt prę-
1.Corin.10. figenda , vt lapſum euitemus. Vnde ſtantem monebat Paulus,vt caſum caueat. Et Plutarchum memini Themiſtoclem regem commemoraſſe, poſtquam ad regni gloriam ex vili ſorte prouectus fuiſſet, in abaco ſuo regio (qui regi comedenti parabatur) iuſsiſſe vaſis argenteis & aureis, quibus ornabatur figulina intermiſceri vaſa,vt auri & argenti ſplendores, luti offuſcaret obſcuritas. Et non temerè hoc iubebat. Data nanque opera illud iuſsit, vt quotidiano videlicet ſpectaculo abaci admoneretur,quis , & qualis antequā rex crearetur extitiſſet. Indeque talem ſe futurum certo coniectaret,continuoq; pullulantes demitteret ex regno criſtas. Etenim qui infirma habuit initia facilè poterit exitus infirmos formidare. Nos quoque ad regiam quandam ſpiritus dignitatem à Deo aſciti per fidem ſumus, teſtante Petro, Vos,inquit , genus electum, re- 1.Petri.2. gale ſacerdotium. Cui & Ioannes in Apo Apoca.5. calypſi ſubſcripſit. Atad hanc ſanctorum illuſtriſsimam ſortem , ex nihilo meritorum noſtrorum promoti ſumus : vt prædiximus. Quid ergo ſupereſt, niſi hoc ipſum coram mentis oculis præſcriptum gerere ſemper,nos eſſe ſcilicet figulinos, teſtaceos,demumque fragillimos nos exiſtimare , quemadmodum Themiſtocles, patrem ſuum figulum fuiſſe memorabatur , ex vaſis teſtaceis regijs oculis obiectis. Nos vero , vt noſtræ infirmitatis admoneamur in nobis ipſis exempla cognatiſsima nobis gerimus. Nā habemus the- 2.Corin.4. ſaurum diuinorum munerum in vaſis fictilibus conditum. Quare ſi theſauri ſublimitas te extollit , memineris vaſis debilitatē & deijcieris. Id quod in Paulo aduertere poteris : cui datus eſt ſtimulus carnis ſuæ , ne magnitudo reuelationum illum extolleret. 2. ad Corinth. 12. Porrò (quæ eſt calamitas noſtra) alios ruere in nihilum obſeruamus , nam fratrum peccata perſpicaci indagine aduertimus, & eorundem nomen iniuſtè ſæpè obſcuramus : at noſtra aduertere non curamus,imò retro poſt habemus. Id quod ſtultitiæ quis non dabit?Imprudentem enim & omni mente,orbatum iudicaremus hominem, qui alienas domos ab omnibus repurgaret ſordibus , & veſtes alienas ab omnibus emacularet inquinamentis , at vero propriam

Notandum exemplum ex Themiſtocle.

Errata aliorum nōſunt tā aſpicienda quā noſtra

priam quam ipſe domum colit, veſtes quas induit ſqualidas, ſordentes eſſe permitteret. Tales quoque & ij ſunt qui alienis diſcernendis geſtis admodum inuigilant, at propria ſcrutari negligunt, nihil memorãtes illud, Tu quis es qui alienum iudicas ſeruum, Domino ſuo, aut ſtat, aut
Roma. 14. cadit. Heu placet admodum vagari extra nos: at vero penetralia cordis noſtri rimari non placet. Et quia in noſtris proh dolor otiamur, de alienis negotiamur. Duas hactenus ſuccincto ſermone, ſemitas tutiſsimas advitam propoſuimus, quas frequenter calcare & greſsibus interioribus proterere vitæ ſpirituali initiandæ, & augendæ, in primis neceſſarium eſſe duximus, & quilibet, niſi cæcutiat, ducet. Erant autem nos ex nihilo eſſe non oſcitanter expendere, & rurſum ad nihilum ex noſtra ſemper prolabi natura. Nam qui ac curata ratione hæc non diſpexerit, ſi criminoſus eſt ſua palpabit vitia: ſi vero non criminoſus, inflatus ſenſu carnis ſuæ deſipiet: & credens ſe eſſe diuitem in bonis operibus egenus, reuera & pauper erit.
Apoca. 3. Quibus tamen tertiam conſiderandam ſemitam adde, nouiſsima aduertere noſtra, quæ ſapiens obſeruanda eſſe ſummopere nobis iuſsit. Memorare, ait, nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. De futuro autem iudicio non eſt cur longum repetamus ſermonem, ſiquidem declamationem prolixam de re hac proſequuti ſuperius ſumus. Hanc autem ſemitam nimis optat Deus, vt arripiamus. Vtinam dixit ille ſaperent, & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent. Nihil ducas priores quas diximus ſemitas proterere, niſi hanc ſimul apprehenderis. Quid enim proderit cætera omnia exactè librare, niſi te ad tribunal ſupremi iudicis ſiſtẽdum
2. Corin. 5. Roma. 13. cogitaueris, apud quem referet quilibet, quæ in corpore geſsit, ſeu bonum, ſeu malum? Nõ magnum eſt nos labiles eſſe putare. Id quod experientia nos etiam inuitos cogit, vt credamus. At iudicandos fore & diſtrictiſsimo excutiendos Dei iudicio, hoc eſt, quod mortalium viſcera comprimit, hoc eſt, quod lapſus noſtros compeſcit, & vitia vehementer infrænat noſtra. Porrò autem, vt conſiderationes iſtæ proficuæ admodum rectè conſiderantibus ſint, ideo in prothemate addirur. Et panem ſuum otioſa non comedit. Omnis nanque conſideratio, vt frugifera ſit, illò procedat eſt neceſſarium, vt pane veſcamur cœleſti, qui eſt verbum Dei. Qui enim cibos maſticant, & maſticatos non deglutiant, inutiles habent maſticationes. Tales & ij ſunt, qui diuturnas, & nocturnas conſiderationes ſpirituales ducunt, cæterùm otioſè: etenim ſine boni operis fructu, plęroſque nanque reperias qui auidiſsimis auribus verba domini excipiunt: at otioſè panem domini nihilominus comedunt, inſtar Herodis regis, cui iucũdiſsimæ erant Baptiſtæ conciones. Verum otioſè diuino paſtus eſt cibo: ſaltanti enim puellæ iuſsit doctoris caput afferri in diſco.

Aduertẽdæ ex cibis collatio.

¶ Hæc autem, quæ longo repetita ſunt principio non ab re repetita puta. In gratiam eĩ beatiſsimæ hoſpitæ Chriſti Marthæ hæc deduximus omnia. Conſiderauit enim Martha ſemitas domus ſuæ, & panem ſuum otioſa non comedit. Nam ſi de ſemitis agatur (quas hactenus denarrauimus) omnes ſemitas illas virgo hæc Martha obſeruabit. Etenim immaculatam duxit vitam, & rurſum panem ſuum otioſa non comedit. Verbum nanque domini non temerè ſuſcepit: credidit enim Chriſtum verum Deum eſſe, qui qua triduanum fratrem à morte ad vitam poterat euocare, Ioannis vndecimo. Vtique ait, domine ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui. Ideo hanc & ſororem Mariam diligebat Ieſus. Neque vllam maiorem quæras Marthæ laudem, quam Domino dilectam fuiſſe. Omnis nanque vitæ noſtræ profectus atque beatitudo eſt à domino diligi, dilectione illa, qua dilexit ſanctos ſuos ante mundi conſtitutionem. ad Epheſios. 1. Namvniuerſa diligit Sapien. 11.

Applicatio pthematis.

Martha cõſtderauit vias & ſemitas domus ſuæ.

Profectꝰ ſanctorum eſt in dilectione.

Tertia ſpiritus ſemita.

Deute. 32.

Deus & nihil odit eorum quæ fecit. At verò Martham alia donauit beatiori dilectione, quippe quam hoſpitam ſuam fecit, vt illam æternò ſoſpitaret. Ad illam dominus diuertebat ad tempus: vt ſupra tempus omne ab omni malo illam auerteret. Apud illam dormiebat, & victitabat, vt in pace in idipſum dormiat Martha iam & requieſcat. Si vni ex Chriſti minimis, vel calicem aquæ frigidæ propinare tantopere fit apud Deum, quantopere dignum ſit æterna mercede, ipſum cibare dominum, atque potare quanta mercede dignum putabis? Maria virgo infantiam alit ſaluatoris, Chriſti tamen Martha adultam fouet ætatem. Veraciſsimè dixerim, Panem otioſa non comedit, quæ eo comedebat, vt cœleſtem aleret panem. Chriſto nanque edulia miniſtrare, vt Martha miniſtrabat nonne eſt cœleſtem alere panem? Mulieri illi Sunnamiti maximæ ducitur laudi, Eliſæum domi ſuæ excepiſſe, tantoque prophetæ domicilium, menſam, & lectum præparaſſe, vt quartus liber Regum capitul. quarto denarrat. Sed quantæ maiori laudi ducendum erit ipſum Dominum prophetarum hoſpitio excipere, id quod beata præſtitit Martha, quæ obſequendo & miniſtrando Chriſto diligentiſsimum, & frequentiſsimum exhibuit obſequium, teſtante domino, Martha, ſolicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum eſt neceſſarium? At verò non reprehendens Marthæ mores hæc dicebat Dominus, at miniſterij aſsiduitatem, & qualitatem ſolummodo exprimere voluit. Eſt autem qualitas miniſterij ſolicitudine plena, quippe ſtrenuus miniſter neceſſario in plurima diſtrahitur. Paulus verò Romanis ſcribens nos docet huiuſmodi miniſterij ſolicitudinem innoxiam eſſe, Habentes ait donationes, ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes, ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, &c. Miniſtrandi ergo munus Dei donum eſt, ideoque & inculpabile eſt. Solicitudinem autem miniſtris eſſe iniungendam etiam non ſiluit. Nam illam præſidibus iniunxit loco dudum indicato. Nam qui præeſt ait in ſolicitudine. Et paucis interpoſitis, Solicitudine ait, non pigri. Id quod Paulus omnibus impoſuit, quorum intereſt aliena curare, ſiue corporis ſint, ſiue animæ. Turbatio autem hæc Marthæ citra crimen erat. Turbatio nanque hæc non aliud eſt, quàm in varias pro qualitate officij exequendi curas diſtendi. Solicitudo igitur, & vſurpatur in bonum, & in malum. Nolite alicubi, dixit dominus, ſoliciti eſſe animæ veſtræ. At Paulus ſolicitos nos vult eſſe. Porrò autem Martha inculpata premitur ſolicitudine. Etenim quis ſolicitudinem, & promptiſsimam in obſequendo Chriſto diligentiam eximiam, vitio vertet? Solicitudo ergo, quæ hominis mentem obruit ne diuinis vacare queat mala eſt. Eſt enim gentium ſolicitudo, quæ ita humanis proſpicit, vt diuina deſpiciat. At illa bona eſt quæ tametſi humanis gerendis incumbit, diuina non negligit, imò potius diuinorum non oblita ardentius neceſſarijs fratrum miniſterijs inuigilat. Alioqui damna ſi lubet apoſtolos diligentiſsimè, totum per uagantes orbem, & verbum Dei maxima ſolicitudine diſſeminantes. Hæc enim non contemplatiuæ vitæ ſunt officia, imo potius actiuæ ſunt munera. Hæc obiter dixerim, vt neotericos excludam hæreticos, qui Martham non amant (vt ſolicitam & multis turbatam actibus) at Mariam quietam, & ſecus domini pedes verbo Domini eruditam ſummis extollunt laudibus. Sub quarum typo actiuam quidem vitam reprobant, theoricen vero probant. Aſtruunt enim vniuerſa hominum opera vitioſa eſſe, fidemque ſolam ſat eſſe vitæ æternæ comparandæ. At verò ſi vniuerſa opera noſtra peccata eſſe fatentur, ecquid dominus fuſo ſermone Baptiſtam illuſtriſsimum eremicolam

Matth. 10. Matth. 25.

Martha præfertur Sunamiti.

Roma. 12.

Martha turbatur in miniſterio citra crimen.

Matth. 6.

Matth. 13. Roma. 12.

Quędam ſolicitudo bona alia mala.

Prædicare Dei verbum actiuę eſt vitæ.

Reijcit Lutherus Matth. 11. Luce. 7.

colam ex opere cõmendat? Quid ex iſtis ait, videre in deſertũ hominẽ mollibus veſtitum &c. Ecquid Nathanaelẽ, quid plærosq; alios ex ſanctorũ operum ſtudio laudat, quod ſi opera peccata ſunt, Chriſtus igitur peccata laudat? De qua re nos alibi vberius diſſeruimus. ¶ At verò ſi diuinis teſtantibus oraculis hoſpitalitas Deo gratiſſima eſt, vt Paul. ad Rom. 13. denarrat. Hoſpitalitatẽ ait, nolite obliuiſci. Per hãc enim placuerũt quidam angelis hoſpitio receptis, vt de Abraham ipſa Geneſ. hiſt. non ſiluit capit. 18. Adhæc angelicæ hoſpitalitatis præmia Abraham retulit. Etenim fœcunditate nouæ prolis ſterilis Sara donata eſt. Expende iam mecum ſi poteris Dominum angelorum hoſpitio excipere quanti præmij quantæque gloriæ erit. Si per hoſpitalitatem placuerunt quidam Deo, vt Abraham, Lot. Raab, & Lot etiam eripitur ab incendio, & Raab deuaſtationem euaſit Iericonthinam, per hoſpitalitatem igitur, quã placuerit Martha Deo, quis digna ratione aſſequi poterit? Abraham hoſpitalitatis nomine, fœcunditate donatur: Lot à Sodomæis flammis non vritur: Raab vitæ gaudet immunitate. Martha igitur, quæ Chriſtum hoſpitio recipit, & receptum ſolicitè curauit, non fœcunditate vtique illuſtratur carnis, ſed mentis eximia vbertate poritur, non ab incendijs temporalis ignis, ſed eruitur à flammis æternis, non vitæ denique fluxæ, & prope diem labefactandæ, ſed æternæ fruitur immunitate. Digniſſimum eſt ô Martha, vt ſemitas domus tuæ conſideres: in ipſis nanque mundi diuerſatur ſalus, & lux irradiat omnium ſeculorum. Semitæ vitæ æternæ ſunt ſemitæ domus tuæ, quia verbum Dei patris illas terit. O fœliciſsimam fœminam quæ mundi ſalutem æternam, ſecum habet diuerſantem: quæ lucem ſeculorum ſecum habet commorantem: quæ demum verbum, quod in ſinu patris condebatur, ſecum habet cohabitans. Quapropter tota eſt ſalutaris Martha, tota ſplendida, tota diuino magiſterio erudita: neque placida potiretur tranquillitate Maria audiendi verbum Dei, niſi Martha turbaretur, & beata ſolicitudine diſtraheretur. Vnum equidem neceſſarium eſt, Deũ cognoſcere, & vnicè amare. At verò hoc vnum neceſſarium beatis, qui ſunt iam velut emeriti milites, citra omnem ſolicitudinem adeſt: at nobis non continget niſi ex ſedula ſolicitudine, quæ corpori alendo & veſtiendo neceſſario inſudat. Ideoque neq; diu ad cœleſtia amor erectus retineri poteſt: neque ad diuina iugiter leuare oculos mens noſtra poterit. Nanque iuxta Iacob verbum tempus eſt aliquando, vt domibus prouideamus noſtris Geneſis 30. & qui cœleſtem ſcalam aliquando viderat, non ſemper tamẽ videbat, ſed ſolicitari de domo ſua aliquando exiſtimauit neceſſarium. Et certè intercurrunt nobis etiam inuitis ſæpè negotia, quæ neceſſario contemplationis diuinæ pacem interpellant. Si igitur otium tibi ſuppetit, nihil contemplatione diuina beatius: at ſi hoc negatur (vt plærunque negatur) ferendæ ſunt æquanimiter actionis ſolicitudines turbulentæ, quas ipſa actio humanæ vitæ poſtulat, & ſecum trahit. Iam verò donec exuamus iſtud mortale, qđ gerimus, oportebit cum Martha ſemitas cõſiderare domus noſtræ, & panem otioſos non comedere. Et quibus dominum corporaliter hoſpitio recipere non datur, ſi ſolertes, & nihil deſidioſi ſimus, mẽtis noſtræ ſecretiſsimo hoſpitio, dominum Ieſum excipere concedetur. Chriſtus nanque ad ianuas huius myſtici hoſpitij iugiter aſtat, frequenterque pulſat noſtri cordis fores. Et hoc vnum exigit, vt pateant illi receſſus cordis noſtri, vt nobiſcum diuerſetur, & apud nos agat, tantiſperdum ille cæleſtis regni reſerat nobis fores, vbi non erimus hoſpites, & aduenæ, vt modo, ſed erimus ciues ſanctorũ, & domeſtici Dei. Id quod vt nobis contingat, ipſe fecit Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto in æonas viuit æternas.

Hoſpitalitas Deo eſt gratiſsima. Gene. 18. Gene. 19. Ioſue. 2. 2. Petri. 2.

Maria ẽget Marthę miniſterio & ſolicitudine

Contemplatio non ſemper adeſſe põt nobis.

Excipere poſſumus Chriſtũ hoſpitio nõ.

Epheſi. 2.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput.44.

Vaticinium ſolatorium eccleſiæ.



DEVS, QVI DIVES eſt in miſericordia,tametſi capitu. proximo populum ſuum dulciſsimis conſolatus eſt verbis,hoc cap. eaſdem non dedignatur conſolationes repetere: etiam blandiſsimis vtẽs ſermonibus. ¶ *Et nunc audi Iacob ſerue meus* [a].) Quæ verba ſupra tibi expoſita dedimus. Eſt autem auxiliator noſtri ab vtero Deus, quippe ſimul, atque naſcimur angelum exhibet nobis cuſtodium, & noſtræ vitæ tutelarem. Vnde Dauid ſe proiectum ex vtero in Deum fuiſſe teſtatur Pſalmo. 21. & Pſalmo. 70. in te confirmatus ſum ex vtero. Et pſalm. 138. Suſcepiſti me de vtero matris meæ. Et ad Galatas. 1. Paulus ſe ex vtero matris ſuæ ſegregatum dicit, vt Chriſti præco eſſet. Quæ omnia Deum omnium & ſanctorum præſertim ab ineunte ætate curam gerere denotant. Quanquam enim in omnes creaturas diuina ſe porrigat prouidentia, maximè tamen in electos ſuos. De Iacob quoque nonnihil myſterij latet, quod Eſaias denarrat, ab vtero Deum illi auxilia præſtitiſſe. Etenim nondum in lucem editi gemelli Iacob & Eſau & intra materni ventris ſepta iam iurgabantur: at Iacob, Eſau plantam tenens ſe prodit in auram. Idcirco ab vtero auxiliatus eſt Deus Iacob. Neque iſtud quod retulimus, niſi diuina affuiſſet opera fieri potuiſſet. Commemoratum autẽ eſt ſuperius, Iacob hoc loco eccleſiam Ieſu Chriſti ſubindicare, quæ eſt domus Ieſu Chriſti, angelo Gabriele docente, Et regnabit in domo Iacob, & regni eius, nõ erit finis. Hanc cohortatur ſolatoriè eccleſiam Eſaias, & procul illam præſentiens, ex longinquo conſolatur, ne timeat principum tyrannidem, aut Philoſophorũ ſubtilia argumenta. Eſt autem hæc eccleſia rectiſsima, quam Chriſtus elegit ſibi in ſponſam. Nullum enim mortalium genus tanta vnquã ſanctimonia ſpiritus fulſit quanta eccleſia IESV CHRISTI. Quod ſi tuam hoc ſuperat fidem, conſidera CHRISTI Apoſtolos, & Martyres: & tunc demum videbis, ſi qui homines extiterunt vnquam, qui illis ſanctitate morum ſint conferendi, & nullos reperies mihi crede, tam auidos diuinæ legis cultores. Ibant enim apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Noli igitur timere ô Chriſti eccleſia. ¶ *Effundam enim aquas ſupra ſitientem* [b].) Id eſt, Mœrentem conſolabor. Aduertendum eſt autem, Diuum Hieronymum hoc nomen Iſrael ſi rigidè illius ſignificantia obſeruetur dixiſſe ſignificare rectiſsimum, id quod pro cognomine Eſaias vſurpauit. ¶ *Rectiſsimè* enim, ſait, *quem elegi.*) Quanquam alibi Hieronymus nõ rectiſsimum interpretatus eſt, at principem expoſuit cum Deo

ET nunc audi Iacob ſerue meus [a], *& Iſrael, quẽ elegi. Hæc dicit Dominus, faciẽs & formãs te ab vtero auxiliator tuus: noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſsimè, quem elegi. Effundam enim aquas ſuper ſitiẽtem* [b], *& fluenta ſuper aridam: effũdam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum,*

Eccleſia eſt domus Chri.

Deus ab initio eſt auxiliator nři.

Nulli mortalium tanta fuit ſanctimonia quanta chriſtifidelis. Act. 4.

Deus ſctõs ſuos maximè curat.

Gene. 25.

Quid ſignificat Iſrael.

cum Deo : quæ interpretatio ſatis germana eſt nomini ab angelo indito, Geneſis capitulo trigeſimoſecundo . Qui Iacob à pugna, inquit, Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum , ſed Iſrael : quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis . Quaſi dixiſſet euidentius, Si tantum præuales viribus , vt mecum manus conſeras, poteris contra Eſau fratrem facilè præualere . Et Oſeas capitulo decimoſecundo. Iacob ad angelum præualuiſſe teſtatur . Etiam ſi hanc Iacob cum angelo pugnam non corpore Hieronymus autumat initam, ſed ſpiritu. . Iacob enim fratris potentiam exhorreſcens , angelica exigebat præſidia, at angelus Iacob deſerere fingebat. Quippe puſillanimem illum aduertebat , & diuinas promiſsiones non obſeruantem. Geneſis capitulo vigeſimo octauo , quæ minimè fallere poterant. At Iacob præcibus lachrymoſis angelum retinere contendebat , qui ſibi aduerſus fratrem patrocinio eſſet. At verò quantum ſeries admonet textus, non ſolum ſpiritus erat pugna hæc, quin & realis pugna. Nam verè fœmur Iacob emarcuit: quia non plenam ad diuina promiſſa præſtitit confidentiã. Quod ſi ad mores Iacob retuleris verbũ rectiſsimè ſatis illi quadrat, qui fuit ſanctiſsimus patriarcha. At qui dixerit mihi quiſpiam, Quale hoc eſt quod ait, rectiſsime, quandoquidem non eſt homo ſuper terram qui non peccet, & in multis offendimus omnes, & id genus ſunt innumera, quæ hoc idem teſtantur teſtimonia ? Et Paulus, qui ad cœleſtes prouectus eſt ſedes , Nihil, ait, mihi conſcius ſum , ſed in hoc iuſtificatus non ſum . Et Petrus qui dominum in monte glorioſum vidit anathematizans, ait. Si hominem conoui ? At dominus mundos ſuos appellat diſcipulos, Iam vos ait mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis . Et Ioannes capitulo decimo tertio, Qui lotus eſt non indiget niſi, vt pedes lauet: & Paulus ad Epheſios capitulo quinto idem ſapere præſefert cum Eſaia. Chriſtum enim elegiſſe docet eccleſiam non habentem maculam neque rugam . Et quid eſt ſine macula & ruga, niſi mundiſsimam, & rectiſsimam ? Eſt porrò rectum cuius medium non exit extrema, rectiſsimum vero, quod neque tranſuerſum vnguem tranſcendit extrema . Sunt autem extrema duo, principium & finis. Eſt autem Deus, qui eſt vniuerſorum principiũ, atque finis. Eſt enim veluti alpha, & ω. Apoc. 1. quę alphabeti Græci principium ſunt, & finis. Qui ergo diuina mandata non trãſgreditur rectus eſt, quippequi metas ſibi præſcriptas neque vltro, neque citro tranſuehitur. Qui rametſi labeculis quibuſdam aſpergatur, non continuo obliquus eſt. Nã homini ſatis eſt tãtiſperdum labilem, trãſigit vitam ſi à grauioribus omnibus abſtineat: optimus enim eſt qui minimis vrgetur. Alia nanque eſt beatorum rectitudo, alia viatorum. Illi enim prorſus ſunt rectiſsimi: etenim à Deo neque ex minimo diſcrepant puncto. Iſti verò rectiſsimi cenſendi ſunt, ſi tamen mortalis vitæ habita ratione, puriſsimam degunt vitam, quales fuere apoſtoli, & diſcipuli domini, ſanctorumque alij innumerabiles cunei. Neque enim, quia philoſophia naturalis, & philoſophia moralis, & medica facultas, non tantam habent in decretis ſuis & concluſionibus exactionem, quantam mathematicæ ſcientiæ (quæ ſunt omnium ſcientiarum exactiſsimæ) propterea dices omnes ſcientias eſſe fallaces, præter matheſim. Ineptiret planè, qui hoc ſiniſtrum haberet iudicium. Nanque non in omnibus autore Ariſtotele eadem veritatis abſoluta quærenda eſt ratio. Satis ſit ſi ſcientia vnaquæque illa potiatur exacta certitudine, quam ipſa, quam verſat materia poſcit. Itidem eundem in humanis moribus canonem obſeruato. Nam etiamſi qui vitã fluxam degunt, non illa polleant morum incorruptione, qua beati iam potiuntur, nõ ſubinde viatores quoſdam rectiſsimos

Pugna Iacob cum angelo nõ corporalis creditur a Hieronymo.

Aduertẽda quæſtio.

3. Reg. 8. Iob. 25. 1. Ioan. 1. Prouer. 27 Iob. 9. 1. ad Cor. 3.

Conciliantur loca ſcripturę.

Optimꝰ eſt q minimis vrgetur.

Mathematicæ ſcientiæ naturalium exactiſsimę

appellare verendum eſt. Sunt nanque ſancti Dei adhuc apud nos viuentes rectiſsimi, ſecundum rationem vtique vitæ præſentis non ſecundum venturæ dignitatem vbi qui minor eſt, ille maior eſt viatoribus omnibus, quantalibet ſanctitate morum præſtēt, Chriſto teſtante, Qui minor eſt in regno cœlorum maior eſt illo. Matthæi. 11. Quæ verba docente Hieronymo de comprehenſoribus audienda ſunt. Illi enim torrentem ſecularium fluctuum iam pertranſierunt: & abſoluta ſecuritate fruũtur. Quam quia nondum adepti ſunt qui ſuperflumina Babylonis adhuc ſedent, & flent, propterea minor in regno cœlorum qualis paruulus eſt, qui olim circunciſus, aut fonte baptiſmatis modo prolutus diſceſsit. De qua re nos in declamatione de beatiſsimo domini præcurſore Ioãne, plura diximus ad capitulo. 40. *Effundam.*) Cauſam ſubdit cur excutiendus ſit ab eccleſia Dei timor: quia pollicetur ſe effuſurum vberrimè aquas ſitientem inebriantes. Hebræorum natio ſitiebat Chriſti præſentiam, & vniuerſaliter humanum genus ſiticuloſum eſt vitæ æternæ. Omnia nanque bonum appetunt: & omnes homines ſe beatos eſſe cupiunt, & miſeros eſſe horrent. At vero hanc ſitim, dominus humanam induens formam ad noſtra veniens ſedauit. Aperuit nanque ſacrum quendam atque vberrimum fontem, qui homines regenerans filios Dei reddit, & filios ſuos continuo & hæredes cœleſtis hæreditatis conſtituit, vnde ſitis noſtra extinguatur, non ergo habent Iudæi quod ſitiant, ſed neque gentes. Effundit enim Deus ſuper ſitientes aquas, & fluenta ſuper aridam. Et vt noueris aquarum harum vires eſſe diuinas, addit. Et effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuũ. Aquæ nanque iſtæ tangunt corpus, & abſtergunt mentem. Quod tangant corpus, natiuum eſt illis, quod verò mentem abſtergant ab incumbente ſuper illas Dei ſpiritu habent, cuius ſolius eſt delere iniquitates noſtras Eſaiæ capitulo. 43. ¶ *Et benedictionem.* a) Benedictio in ſcripturis largitatē diuinæ donationis denotat: baptiſmi autem gratia nõ parca eſt, ſed copioſiſsima. Quippe filios iræ & maledictionis, qui ſunt homines, in filios propiciationis & benedictionis generat. ¶ *Et germinabunt.* b) Eccleſia Ieſu Chriſti longè lateque per totum ſparſa eſt orbem, id circo fideles ait germinandos inſtar ſalicum. Sunt nanque ſalices facillimæ germinationis. Fideles quoque non magno negotio generantur: nanque aqua baptiſmi abluti fideles ꝓgerminãtur. ¶ *Iſte dicet.* c) fideles initiati ſacris Chriſtianæ fidei myſterijs nullius alterius religionis profitentur ſe eſſe niſi Chriſtianæ: Chriſtumque proteſtantur deum ſuũ eſſe. ¶ *Ille vocabit in nomine Iacob.* d) Ideſt, fideles ad regnũ & eccleſiam catholicam pertinere confitebuntur tanquam membra Chriſti. ¶ *Et ſcribet manu ſua Domino.* e) Ideſt ſcribendo etiam teſtabitur ſe Chriſti eſſe vt Paulus non ſemel teſtatur, cæterique catholici ſcriptores. *Et in nomine Iſrael aſſimilabitur.*) Fideles etenim vt Iſrael, ex illuſtri illa cũ angelo pugna, nomẽ quoq; illuſtre retulit: ita ipſi nomen illuſtre habent. Iſrael em interꝓtatur, vt dixim⁹, rectus, aut ꝓualẽs, ſeu princeps cũ deo, q̃ gemina interꝓtatio vero fideli cõgruit. Etem & recti ſũt fideles qppe rectã dei viã apprehendunt, rurſũ & ꝓualẽtes cũ deo ſunt: ſiqdẽ cõtra Chri eccleſiã portæ inferi nõ ꝓualebunt.

& benedictionem[a] meam ſuper ſtirpem tuã. Et germinabunt[b] inter herbas quaſi ſalices iuxta præter fluentes aquas. Iſte dicet,[c] Domini ego ſum: et ille vocabit in nomine Iacob,[d] & hic ſcribet manu ſua domino,[e]

Beati ex ſtatu etiã minimi excedũt maximos ſanctitate viatores. Pſal. 113.

Pſal. 136.

Rom. 8.

Aquæ baptiſmatis quales.

a) Benedictio quid in ſcripturis.

Salices facilem habent germinationem.

Fideles recte & prœualentes. Matth. 16.

Nonne

Nonne prævalentes fuere Apoſtoli orbem ſuo cruore ſubiugantes? nonne virgines prępotentes fuerunt cruentũ ſeculi furorem infirmitate ſexus domantes? nonne martyres qui iugula patefacientes carnificibus, orbẽ miraculis deterrebãt. Rectè ergo fideles ſunt quidam myſtici Iſraelitæ. Hoc eſt ꝙ ait. ¶ *In nomine Iſrael aſſimilabitur.*[a]) Sub intellige populũ. ¶ *Hæc*[b]) Aduerſus idola digreditur iſte Eſaiæ ſermo. Et idcirco Deum eſſe, ait, primũ & nouiſsimum, ideſt, ante omnes Deos (quos idololatræ fabri cauerunt) Deus eſt. Idcirco antiqtate diuinitatis nobilior eſt omnibus dijs: & demolitis gentiũ dijs, Deus ipſe æterno perſiſtet. Quare etiam immobilitate illis anteſtat. Cur ergo deũ antiquiorem & immobiliſsimum non colitis ò mortales, & recentes deos, & perituros, adeò obſeruatis, vt æterno numini iniurij ſitis? Verum cenſuit Ariſtoteles quæ priora generatione viliorą eſſe: quæ autẽ poſteriora abſolutiora. Et rectè: nam ordinem naturæ ſi obſerues, media quæ finem præcedunt, fine ſunt viliora. At deus ipſe primus eſt, & ad aliud non refertur deũ: id circo primus & nouiſsimus eſt, & vnde vnde illum ſpectes eſt abſolutiſsimus. Neque illum cogites vt illum finem quem Ariſtoteles primum dixit eſſe in intentione, poſtremum in exequutione. Deus autem primatum ex natura ſua non ex intẽtione noſtra vt cæteri fines habet: quia eſt primaria vniuerſorũ efficiens cauſa, à qua connexio cæterarum cauſarum neceſſario pẽdula eſt. Oculi enim omnium in dominum ſperant, vt ab illo influxum proprijs functionibus ſuis exequendis recipiant. Eſt quoque vniuerſalis omnium finis. Etenim vniuerſa pro ſua ratione bonum ipſum appetunt: quod eſt Deum appetere, qui eſt ipſiſsimum bonũ. Et ipſe Deus propter ſemetipſum, & ad claritatem nominis ſui, & vt ordinẽ iuſtitiæ ſuæ illęſum ſeruet operatur. Ego, ait, deleo iniquitates tuas propter me, & vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt domin'. Vnde regius ille pſalmographus cum Eſaia concinit dicens, quis ſimilis tui in dijs domine? quis ſimilis tui? magnificus in ſanctitate terribilis, atque laudabilis. Quod ſiquidem ſimilem vos gentes deũ habetis vero Deo. ¶ *Vocet & annũtiet.*[c]) Vocet in quã ea quæ non ſunt, tãquam ea quæ ſunt annuntiet quæ ventura ſunt & quæ præterita fuere denarret. ¶ *Ordinẽ.*[d]) Quę à deo ſunt, ordinatiſsima ſunt, & per prophetas ſuos ordinatiſsimè expoſuit quid Hebraicæ genti venturum erat. Nanq; Abrahæ & cęteris ante Moſen patribus quarta ſub generatione promiſſam ingreſſurosterrã dñs multo prius q̃ res eſſet gerenda prędixit. Per Moſen deinceps quæ mala futura erãt populo illo ꝙ declinatur' erat ad idolatriã, itidẽ prędixit: vnde captiuitatẽ Babylonicã, & Romanã, & alias Iudaicas calamitates, pphetæ domini præſenſerũt, & prædixerunt. Vocat autẽ populũ Hebręũ antiquum

& in nomine Iſrael aſsimilabitur[a]. Hæc[b] dicit Dominus, rex Iſrael, & redemptor eius Dominus exercituum, Ego primus, et ego nouiſsimus, et abſque me nõ eſt Deus. Quis ſi milis mei? vocet et annuntiet: [c] et ordinem [d] exponat mihi, ex quo cõſtitui mihi populum antiquũ: ventura et quæ futura ſunt annuntiet eis. Nolite timere, neque cõturbemini: ex tunc audire te feci, & annũtiaui: vos eſtis teſtes mei. Nunquid eſt deus abſque me, & formator quẽ ego non nouerim?

Gala. 4.

Deus prim' & nouiſsim'

11. Metã. c. 1.

Deus eſt vniuerſalis finis & cauſa efficiens.

Eſa. 43.

Deus Iudęorum mala multo autẽ prædixit p vates ſuos.

antiquum populum: etenim in cultu dei veri celebrãdi, & fidei obſeruanda antiquitate, gentibus maior erat. Lege Iuſtinum in admonitorio contra gẽtes & Euſebium libro de præparatiõe euangelica, & Cyrillum libro aduerſus Iulianum apoſtatã.

Hebræi antiquitate diuinæ & ſincerę religionis gentes præcedunt.

¶ *Plaſtæ idoli.* a) Ideſt, formatores idolorũ ſunt contemnendi. Concluſio eſt priorum. ¶ *Et amantiſſima illorum non proderunt eis.* b) Ideſt, ſimulachra quæ vt pretioſiſſima in oculis habẽt. Patent cætera ex prioribus.

Plaſtæ idoli[a] omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorum non proderũt eis.[b] Ipſi ſunt teſtes eorum, qa non vident, neque intelligunt, vt cõfundantur. Quis formauit Deum, & ſculptile cõflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim ſunt ex hominibus: conuenient enim omnes, ſtabũt & pauebunt & confundẽtur ſimul. Faber ferrarius lima operat[o] eſt: in prunis & in malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ eſuriet & deficiet, non bibet aquam, & laſſeſcet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in rũcina: fecit illud ī angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ ſteterat inter ligna ſaltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. Et facta eſt hominibus in focum, ſumpſit ex eis, & calefactus eſt, & ſuccendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus eſt Deum, & adorauit: fecit ſculptile, curuatus eſt ante iliud. Medium eius combuſsit igni, & de medio eius carnes coxit & comedit, coxit pulmentum, & ſaturatus eſt, & calefactus eſt, & dixit, Vah, calefactus ſum. Vidi focum. Reliquum autem eius Deum fecit & ſculptile ſibi: curuatur ante illud & adorat illud, & obſecrat, dicens. Libera me, quia Deus meus es tu. Neſcierunt, neque intellexerunt: obliti enim ſunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo. Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt, vt dicant, Medietatem eius combuſsi igni, & coxi ſuper carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam, ante truncum ligni procidam. Pars eius cinis eſt: cor inſipiens adorabit illud, & non liberabit animam ſuam, neque dicet,

Fortè

Esai. 43. Coloss. 2.

¶ *Deleui vt nubem.* 2) Verbo hoc delendi vates noſter ſupra etiam vſus eſt. Et Paulus Apoſtolus deleuit ait chirographum decreti. Eſt autem delere prorſus abradere ſcripturam, vt neque veſtigium ſuperſit. Deus igitur delet peccata noſtra, quoniã non ſolum culpam donat: ſed etiam pœnam. Vt enim nubes aut nubeculæ (quæ cœli obducunt faciem) flãte Aquilone, ita diſperguntur vt cœlum purum, atque putum reſplendeat: ita quoque per baptiſmi (maximê) gratiam, peccata noſtra, quæ velut nubes ſunt, aut nubeculæ, cœli aſpectum impedientes, ita delentur tamen, & ita abſtergunrur, vt ne veſtigium ſuperſit. Etenim tam criminalia, quam venialia peccata, & horum debitæ pœnę prorſus ex baptiſmo abolẽtur. Deus nanque eſt tanquam optimus chirurgus, qui ſanato vulnere, vulneris ſigna, quę ſunt cicatrices, pharmacis admotis expurgat. Quanquam à baptiſmo ſuperſtes eſt concupiſcentia adhuc, ideſt, peccati fomes, cum qua expoſtulat Paulus. 2. ad Corinthios. 12. Datus eſt, ait, mihi ſtimulus carnis meæ. Quæ ſanè concupiſcentia etiamſi peccati ſit autoramẽtum, at ĩ regeneratis manet actu, nõ tamẽ reatu. Hic nãq; abolituseſt p baptiſmi ſacratiſsimas vndas: in non renatistamen & actu & reatu adeſt. Fuſius hæc & vberius carpes ex declamatione noſtra de Conceptu Virginis. Non tamen ſub inde cẽſendum eſt, omni ſacramento Chriſtianæ eccleſię hoc eſſe tribuẽdum: hoc eſt peccata noſtra prorſus delere. Hęc nanq; peculiaris eſt baptiſmi gratia: quæ regeneratoria, & renouatoria, non eſſet niſi hac prærogatiua fulgeret, prſus peccata delendi, & hoc inter cætera Chriſtianæ religionis eſt inſigne. Nanque vetuſta lex hoc non gaudebat priuilegio, quippe ſolus Chriſtus per ſanguinem noui teſtamenti. Zach. 9. eduxit vinctos de lacu, in quo non erat aqua.

Baptiſmus delet & culpam & pœnam.

Fortè mendacium eſt in dextera mea. Memento horum Iacob & Iſrael, quoniam ſeruus meus es tu, formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, non obliuiſcaris mei. Deleui vt nubem [a] iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua: reuertere ad me quoniam redemi te. Laudate cæli, quoniam miſericordiã fecit Dominus: iubilate extrema terræ: reſonate montes, laudationem, ſaltus & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob, & Iſrael gloriabitur. Hęc dicit Dominus redemptor tuus & formator tuꝰ ex vtero. Ego ſum Dominus faciens omnia extendens cęlos, ſolus ſtabiliens terram, & nullus mecum. Irrita faciens ſigna diuinorum, & ariolos in furorẽ vertens. Conuertẽs ſapientes retrorſum: et ſciẽtiam eorum ſtultam faciens. Suſcitãs verbũ ſerui ſui, et conſilium nũtiorum ſuorum complens. Qui dico Hieruſalẽ, Habitaberis: et ciuitatibus Iudę, Aedificabimini: et deſerta eius ſuſcitabo.

Atqui

At qui ne clariora quæ sequuntur nos occupent ad postrema stylum dirigere placet. ¶ *Qui dico profundo.*[a]) literæ huius faciei relaxationem captiuitatis Babylonicæ præseferunt per Cyrum celebratam, qui Tygrim & Euphratē celeberrima diuisit flumina: vt exercitui suo pateret in Babylonē accessū. Fuit autem Cyrus Cābysis filius ex Madane Astiagis filia persarum Medorumque rex, qui occiso Astiage Medorum vltimo rege Persis imperauit. Hic laxatis captiuitatis Babylonicæ durissimis vinculis, Iudæos ad quinquaginta millia in Iudæam reduxit, qui altari constructo, fundamenta templi struē di iecerunt. At vicinis nationibus templi fabricam impedientibus opus inabsolutū vsque ad Darium relictum est. Fuit autem Cyrus Olympiade. 55. & Persis imperat annis triginta, aut secundum Herodotum libr. 2. annis vno de triginta. Sub hoc prophetant Agæus, & Zacharias, & Iesus filius Iosedech, & Zorobabel, & Salatiel clarissimi fulserunt. Extiteruntque principes eorum, qui ex captiuitate in Iudæā regressi sunt consule chronicon Eusebij. Ferunt ab Hebræis appellatum chores, quod interpretatur hæres. Honorifico autem cognomine hoc loco Cyrus cognominatur. Pastor enim Dei à propheta scribitur: quippe pauit, & fouit domini gregem, id est, Iudaicum populum. Neque solum sacra scripta hunc principem tanta illustrāt nomenclatura: quin etiam & profanæ literæ suos principes hoc cognomine exornant: vt Homerus suum Agamēnona populorum pastorem vocat. Tametsi scripturæ diuinę familiarius est, ecclesiasticos principes nuncupare pastores. Cæterùm Cyrus typus est Christi, qui est verus Dei pastor Ioannes. 10. & verè hæres. Nā hic est hęres: venite occidamus illum, & nostra erit hęreditas, dixerūt illi contra Christum conspiratores. Aduerte autem in scripturis documentum hoc prę oculis habendum esse sermones intelligendos esse secundum materiam subiectam. Ait enim de Cyro modo vates. ¶ *Omnem voluntatem meam complebis.*[b]) at vnius Christi est omnem Dei implere voluntatem. Quare quantum ad soluendam captiuitatem Babylonicam, & deuastationem Babyloniorum patrādam, sunt subaudienda verba Esaię hęc, Cyrum poro Scytharum regina Tomyris interfecit, in vltionē cladis quam Scythis intulerat. Captiuitas autem Babylonica cœpit anno tertio Ioachim regis Iuda: & producta est ad vigesimum vsque annum Cyri Persarum regis. Aliorum autem fert sententia à Iosiæ regis Iudæorum anno decimo tertio cœpisse, & vsque ad annum perduraſſe primum Cyri. Sub Iosia autem Hieremias vaticinia sua cœpit. Quia ergo relaxaturus erat Deus captiuitatem per Cyrum, ideo supra dixit susciās verbum seruī sui: per sillepsim accipe, idest, seruorum prophetarum suorum. Id quod sequentia exponunt, Et consilium nuntiorum suorum complens.

Qui dico pfundo,[a] Desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, Pastor meus es, & omnem voluntatē meā cōplebis.[b] Qui dico Hierusalē, Aedificaberis, & tēplo, Fundaueris.

Seculares, principes pastores appellantur.

Cyrus quis & quando fuerit.

Cyrus à Tomyre interficitur Cyri autem gesta habes apud Xenophā: in pœdi. Herodo. & Iusti. libr. 1.

Cyr⁹ ab Hebræis chares dictus.

DILVCI-

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 45.

Vaticinium de Cyro.

HAEC DICIT.[a]) Diuus Hieronymus, Verba hæc cum ſequentibus vſque ad illa. *Rorate cœli deſuper.*) At texuit capitis. 44. calci, quo loco iam mentio fit ab Eſaia de Cyro. Et hæc illis iuncta de Cyro vaticinium perficiũt. At nihil refert ſeorſum aut cõiunctim legere. Aduerte autem Cyrum ab Eſai. Chriſtum cognominari ſiue Meſsiam, ideſt, vnctum, vt & reges Iudæorũ Chriſti etiam ſunt appellati.

1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 4. Reg. 9.

Quippe vncti fuêre, vt de Saule, Dauide, Iehu filio Namſi ſcriptura commemorat. At vero eſt vnctio hæc viſibilis, qua delibuti fuere reges Hebræi. At Cyrum hanc fuiſſe vnctionem expertum nõ legimus. Eſt ergo Chriſtus, ſiue vnctus vnguento inuiſibili: quia diuina conſtitutione ſtabilitum eſt, vt Cyrus, clariſsimus fuiſſet imperator: qui poſſet Babylonios etiã potentiſsimos ſubiugare. Vnde typus concinnè congruit veritati. Etenim vt Cyrus vnctionem non expertus materialem, fuit alioqui nobiliſsimus imperator: ita dominus Ieſus Chriſtus, non oleo ſenſibili perunctus, ſed ex oleo letitiæ Spiritus ſancti, rex eſt viuorum, & mortuorum. Ego, inquit, conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. ¶ *Cuius.* [b]) Apprehendi dexteram, vt ſubijciã ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertã, & aperiam coram eo ianuas & portæ non claudentur. Ego ante te ibo & glorioſos terræ humiliabo portas æreas conteram: & vectes ferreos cõfrigã. Et dabo tibi theſauros abſcondi tos, & arcana ſecretorũ: vt ſcias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Iſrael. Propter [c] ſeruum meũ Iacob, & Iſrael electum meum,

Vnctio viſibilis & inuiſibilis.

Pſal. 88. Pſal. 44. Pſal. 21

hendit deus manum dexteram Cyri, quia illi adfuit ſingulari præſidio. Dextera enim manus virtutis & fortitudinis eſt ſignum. Quippe dextera motus eſt principium vt Ariſtoteles libris de Cœlo & mundo tradidit. Nicolaus Hebræos indicat capitulum hoc ad Chriſtum verum retuliſſe. Cuius ſub Cyri typo mentio fit ab Eſaia. At Diuus Hieronymus ſtultum putat eſſe quæ de Cyro traduntur omnia, ad Chriſtum transferre. Quare verum exiſtimo hanc literam Eſaiæ de Cyro eſſe intelligendã. Porrò ſecũdum Tichonij regulam, quæ capiti Chriſto non congruunt, membris ſunt aptanda. At quanta fuerit Cyri gloria ſatis Eſaias exponit & ſermo eſt perſpicuus. ¶ *Propter.* [c]) Imperij gloriam, & nominis claritatem Cyro conceſſam, & libertatem Iudæis per Cyrum donatam exponit, non aſcribendam eſſe Iudaicis operibus: imo propter Iacob patriarcham meritiſsimum, Dominus libertatis munificentiſsima gratia proſequutus eſt Iudæos. Subticuit autem Eſaias Abraham, & Iſaac, non quia hos neglexit Deus, at quia Iacob patriarcharum fuit pater vnde & populus Hebraicus originem cœpit. Idcirco Iacob meminit. Deus ergo filijs eſt beneficus, quia patres amat, vt etiam viſitat

Dextera motus eſt principiũ.

Tichonij regula.

Propter parentes Deus benè proſpicit proli.

patrum

Exod. 34. patrum ſcelera in filios, in tertiã & quartã generationem. Et quid mirandum ſi parẽtum merita filijs proſint, quando & amicorũ amicis proficiunt. Chriſtus nanq; videns fidem illorum, qui paraliticum baiulabant ęgrotum à paraliſi ſanat.

& vocauite[a] nomine tuo: aſsimilauite,[b] & nõ cognouiſti[c] me. Ego Dominus[d] & non eſt alius: extra me non eſt Deus, accinxite, & non cognouiſti me.[e] Vt ſciant hi qui ab ortu Solis, & qui ab occidente quoniam abſq; me nõ eſt. Ego Dominus,[f] & non eſt alter: formans lucẽ, & creans tenebras: faciẽs pacem, & creans malum: ego Dominus[g] faciens omnia hęc.

¶ *Et vocauite.*[a]) Longo æuo ante Cyri natalia illi à Deo inditũ nomen eſt, vt ſcriptura de plærisque alijs commemorat. Sed quid eſt quod ait. ¶ *Et aſsimilauite.*[b]) Quidam cognominauiite tranſtulerunt & nõ ineptè, & ſenſus eſt planus. Nominat nãq; Cyrũ de' & cognominat paſtorẽ, & Meſsiã ſeu Chriſtum, quæ cognomenta ſunt planè honorificentiſsima, quia Chriſti ſunt. Si legimus. *Aſsimilauite.*) Exponere poteris. Aſſimilaui te illuſtribus viris, vt Ioſiæ, quem prænominat ſcriptura, etiam nondum natum, & Iſaac & alijs, quos ſupra denarrauimus. Septuaginta interpretes nõ. *Aſsimilauite.*) Sed, ſuſcipiam te ediderunt. Hebraicè achannacha legimus. Eſt autem verbũ Hebraicum radicale chinnach, id quod cognominare denotat, ſeu obtegere nomẽ proprium. Quod eſt nominare perſonam alio nomine, quam proprio, vt pronominibus me, te, &c. fit. Noſtra igitur editio, vt proprietatem verbi aſſequeretur, non tranſtulit cognominaui, ſed, *Aſsimilaui.*) Ideſt, ſub nominibus alijs te expreſsi ò Cyre. Quippe illum paſtorem vocat, & Chriſtũ. Qui tamen non erat ille verus paſtor, qui aiebat. Ego ſum paſtor bonus & cognoſco oues meas: neq; verus ille Meſsias quem lex adumbrabat, & prophetæ concordi ſcripſerũt calamo: ſed huius veri paſtoris, & Meſsiæ, ſimilitudo quædam præceſsit in Cyro. ¶ *Et non cognouiſti.*[c]) Erat Cyrus idololatra, & Deum vnum non cognouit quouſque prophetico magiſterio fuit edoctus: vt Ioſephus eſt autor. At vero hæc verba in Chriſtum transferri nequeunt, propterea aiebat ſupra Hieronym. ſtultum eſſe quę de Cyro Eſaias vaticinatur Chriſto aptare. At quæ capiti ſunt inepta, fidelibus apta cenſeri poſſunt. ¶ *Ego dominus*[f]) Dominij conditiões Dionyſius libro de diuinis nominibus, quę ſint te docebit. c. 12. Et alio ſermone idem inculcat videlicet. ¶ *Accinxite, & non cognouiſti me.*[e]) Quod perinde eſt atque ſi dixiſſet, te viribus, & poteſtate militari florentiſsimum cum feciſſem, mei numinis ignarus eras. Id quod dicit Eſaias vt palam oſtẽdat à domino Cyrum non eò ad tãram regni gloriam promotum fuiſſe, quò ille dignus illa fuiſſet. Quinimo illa indignus erat: quippe qui Deũ verum ignorabat, & fictitios colebat Deos. Peccatoribus enim & indigniſsimis, Deus ſua ſæpè largitur munera: qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos: & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. ¶ *Ego Dominus.*[g]) Deum eſſe creatorem omniũ locus hic manifeſtat. At vero q̃ ſit creans Deus malum, Manichæos maximè torſit negãt enim, autorem vnum bonorum eſſe, & malorum. Proinde in ſingularem dementiam acti ſunt, vt duo rerum ſtatuerent principia: duoſque finxerunt deos, & bonum teſtamẽti noui latorem, & Deum malum, veteris conditorem. At horũ veſania interim miſſa fiat. Noſtri aũt Theologi immenſis concertationibus differũt ſi Deus culpam faciat quia de pœna peccati citra

Cyrus paſtor cognominatur & Meſsias.

Chinnach Hebræis eſt cognominare.

Cyrus idololatra prædein Dei vnius cultor.

Dominij cõditiones.

Matth. 5.

Manichæorum deliria.

An Deus ſit autor culpæ opulentius diſſerta habes in diſp. noſtris ab. 1. ſenten.

ti citra controuerſiam eſt Deum eſſe pœnę autorem. Nam ipſe vulnerat & ſanat, deducit ad inferos,& reducit. Culpæ autem Deus non eſt autor, ſecundum Auguſtinianum axioma libr. 83. quæſti. Deo autore memo fit deterior. Poro autem multa ſunt in ſcripturis ſparſa, quæ Deum culpę eſſe autorem preſeferunt. Quale illud eſt, Ego in durabo cor Pharaonis,& illud Pauli, tradidit illos in reprobum ſenſum. Et Oſeę præcipit fornicarium cõcubitum,& ezechi. ca. 37. Deus decipit prophetam, & Hebræis ſpolia AEgypti iuſsit, & id genus alia quæ omnia à me diſcuſſa ſunt in declamatione ad cap. Eſaiæ. 6. ¶ *Rorate.*[a]) Commentaria diuo Thomæ in ſcripta ad Cyrum regem hũc ſermonem referũt. Et enim captiuitate iniuſta detẽti Iudæi hoc ardentiſsimis exoptabant votis, vt aſſertor accederet. Quapropter conceptionẽ Cyri,& natalia adeſſe anxiè precabantur. Sunt ergo preces inſtantes iſtę. *Rorate cœli de ſuper: & nubes pluãt iuſtum.* Vocatur autem iuſtus Cyrus, quia fecit iudicium & iuſtitiam tœdia prolixæ laxans captiuitatis. Non tamen quod ipſe prorſus iuſtitiã coluiſſet. Quanquam ſunt ex hiſtoriographis, qui Cyrum candidis, integrisq; tradiderunt vixiſſe moribus. Cæterum vates vmbratilis ſaluatoris mentionem propoſuit, vt inde ad verum ſeruatorẽ Chriſtũ ſibi cõmodum paraſſet gradum, quem prophetæ omnes atque priſci patres flagrantiſsimis expetierunt deſiderijs. Et quia cœleſte erat quod optabant munus, & nõ terrenum idcirco, *Rorate*, inquit, *cœli de ſuper & nubes pluant iuſtum Chriſtum.* Qui eſt iuſtificãs impiũ. Fuit nãq; Chriſti humana cõceptio, ex rore cœleſtis ſpũs celebrata: nõ rore iſto viſibili, qui à medio aeris interſtitio deſcendẽs, terrã perfundẽs germina terræ generat, & generata vegetat, ſed à rore inuiſibili, qui à Deo (cœlorum autore) riuatus caſtiſsimaq; puellæ viſcera imbuens citra virilẽ amplexũ, Deũ atq; hominẽ cõcepit. Nõ iſtarũ ſenſiliũ nubiũ huius iuſti eſt pluuia: ſed illius nubis, quã ſupra vates cõmemorarat aſcẽdit dicẽs Dñs

Rorate[a] cœli deſuper, & nubes pluãt iuſtũ: aperiatur terra, & germinet ſaluatorẽ[b] & iuſtitia[c] oriat

in nubẽ leuem quę eſt ſacroſancta virgo Maria. Hæc demũ eſt quæ pluit iuſtum. Pluuia ſanè ex vaporibus ſolari calore ſurſum actis concipitur, at Chriſtus ab ſpiritu ſancto ſu perueniẽte,& virtute altiſsimi obumbrante, in ſacri vẽtris beatiſsimis penetralibus formatur, minus pudorẽ ludens virgineũ quam ſtillans pluuia, nubis violat integritatem. Hęc eſt pluuia illa, quã regius vates expreſsit, pluuiam voluntariã ſegregabis Deus hæreditati tuæ. Quia non ex operibus noſtris hæc pluuia humanas fæcunda uit mẽtes: ſed ſecũdũ ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit Deus. At quod ait. ¶ *Aperiatur terra & germinet ſaluatorem.*[b]) Non craſſa minerua accipias, vt vel ſomnies corruptionem aliquã in virgine fuiſſe vt hæreticis quibuſdã phanaticis cordi fuit. Eſt nanq; metaphoricus ſermo. Terra nanq;, quæ condit ſemina tãdẽ calore cœleſti & humore fota, viſibus noſtris pdit. Virgo quoque ſacroſancto diuinoq; adiuta præſidio, enixa eſt ſaluatorem: quem conditum a conceptione gerebat. Priora ergo verba,& hæc ſequentia, idem ſapiunt, idẽ optant, conceptionem ſcilicet,& natiuitatem Chriſti. ¶ *Et iuſtitia.*[c]) Nato Ieſu, iuſtitia ſimul nata eſt. Nanq; pprio filio nõ pepercit Deus, ſed pro nobis tradidit illũ. Et ipſe iudex viuorũ & mortuorũ & non ſolum iuſtus: quia homo eſt, ſed iuſtitia ipſa quia Deus eſt. Eſſe enim iuſtitiam non creaturæ eſt: ſed ipſius creatoris. Iuſtum ſanè dicas hominem, non tamen iuſtitiam ipſam. Duo igitur Eſaias expoſuit Meſsiam eſſe iuſtum, *Et nubes*, ait, *pluant iuſtum*, vt humanam naturam Chriſti inſinuaret; dein addit, *Et iuſtitia oria-*

Exod. 33. Rom. 9. Rom. 1. Oſee. 3.

Cyrus cur iuſtus nominatur.

Abumbrati li ſeruatore ad verũ ſeruatorẽ gradus fit.

Chriſtus ex rore cœleſti cõcept⁹ eſt. Eſai. 19.

Pſal. 67.

Tit. 2.

Rom. 10.

Chriſtus Deus & homo ex Eſai.

tur ſimul. Vt diuinam, ſignificaret. Quam verò Paulo hæc conſentiant. 1. capitulo primo ad Corint. te docebit ipſe: vbi Chriſtum ſapiẽtiam & iuſtitiã appellat. ¶ *Ego Dominus creaui eum.*[a]) Verè Dominus ſolum creauit eũ. Etenim Chriſti conceptio ſpiritus ſancti ſolum modo opus fuit. Diſputant theologi ſi ſe habuit ad hanc Chriſti cõceptionẽ virgo beata tanquam agens, aut tanquã patiens. Etenim omnis actioque ĩ Chriſti conceptione extitit in ſpiritum ſanctum videtur referẽda, vt Lucas meminit, Spiritus ſanctus ſuperueniet inte &c. Et hoc rurſum loco, idem admonetur, Ego Dominus, ait, creaui eum. Ecquid mirandum eſt ſi beata virgo ad conceptionem Chriſti nihil coegerit, ſi aliæ etiam fæminæ ad naturales propriorum filiorum conceptiones, nihil agunt ſed potius recipiunt? id quod Ariſtotelicum placitum fuit. At quale quale hoc fuerit commentaria noſtra in libros Ariſto. de anima te docebunt. Qui locum Eſai. quem verſamus ad Cyrum referunt putant Cyrum diuino miraculo alitum à canicula quadam. At vero ſi magis conſentiunt (etiam ſecundum literam) verba hæc Chriſto, cur de Cyro intellecta volumus? ¶ *Væ.*[b]) Burgenſis de Herode illo puerorum iugulatore putat eſſe vaticinium: quippe contradixit Chriſti imperio. Et quia paruulos interfecit à bimatu & infra. Propterea ſubdit. ¶ *Væ qui dicis Patri, quid generas? & mulieri, quid parturis?*[c]) At vero non de Herode hoc loco mentio fit: imo potius de Balthaſare Babylonico principe. Hic enim contradixit Deo viuo. Quippe vaſa ſacra, ad impuriſsimos conuertit idolorum cultus. In hunc igitur inuehitur propheta illius exterminium ſubindicans, dicens. ¶ *Væ.* Quamque impium erat futurum Balthaſaris geſtum, verbis ſubiunctis demõſtrat. ¶ *Nunquid dicet lutũ figulo, Quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt.*[d]) Quaſi apertius dixiſſet, Num eſt aliquod opus qđ non habeat autorem? Quod ſi nullum eſt, reſtat, vt opus autorem ſuum reuereatur, & colat. Homo ergo, quippe qui eſt Dei opus, cur non reuerebitur Deum? Et ſecundam rationem addens, ¶ *Væ*, ait, *qui dicit patri ſuo, Quid generas?* Quaſi dixerit, Filius non debet iniuria patrem afficere, neque quidpiam effari quod ſit contra patriam dignitatem, & multò minus contra Deum vniuerſalem patrem. Quod ſi filij ab hoc ſermone, Cur me genuiſti abſtinere debent, quippe qui iniurius videtur patribus, itidemque ab illo ſermone, Cur me parturiuiſti, quod dedecus videtur inferre matribus, ſi illis obuertatur: quia ingratitudinem verba hæc præſeferunt: quid quod abſtinendum ſit à diuinis conuitijs? Sunt qui hæc ad hæreticos referant. Deo enim contradicunt, vt Arrius, qui verbum Dei Patris homouſion negat, Nam quaſi aiebat, Deo patri Arrius, Quid generas? & beatæ virgini, Quid parturis? Quippe purum hominem credidit Arrius virginem in lucem edidiſſe. At vero ſenſus hic tropologijs commodior eſt. Poteſt denique & ſenſus alter huic exhiberi loco Iudæi etenim nimia captiuitate labo-

ſimul. ego Dominus creaui eum[a]. Væ[b] qui contradicit fictori ſuo, teſta de ſamijs terræ, nunquid dicet lutum figulo ſuo, Quid facis, et opus tuum abſque manibus eſt? Væ qui dicit patri, Quid generas? et mulieri, Quid parturis[c]? Hæc dicit Dominus ſanctus Iſrael plaſtes eius, Vẽtura interrogate me: ſuper filios meos

An virgo paſsiuè an actiue ſe habuerit in concipiẽdo Chriſto.

Cyrus enutritus à canicula.

Abſtinendũ eſt ſummopere à diuinis cõuitijs

laborantes,prophetis libertatem pronun ciantibus fidem non præſtabant:imo potius illis ob murmurabãt. Vt facile indicãt Iudæi apud AEgyptios commorãtes qui Moſi,& Aaron obloquebantur. Fœtere etenim,aiebant, feciſtis nomen noſtrum coram Pharaone. Itidem contigiſſe Iudæis Babylonicis credendum eſt. Qui ergo contradicebant aut diſceptabant cum vatibus Dñi, cum Domino cenſentur diſceptaſſe:& Deo aduerſari. Væ igitur iſtis. Præter hæc cernentes prolongatam captiuitatem, parentibus imprecabantur. Nempe quod ad ſubeunda mala ſobolem progenuerint. Eſt autẽ ſamium vaſis genus apud Samios inſulares. Et teſta de Samijs idem eſt quod teſta fracta ex vaſis Samijs:cuius propter vilitatem meminit. Erat enim vas pauperculũ. Alij per Samium teſtam intelligunt. Eſt autem ſenſus teſta de Samijs,teſta figulina. Hanc enim figulo aduerſari non eſt operæpretium. Vſus eſt Paulus oraculo hoc ad Roma. 9. Nos ſupra latè rem diſſeruimus:quapropter in prẽſentia amplio ri dilucidationi parcendũ eſt. ¶*Hæc.* idolorum vanitatẽ rurſum exufflat. Quippe idola ignara ſunt:quare indigna quæ diuinis colantur honoribus. ¶*Super opus manuũ mearum mandaſtis mihi.* a) Legẽdum credo mãdate mihi hoc eſt,pphetis meis, qui vices meas gerunt:illos cõſulite de futuris,qui meo ſpiritu illa præuident, non

& ſuper opus manuũ mearũ mandaſtis mihi[a]. Ego [b]feci terram & hominem ſuper eam creaui: ego, & manus meæ tetenderũt cœlos, & omni militiæ eorum mandaui. Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiã & omnes vias ei[9] dirigam: ipſe ædificabit ciuitatem meam,

idola ſtupida,in quorum ore non eſt ſpiritus,neq; anhelitus. Patent quæ ſubdũtur vſq; ad eum locum. ¶*Ego.* b) Et de Cyro texitur ſermo,quem Dominus ſuſcitauit vt faceret iuſtitiam,& æquitatem,ſoluens ex

& captiuitatem meam dimittet, non in pretio neq; in muneribus, dicit Dominus, Deus exercituũ. Hæc dicit Dominus, Labor AEgypti[c], & negotiatio AEthiopiæ: & Sabaim viri ſublimes ad te trãſibũt,& tui erũt. Poſt te ambulabunt, vincti manicis pergẽt.

captiuitate terrima oppreſſos Iudæos. Neq; conductus talentismultis,aut obſequijs Iudæorum Cyrus affectus,illos libertate donauit, ſed diuino actus ſpiritu rem memorabilem ſeculis celebrauit. Verus autẽ Cyrus Chriſtus vtique non pretio, neque muneribus, captiuitatem illam ſub Satana omnium grauiſſimam laxauit, quippe non ex operibus iuſtitiæ,quæ fecimus nos:ſed ſecũdum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit. Et Petrus ait, Non corruptibilibus auro,& argento,ſed pretioſo ſanguine immaculati Chri nos redemptos eſſe. Gratis enim iuſtificamur per fidem,& nõ ex nobis,Dei enim donũ eſt. Ideſt iuſtificatio peccatoris nõ tribuẽda eſt meritis:quæ deſiderat peccator,ſed diuino muneri. Quia non eſt volentis,neq; currentis,ſed Dei miſerentis: qui vocat ea quæ non ſunt,tãquam ea quæ ſunt. Nã homines peccatores qui quaſi non ſunt aliquid corã Deo,quia à deo nihili pendun tur,deus iuſtificat, vt cũ iuſtis ſoliũ gloriæ teneãt. ¶*Hæc dicit Dñs labor AEgypti.* c) Si ad Cyrũ referas, (vt ipſa textus ſeries admonet)apertũ eſt qd velit. Cyrũ em̃ vult principẽ illuſtriſſimũ futurũ,orbiſq; Monarchã celeberrimũ. Gloria em̃ præceſſit

Cyrus non cõductus p̃cio aũt obſequio Iudæos liberauit. Tit. 2.

1. Pe. 1.

Rom. 9.

Rom. 4.

omnes monarchas priores, vt Eusebius Cæsarienſis epiſcopus lib. 1. hiſtorię eccleſiaſticæ tradidit. Idcirco & fruitus eſt laboribus AEgyptorum. Ideſt conquiſitis ex labore AEgyptio opibus, & negociationibus, & mercibus AEthiopicis, & Arabum, ſiue Sabæorum compos fuit diuitijs. Virique ſublimes in eius imperij ditionem colla ſubmiſerunt, & illorum referens trophæa, poſt ſe trahebat, hoſtes vinctos manicis. At verò memini me ſupra dixiſſe, cum Sennacherib Aſsyrio AEgyptios, AEthiopes, Arabes, militares iuxiſſe copias, in Aſſyrij regis præſidium, quos Domino per angelum ſuum deuaſtãte, Hieroſolymitæ ſub Ezechia ex hoſtium opibus locupletes facti ſunt. At hæc adumbrabant veri regis Chriſti dilatum imperium cui AEgyptius ceſsit labor, AEthiopicæ merces, atq; Arabicæ facultates. Nanque data eſt illi poteſtas omnis, ſiue in cœlo, ſiue in terra. Quãtum autem AEgyptus in gloriam ſudauerit Chriſti, anachoritę, & cœnobitæ AEgyptij claro reſonarunt opere, qui ſummis inedijs corpora ſua macerabant, & dies cum noctibus orationis glutino nectebant. AEthiopum vero primitias legis in eunucho Candacis reginæ. De Arabibus vero pſalmus non obſcure clamat, Reges Arabum, & Saba, dona adducent. Et vt ſemel dicã vt de omnibus triumphauerit Chriſtus Paulus docebit ad Coloſſe. 2. Spoliãs (ait) principatus, & poteſtates, traduxit cõfidenter, triumphãs illos in ſemetipſo: quibus omnibus Rex ille hymnidicus concinit. Inimici (inquit) eius terram lingent.

Cyrus imperij gloria ónes præceſſit orientales priores.

Mar. 16:

AEgyptijolim eximij cultores Chriſti. Pſal. 71.

Pſal. 71.

& te adorabunt[a] teq; de precabũ tur. Tantum[b] in te eſt Deus[c], & non eſt Deus abſq; te. Verè[d] tu es Deus abſcõdit[e]. Deus Iſrael ſalua

¶ *Te adorabunt.*[a]) Vnum verũ Deũ & hominẽ Chrm̃ eſſe eccleſia omnis cõfitetur adorat & prædicat. At ſi ad Cyrũ referas adorare nõ ex latriæ cultu hoc loco ſubaudiat quãdã ſuper excellẽtẽ veneratione, quam tanto monarchę ſubditi exhibituri erãt inſinuat. ¶ *Tantũ.*[b]) Cõcluſio eſt priorũ nam denarratis magnificis geſtis, quæ Deo autore per Cyrũ erãt adminiſtrãda, rẽ abſoluit propheta. Et ſubaudi, O cõgregatio Iſraelitica in te ſolũ eſt Deꝰ verus: nã dij gẽtiũ deriſorij dij ſunt: quos fallax iniquorũ opinio nõ vera fides induxit. Et obſerua quanta cautela legendi ſunt diuini codices. Etenim de repẽte qđ modo verſabat Eſaias mittit: & ad alia facit tranſitionem. Erat enim ſermo cũ Cyro, hũc dimittit interim & ad cętus Iſraeliticos diuertit ſermonẽ. Tantum, ait, *in te eſt Deus.* [c]) &c. Neq; crediderim ad Deũ reducẽdã orationem: vt ſit ſenſus, Tantũ ò Deus in te eſt Deus: eſt nanq; loquutionis abuſus, ad quẽ non cogit modo diuina ſcriptura. ¶ *Verè.*[d]) Deus vtique olim latebat gentes: nam notus duntaxat erat in Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Eſt ſanè Deus abſconditiſsimus, & manifeſtiſsimus: manifeſtiſsimus equidẽ: nulla nãq; natio tã barbara eſt, apud quã diuinitatis aliquis radius non fulgeat, vt ſcitè Cicero dixit, & Diuus Damaſcenus libro primo de fide orthodoxa. capi. 1. At verò Dei eſſentia incomprehenſibilis cum ſit, occultiſsima eſt, ſoliq; eſt ſibi nota, & à ſe ſolum comprehenſa. Quare Paulus, habitat, ait, lucem inacceſsibilem. Et is ipſe vtraque hæc eſſe in Deo, quæ diximus clarè docuit Romanis ſcribens. Quod notum, ait, erat Dei manifeſtum eſt in illis. Igitur in Deo quædam nota ſunt: alia vero ignota. Et rectè diuus Dionyſius libro de diuinis nominibus nihil notius, & ignotius Deo tradidit. Nam ſi eſſentiam ſpectes, ſibi ſoli comprehenſibiliter (vt ita dixerim) nota: at ſi diuinitatis fulgentiſsimos radios conſideres, nihil diuinitate notiuseſt. Quippe potẽtia Dei, atque ſapientia, & bonitas, ex creaturæ magnitudine & pulchritudine Sapiẽ.

Attẽtiſsimè ſuntlegendi diuini codices.

Deus patentiſsimus & occultiſsimus.

Nihilnotius nihilq; ignotius Deo & exponitur Dionyſius.

decimo

decimo tertio expendi poterunt. Vt nihil ſanè eſt oculo manifeſtius ſole, at nihil quoque eſt latentius. Radij nanque ſolis per ſe oculis omnium patent: at ipſa ſolis ſubſtantia latentiſsima eſt. Verè igitur Deus abſcondi-

Pſal. 17. 2. Paral. 6. 2. Reg. 22. Pſal. 69. Ioan. 1. Meta. 2.

tus eſt: quippe poſuit tenebras latibulum ſuũ, & in caligine habitat. Et verè iti dem Deus eſt manifeſtiſsimus quia lux vera eſt & in eo nõ ſunt tenebrę. Lux au tem per ſe mani feſtaria eſt: neque manifeſtan te alio opus habet. Et philoſophorum archiphiloſophus non abhorret ab hac veritate: diuina nanque eſſe manifeſtiſsima ſecundum naturam voluit, quæ alioqui obſcuriſsima ſunt. Nanque vt oculus nicticoracis ſe habet ad lucem ſolis, ita nos ad diuina callenda gerimus. Nicticorax enim tenuem ſolis notionem adipiſcitur: & nos quoque exilem diuinorum notionem aſſequimur. Nã videmus modo per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie

1. Cor. 13.

ad faciem. Atqui tunc quoque quãdo beata pace fruentur ſancti, ſi ad compræhenſiuam Dei notitiam noſtra conferatur, exilis notio eſt. Porrò quãtum noſtro propoſito ſeruit Deum ignotum fuiſſe gentibus, Iudæis autem notum ſub Iudaiſmo ſatis ſit dixiſſe. Locum hunc quoque non inepte vſurpabimus, ſi ad verbum caro factum, aut ad euchariſticum panem referamus. Etenim verè ſub carnis humilitate, diuinitatis latebat maieſtas. vt modo ſub panis & vini ſpeciebus, diuina Chriſti conditur gloria. ¶ *Confuſi ſunt.*[a]) Per futurum lege. Vocat autem idola errores quia incentiuum ſunt idololatriæ: & fabricatores idolorum, errorum fabricatores appellat. Quippe offendicula inſi

Incarnatio Chriſti & euchariſtia.

tor. Cõfuſi ſunt[a] & erubuerunt omnes ſimul abierunt in confuſionem fabricatores errorum. Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna: nõ cõfundemini[b], & nõ tabeſcetis vſq; in ſeculum ſeculi. Quia hęc dicit Dñs[c] creans cœlos, ipſe Deus formans terram & faciens eam, ipſe plaſtes eius:

pientibus præſtiterunt. Vtique æquum erat, vt pudor ſuffunderet idolorum cultores, quippe illos colebant Deos, qui præſidio nequibant eſſe ſuis: in Deo autem eſt ſalus ęterna. At qui Hiero. locum hunc etiam ad Chriſtum retulit. Et enim Cyrus ſoluens duriſsimã illam captiuitatem, non donauit Iudæis ſalutem ſempiternam. Poſtmodum enim cladibus varijs, variè ſunt preſsi Iudæi. Per Chm aũt nobis æterna ſalus pollicetur ſcriptura. At phraſis eſt Hebraica ſempiternaquoq; dicere ea, quę lõgo ſunt duratura æuo. Eſt aũt verbũ Hebraicũ holamim æternitatẽ immẽnſam ſignificans. Et. 70. locũ ediderũt ſaluamini à Domino ſalute æterna: non confundentur, neque erubeſcent vſq; in æternum vltra. Quæ tranſlatio ad ſpatia ſolũ lõgi æui cõmodè torqueri non poteſt, nã ęternũ & vltra ſolum ipſius eſt æternitatis. Niſi dixerimus ſub typo temporaneæ libertatis præſtitæ Iudæis à Cyro, æternam libertatem fidelibus cõcedendã adũbratã fuiſſe à ppheta. Quod ſi literã hãc cõtẽdas Cyrũ ſpirare, dixerim tibi literæ huiꝰ ſpiritũ, verũ ſeruatorẽ Chm indicare. Porrò holã vñ plurale holamim deriuatur, Hebręis eſt æternitas, ſeculũ ideſt infinitũ. Et nõnũ quã, vt Rabbi Dauid Kimhi docuit tẽpus denotat lõgũ, vt iã nos tradidimus. ¶ *Non cõfundemini.*[b]) Hebræi in Dño iactãtes ſuã fiduciã, erubeſcere neq; bãt: imo oẽs gẽtes quæ (vt liber ſapiẽtiæ cõmemorat) diuinis fretæ ſunt põſidijs cõfundi aut pudefierinõ poſſunt. Propterea ait, Nõ cõfundemini in ſeculum ſeculi ſiue æterno. Vt aũt captiuorum diffidentium ſpem erigat ſubdit. ¶ *Quia hæc dicit Dñs &c.*[c]) Meminit Deũ

Sempiternũ p eo quod longo tempore durat vſurpatur etiã à latinis.

Holã & holamim Hebræis æternitas eſt.

eſſe vniuerſorum conditorem, vt ſpes iacens vegetata pollicentis immenſa potentia leuetur,& corroboretur,vt facile credant Deo promptum eſſe captiuitate velut morbo grauiſsimo languentibus, libertatis pharmacum per Cyrũ admouere. Et mecum obſerua populum ſuũ Deus per gentilem Cyrum aſſerere diſpoſuiſſe: vt iam velut ſub nube adumbraret gentium vocationem, neque Deũ ita exhorrere gentes, vt Iudæi putãt. Quippe Deus non Iudæorum tantum,ſed & gentium,& huic veritati conſonum eſt quod ſubdit, de terræ formatione. ¶ *Non in vanum creauit eam: vt habitaretur formauit eam.* [a]) Quaſi apertius dixiſſet, Terra vaſtiſsima eſt,quam Iudaica natio occupare nequit: quippe quæ minima eſt,tantæ terrarum implendę vaſtitati. Otioſe igitur eſſet à me condita, ſi gentes perpetuo reijcerem, & odio illas haberem,quaſi meæ creaturæ non eſſent. Quæ omnia illò tendunt, vt non arduum creditu apud Iudæos cenſeretur per hominem gentilem incircũciſum, qui erat Cyrus captiuitatem Babylonicam ſoluendam tandem eſſe. Erat enim quantum ſeries huius textus indicat Iudæorum hæc hæſitatio,quomodo populus Dei per idololatram erat eruendus à captiuitatis ergaſtulo. ¶ *Non in abſcondito.* [b]) Ideſt quæ vobis pollicitus ſum de relaxanda captiuitatis miſeria, certum facio vobis. Etenim non clanculum vobis promiſi, ſicut ij qui clanculariter pacta ineunt à quibus retrahunt poſtmodum pedem, quia citra arbitros rem egerunt, quorum teſtimonia effugiunt, ne poſtmodum conuincantur. Non ego itidem,at clara & reſona voce per prophetas meos Eſaiam,Hier. &c. vobis libertatem edixi: neque retractabo quæ per meos tractaui vates. Vides, vt noſtræ imbecillitati ſeſe attemperat Deus. Qui ſiue palam,ſiue clam loquatur firmũ eſt,quod loquitur. Hiero. & alij ad legis latio-

Cur Deus p gentilẽ regẽ aſſeruit populum Hebræum.

> non in vanum creauit eam : vt habitaretur formauit eam[a]. Ego Dominus, & nõ eſt alius. Non in abſcondito[b] locutus ſum in loco terræ tenebroſo : non dixi ſemini Iacob. Fruſtra quærite me. ego Dominus loquens iuſtitiam annuncians recta.

nem quam Moſes publicitus coram. 12. tribubus euulgauit,locum retulerunt, & ad legem euangelicam,cuius fama orbem impleuit totũ. Et Dominus, Ego,ait, palam loquutus ſum, & in occulto loquutus ſum nihil. Et rurſum prædicate euangeliũ omni creaturę. At vero textus conſequẽtia priorẽ ſenſum magis cõplectitur. Et re vera hoc curãdũ eſt, vt palã doceamus quæ Dei ſunt, hoc eſt Chriſtianæ religionis documẽta. Nõ enim vacãt à mali ſuſpicione qui clandeſtinas & ſuffuratas inſtillant doctrinas. Nã qui malè agit,& malè loquitur,odit lucem. Quippe lux arguit & damnat tenebricoſas, & angulares doctrinas. Id quod dolet Hiſpania noſtra doctores quoſdam habuiſſe occultos,qui illa docebãt,quęnõ ſapiebant ſanam doctrinam: imo cancerioſam & hircoſam pruriebant diſcipulorũ auribus. At Deo laus qui hanc labem deterſit per inquiſitorias, & vltrices flãmas. At vero Deus,qui eſt lux ipſa,atq; veritas qui verè eſt Deus abſconditus, Non in occulto,ait,loquutus ſum,in loco terræ tenebroſo. At hæretici iſti tenebrarum latibula quærebant, vt loquerentur. Vtique quia non diuina,ſed diabolica loquebantur. Nam ſi doctrinam lucidam & veram iactant, cur in abſconditis, & ſubterraneis illam muſitant? Imo planum eſt mendaces eſſe magiſtros, qui non palam docere curant : vt ſupremus fecit magiſter Chriſtus,qui palam loquutus eſt. Et quæ in aure, ait, auditis prædicate ſuper tecta.

Ioan.18.

Ioan.3.

Hæreticorũ mos eſt quã do ſe inſinuant clãculo docere & inſtillare falſa, dogmata

Deus ſiue palam ſiue clã loquatur firmũ eſt quod loquitur.

Nec

Matth. 10. Nec tamẽ me latet quædam ſecreto Chriſtum dixiſſe. Aſſumpſit enim Apoſtolos ſuos ſecreto, & ait illis, Ecce aſcendimus Matth. 10. Hieroſolymam: & id genus alia, quæ ſparſa ſunt in ſcripturis. Cæterum illa clanculum differebat, & docebat, quæ poſtmodum euulganda erant in orbem, quando euangelium capaces aſſequeretur auditores. *Non.* Deus Iudeos non in vanum elegit: ſed vt carnem ex illorum genere acciperet: quare non erãt perdẽdi donec Chriſtus adeſſet. ¶ *Congregamini.*[a]) Aperto iã ſermone vocationem gentiũ ad euangelicam gratiam obtinẽdam pandit. O

Cõgregamini[a], & venite, & accedite ſimul: qui ſaluati eſtis ex Gentibus[b]: neſcierunt qui leuant lignum ſculpturæ ſuæ, & rogant Deum non ſaluantem. Annuntiate & venite[c], & conſiliamini ſimul, quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud? nunquid

gentes videlicet congregamini, quippequi cum Chriſto nõ congregat, verè ſpargit. Ideo accedite quæ laboratis & egenæ eſtis, vt reficiat vos Chriſtus. Memento hoc loco præteritum tempus vſurpari ꝓ futuro, vt aliâs ſępiſsimè. ¶ *Quæ ſaluatæ eſtis ex gentibus.*[b]) Ideſt ſeruãdæ eſtis Chriſti gratia ex gentium genere & turba. Et quia ſaluti gentium hoc in primis neceſſarium erat idola abiurare, ideo idola eſſe vana rurſum repetit: quippe quæ impotentia ſunt, vt ſibi deditos ſaluent cultores, & ignara, vt mala vẽtura, aut bona præſentire poſsint. ¶ *Annuntiate, & venite.*[c]) Ideſt vos ò idololatrę cõuocate cõcionẽ, & accedite, & proponite ſi quid habetis, quod idolis veſtris ſuffragetur: & cũ nullum numinis veſtigium illa habeant, illa prorſus relinquite, & me verum, & vnum Deum colite. Ego enim ſum Deus iuſtus, & ſaluans: iuſtus, quia vnicuiq; ſecũdum operũ ſuorũ exigentiã retribuo, & ſaluãs ab omni malo. Conuertimini igitur ad me omnes fines terrę. Martiõ delirus duos credidit Deos.

non ego Dominus, & non eſt vltra Deus abſque me? Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me. Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & nõ eſt alius. In memetipſo[d] iuraui: egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum[e], & non reuertetur: quia

Martion hæreticus credidit hoc inductus teſtimonio, eſſe Deum quẽdam iuſtum, aliũ iniuſtum. Delirus vtiq; homo diuina epitheta vertẽs in diuini numinis diuiſionem. Nõ enim quia Deus ſe vocat iuſtum, & ſaluantem, conſequens eſt Deũ alium eſſe vltorẽ alium ſaluantẽ. ¶ *In memetipſo.*[d]) Iurat Deus ꝓ ſemetipſum: nõ enim habet maiorẽ per quẽ iuret. ad Hebr. 6. Porro Deus vtitur iuramẽto, nõ quia Dei ſimplex verbũ non ſit ipſiſsima veritas. At vt nõ ſemel diximus, hoc eſt diuinæ inſcrutabiliſq; prouidẽtię, creaturis ſuis iuxta propriũ naturæ cõſulere modũ. Ideoq; hũc humanũ morẽ iuramẽto ſcilicet firmãdi quæ firmiſsima eſſe amãt, in ſuũ quoq; morẽ accipit Deus, per ſemetipſum iurãs, vt firmiſsima & certiſsima eſſe, quę promittit, humana infirmitas cõcipiat. Et vide quale eſt, qđ iurat. ¶ *Egredietur iuſtitiæ verbũ.*[e]) Eſt hoc vtiq; verbũ quod nõ retractabitur: quia nihil fallentiæ gerit. Verbũ autẽ iuſtitiæ dicitur ipſa captiuitatis Babylonicæ relaxatio, quã ꝓ ſuos promiſerat vates: qđ ſe nõ quaſſaturũ, ſed opere docet mõ eſſe expleturũ. Hęc eſt enim iuſtitiæ portio quædã, quæ dixeris ſe

Iuramẽtũ Dei perſe ipſum eſt.

Iuſtitiæ eſt portio complere quæ pollicemur.

mel opere complere,maximè quæ iure iurando firmata ſunt.Et rurſum euangelicũ verbum(quod ſummæ gratiæ eſt)eſt verbum iuſtitiæ. Quia impium iuſtificat, & Chriſtum veram iuſtitiam eſſe docet.Propterea ſubiecit.

mihi curuabitur omne genu[a], & iurabit oĩs lĩgua.

¶*Mihi curuabĩt omne genu.*[a]) Euangelicam gratiam patenter hæc inſinuant verba.Sub qua Paulus philippẽſibus ſcribens ait, Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur.Et ad Roma.idem Paulus hunc citat locum.Sicut ſcriptum eſt,ait,viuo ego,dicit Dominus,quoniam mihi flectetur omne genu,& omnis lingua confitebitur Deo.Etiam ſi non eiſdem verbis locum denarrat,quibus Eſaias. Apud quem nõ legimus & omnis lingua confitebitur Domino:at hoc modo, Et iurabit omnis lingua. Verum ſenſus idem ſub varietate verborum comprehenditur. Iuramẽtum naną; veritatis cõfeſsio eſt ſub atteſtatione diuina.Omnis naną; qui iurat, Deum proteſtatur veraciſsimum eſſe, & omniſcium eſſe. Quippe iurare non aliud eſt quam Deum veritatis occultę teſtem facere.Eſt autem diſtributio accõmoda in verbis iſtis.Iurabit omnis lingua, aut confitebitur omnis lingua. Etenim multæ linguæ ſunt,quę verum Deum non confitentur,aut per Deum non iurant, vt ſunt linguę idololatrarum,& infidelium.Quæ ſanè Chriſtum non confitentur: neque per nomen eius iurãt. Quapropter ſenſus eſt, omnis lingua iurabit fidelium:vt eſt illud, Illuminat omnem hominem venientem in mundum,ſcilicet, quem illuminat. Eſt porrò hoc loco Eſaiæ ſermo implexus ſatis.Non eſt enim in propatulo quid velit, quãdo ait.¶*Ergo in Dño dicet, meæ ſunt iuſtitiæ & imperiũ.*[b])Iſtud eñ ambiguũ eſt. Quis enim ſit qui hoc dicet nõ expoſuit. Nũ iurãs in Dño hoc eſt fidelis dicet meę ſunt iuſtitię,& imperiũ?non arbitror.Dei enim ſolius eſt impij iuſtificatio, & glorificatio,quia gratiã & gloriã dabit Dominus.Tranſlatio diui Hiero. in hiſpanenſibus biblijs non ſingulariter legit, & dicet, ſed pluraliter & dicent:vt ſit clauſula hęc, *Ergo in Domino dicent.* Poſt quam ſequatur,*Meæ ſunt iuſtitiæ, & imperium.* Et ſenſus hic erit, Iurabit omnis lingua p Dominũ: vnde per Dominum quoq; dicent: ideſt verba ſua firmabunt:& ad Domini gloriam ſermones ſuos cõcinnabunt. Dein diuinam agens perſonam propheta ſubdit, Meæ ſunt iuſtitiæ, & imperium. Septuaginta interpretes paraphraſi illis ſolita lucidum fecerunt quid Eſaias velit. In hunc nanque modum interpretati ſunt,*Et iurabit omnis lingua Deum dicens, iuſtitia, & gloria ad Deum veniet.* Nanque ſingulariter etiam legerunt dicendi verbum & veniendi vt biblia habent fere omnia,quæ videre mihi licuit, & Hebraicè dicet legimus,& veniet in clauſula inferiori.Refert tñ nihili,quippe cõſueto hebraiſmo exponere per ſillepſim licebit numerum pro numero. Puto tamen violentam eſſe expoſitionem aliam ſi ad fideles referamus verba prædicta.*Meæ ſunt iuſtitiæ & imperium.* Quia lex illa vetus iuſtificationis gratiam nõ obtinuit, niſi ſolum quia Chriſtum venturum adumbrabat: & ianuam nonreſerauit cœleſtem.Et regnũ cœlorũ ab illis ablatum eſt docente Domino. Auferetur,ait,à vobis regnum, & dabitur gẽti facienti fructus eius.Matth.21.Eccleſia igitur catholica iuſtificationis cõſummatiſsiſimę gaudet honore,& regni cœleſtis dignitate. Propterea ait ſub eius perſona, *Meæ ſunt iuſtitiæ & imperium.* Ego mallẽ Deum agens,non eccleſiam Eſaiam protuliſſe quæ diximus: quippe Deo germaniſsimè congruunt. Oportet autem puncto integro premere orationem illã,*Ergo in Domino dicet.* Mox noua cõſequitur ſentẽtia,*Meæ ſunt iuſtitiæ & imperium:* Quæ cum

Ergo ĩ dño dicet Meæ ſunt iuſtitiæ et imperiũ[b]:

Ad Phi.2.

Iuramẽtum eſt veritatis cõfeſsio ſub atteſtatione diuina.

Diſtributio accomoda ſcriptura.

Lex vetus iuſtificationis gratiam non habuit niſi qa Chriſtum adumbraba.

cum priori non connectitur. Et concinit quod ſubiecit. ¶ *Ad eum.*a) Eſt autem perſonæ mutatio, *Ad eum, pro ad me. Venient*: ideſt electi mei, ait Dñs, ad me venient: & confundentur oēs, qui repugnant ei, ideſt mihi. Quaſi diceret quia iuſtificatio, & glorificatio, & vniuerſale rerū imperiū mea ſunt, gentes aliquando ad me conuerſæ venient: & qui contra Euangelicam gratiā calces iecerint pudefient de delicto ſuo. Nam teſtante Luca. c. 9. qui erubuerit me, & ſermones meos: hunc filius hominis erubeſcet cū venerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorū Angelorū. ¶ *In Domino.*b) Ideſt per Dñm iuſtificatio mortalibus cōceditur: & gloria, & laus adeſt illis. Semē hoc loco filios ſignificat, vt ſæpè alibi. Aduertisne vt ītermiſcuit Meſsię gratiā vēturā tāti ſperdū de Cyro Perſarū rege meminerat?

Perſonæ mutatio familiaris ſcripturæ.

ad eum a veniēt, & confundentur omnes qui repugnāt ei. In Domino b iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſrael.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput 45. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio vnica, De ineffabili diuini verbi incarnatione, cuius prothema eſt. Rorate cœli deſuper. Eſaiæ. 45.

Humanatio diuini verbi ſummisfuit exoptata votis.

IAM PRIDEM DEſiderata illa à priſcis illis beatiſsimisq; patribus dei humanatio, & rudibus Typis illis antiquæ legis adūbrata, & per Deiloquos vates ſummis encomijs celebrata, & demū indubitatis vaticinijs pronunciata, tunc cœpit orbi clareſcere, quando Angelus Gabriel cœleſti fungens legatione ad virgūculam vnam ætate quidem virgunculam, at vero virtutum incrementis planè Angelicam & diuinam fœminam, miſſus eſt in ciuitatem Nazareth. Tunc æquidem cœli cœperūt exoptatum exalto demittere rorem, tunc nubes deſideratam cœperunt ſtillare pluuiam, tunc deniq; terra intacta citra corruptionem concepit mundi ſeruatorem. Quamobrē diuus Lucas Euangeliſta hoc Eſaiæ vaticinium, quod mihi in prothema huius declamationis præfixi, vt & cætera expleta iam eſſe docens ait, Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen erat Nazareth. Decētiſsimum nempe erat tantæ legationi exequendæ digniſsimum deſtinare legatum: qualis Gabriel Angelus erat. Non enim prophetam quempiam eximium, aut Patriarcham inſignem virgini ſalutandæ deſtinauit Deus, at Angelum Gabrielē. Neque ab re factum puta, decebat enim vt in corruptiſsimæ fœminæ, quæ ex virginitatis rariſsimo honore Angelis erat cognatiſsima, Angelus delegaretur. Quamobrē cæteros patres, atque Prophetas vt pollutos, à tanta expulit obeunda legatione. Audi enim quid dixerit Eſa. Ego contaminaui principes ſanctos. Et de Prophetis prius dixerat, Interpretes tui præuaricati ſunt in me. Abſonū porrò videbatur præuaricātes ad virginē legare præuaricationis expertē. Neq; admodū ratiōi cōſonū erat, cōtaminatos deſtinare ad virginē labis oīs, & cōtaminationis neſciā. AEquū igitur erat vt puriſsimæ virgini Mariæ puriſsimus quoq; legatus à Deo mitteretī. At qui de oībus angelicis ſpiritibus Paulus illud celebre verbum cōmemorat, Omnes

Cur Angelus Mariæ mittit legatus.

Eſai. 43.

ſunt adminiſtratorij ſpiritus, miſsi propter eos, qui hæreditatem capiũt ſalutis, at Gabriel cæterorum ſpirituum adminiſtrationes, quas multas legimus in ſcripturis, facile ex hac vna adminiſtratione antecellit. Etenim hæc adminiſtratio homines à miſeria leuat æterna, & ad gaudia paradiſi traducit: hæc legatio Angelis cœleſtibus gratiſsima quoque eſt. Non enim ſolummodo per illam humani reſtituuntur lapſus, quin etiam & Angelicæ reſtaurãtur ruinæ. Sedes nanque cœleſtes, quas maligni vacuauerunt ſpiritus, hæc Gabrielis implet beata legatio. Per hanc enim efficiuntur homines æquales Angelis Dei. Quod ſi gaudium eſt Angelis Dei de peccatore vno, qui ſuos ſerio deflet animi miſerabiles caſus, quanto maiora putabis ex hac legatione choris Angelicis fuiſſe gaudia, ſuper vniuerſo hominum genere labibus, & contagionibus fœdiſsimis infecto, quod iam per hãc legationem ad perditam mũditiem, ad collapſam priſtinam dignitatem reparandum cernunt? Tædebat ſanè Angelos, quòd homines, quos Deus ad imaginem, & ſimilitudinem conditerat ſuam, perditum ire aduertebant. Etenim quo Deo ſimiles erant, eo quoq; cum Angelis etiam beatis ſimilitudinem gerebant. Dolebant igitur quod diuina & ſua ſimilitudo ita commaculata eſſet, vt peſſum iret. At hodie tædia remouentur, dolores faceſſunt, Gabriele nũciãte, Deũ eſſe adeo hominum amantiſsimum, vt decreuerit verbum ſuũ hominẽ fieri. Annotauit autem Albertus Magnus in Lucam, non ſolum Gabrielẽ de cœlo diſceſsiſſe, ſed angelica grandi ſtipatum caterua legationem hanc ſaluberrimam obiturum deſcendiſſe. Etenim tã beatis gaudijs, tãfœliciſsimis nuntijs choros æquum erat Angelicos intereſſe. Neque creditu eſſe difficile hoc cenſuerim ſiquidem nato Domino Angelus Domini circunfulſit circa paſtores commemorante Luca: & ſubito facta eſt multitudo militiæ cœleſtis cum illo. Ecquid mirum ſi Gabrieli orbis ſalutem prænuntianti etiam multitudo cœleſtium ſpirituum coaſtiterit: cum vt inſolitam & nuſquam ſeculis auditam legationem audirent, vnde incredibili afficerentur gaudio, tum vt virginem Mariam quam tanti Deus faciebat, vt ex illius vtero carnẽ aſſumeredignaretur aſpicerent? Quam enim matrem Domini eſſe cernebant, tanquam Dominam ſuam, imo vniuerſorum iam debito cultu tunc venerari cœperunt. Nihil enim habẽt in creatis rebus angeli, quod mirentur, cũctis nanq; dignitate præſtant: at vero excepta Chriſti aĩa hanc vnicè mirãtur virginem, in cuius ſecreto viſcerum, & puriſsimo thalamo, caro parabatur diuino copulanda verbo. Vnde huic angeli planè cedunt, continuoq; omnem huic virgini ſubeſſe creaturam par eſt. Iã vero vobis ò beatiſsimi Dei ſpiritus, qui diuinum ſemper cõſideratis vultum, adeſt virgineum digniſsimumq; ſpectaculum, digniſsimum ſanè quod cernatis ſpectaculum. Etenim mundus tanto in dignus eſt ſpectaculo. Quamobrem obſecro beatitudinem veſtram, vt nobis clientulis veſtris, huius virginis, quam attentiſsimè ſpectatis, maieſtatẽ denarretis. Hoc enim ſummis à vobis votis ſcire auemus, qualis ſit hæc virgo: quam omnium conditor in matrem ſibi ſeligit, cuius commodo vtero. 9. menſibus non exhorruit, cuius amauit lacte paſci, cuius voluit brachijs geri. Scio reſpondebitis virginẽ hãc vobis quoq; miraculo eſſe & viribus veſtris impar eſſe quod petimus, vt tantæ virginis gloriam nos doceatis. Idcirco diuinas ipſas muſas conſulamus, quas diuinus inſpirauit ſpiritus, hic vnus eſt, qui docere, & inſtruere nos poterit, qualis hæc virgo ſit. Nam hic qui angelorum eſt inſtructor ad diuina tenenda myſteria, erit & noſter, vt eadem aſſequamur. Iam ergo quid hic ſpiritus de hac ſacerrima virgine demonſtret accipite. Hortus concluſus, ait, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, emiſsiones tuæ paradiſus. Horto concluſo virgo hæc cõfertur

Hebr. 1.

Legatio Gabrielis grata Deo Angelis & hominibus.

Luc. 20. Luc. 15.

Gabriel ad ſuã legationẽ abſoluendam habuit etiam alios Angelos ſocios. Luc. 2.

Angeli creata omniano tam mirantur quã virginem Mariam.

Mariæ celſitudo ab angelis ſanctis exponenda eſt.

Diuina ſcriptura docet qualis ſit virgo Maria.

Canti. 4.

non

non cuilibet horto, at concluſo, non cuilibet fonti, at ſignato. Eſt autem hortus hic amœniſsimus, longe ſuperans hortum illum, in quem ſub mundi primordijs primus humani generis tranſlatus eſt parẽs. Illeſanè delicioſus hortus erat, atque irriguus, odoriferus atque pomiferus. Mortis expers, vitæ largitor perpetuæ, cuius colonus immortalis eſſet ſi ſupremi coloni Dei hæreret præceptis. At virginei horti deliciæ vincunt planè omnes terrenas delicias: huius fragrantia virtutum, vniuerſa ſuperat aromatum odoramẽta: huius horti irriguum non eſt ex nubibus iſtis, quas oculis ſpectamus noſtris: at in eum diuina deſuper deriuantur ſtillicidia. Iuxta noſtrum prothema, Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Non ſat erat dicere rorare cœli, ſed adiecit deſuper, ecquid deſuper? Si cœli irrorant nonne deſuper eſt irroratio? vtique deſuper: quia quem cœli capere non poterant, tu virgo vtero tuo contuliſti. Ros igitur quo hæc infunditur virgo, ros ille lucis eſt quem Eſa. 26. capitulo. commemorat. Ros, ait lucis ros tuus. Ros vtique lucis: quippe is quem cõcepit, lux vera eſt, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non ergo ab hoc viſibili cœlo, hunc expectes rorem, ab inuiſibili nanque cœlorum Domino, hic ros in virginem deſcendit. Idcirco Eſaias, Rorate, ait, cœli deſuper. A tribus nanque diuinis perſonis incarnationis peragitur opus. Vna eſt enim Trinitatis beatiſsimæ operatio, & vnũ eſt duntaxat Dei verbum, quod incarnatur. In actione etenim incarnationis indiſcretæ perſonæ diuinæ ſunt: quippe incarnatio exterior eſt operatio. At eò ſolũ ſunt diſcretæ quò ſolus filius homo eſt, non pater, neque Spiritus ſanctus. Hunc igitur hortum Spiritus ſanctus ſolum irrigat, vt Eccleſiaſticus te docebit capitul. 24. Rigabo, ait, hortum meum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Eſt enim virgo ſacroſancta hortus non vnius plantationis, at innumeras habet & illas planè diuinas plantationes. Conſita nanq; omni virtutum eſt genere, omni bonorumque cœleſtium vbertate pingueſcit. Nam virginitatis ſi deſideras intemeratã integritatem, ſi humilitatis profunditatẽ, ſi fi dei ſplendorem, ſi charitatis immenſos ardores, ſi ſenſuum mortificationẽ ſi carnis caſtimoniam, ſi pudoris incorrupta exempla, & id genus alia, quæ numerare nemo ſufficiet, omnia hæc vt germina quædã diuina virgo confertiſsimè in ſe hæc habet. Peperit autẽ vitæ æternæ fructũ Chriſtũ Dominum, vt virtutũ florentibus comis, fructũ cœleſtẽ adiungeret. Hortus igitur concluſus eſt, & fons ſignatus. Concluſus ſanè quia nulli patuit hortus hic niſi conditori deo: nõ Satanæ, nõ peccato, nõ morbidis affectibus, ſed ſummę ſolũ patuit ſanctificationi, Ezechiele teſtante, Porta hęc clauſa erit non aperietur: & vir non tranſiet per eam. Ad hæc fons eſt ſignatus, ſignaculo Dei. Nam ſi electi omnes à Deo ſignati ſunt teſtante Paulo, electiſsima virgo an non ſignatiſsima erit? Fons vtique virgo ſanctiſsima eſt: quippe vniuerſalis Chriſti Eccleſia ab hac virgine propitiationem Dei erga ſuos fideles haurit. Fons eſt filius Chriſtus, & fons Maria mater. Filius nempe fons eſt, vnde perenni tramite ad nos ſcaturiunt vniuerſa bona: vnde largifluè riuatur Dei ſpiritus omnis, & Dei chariſmata deſcendunt vniuerſa. At Maria fons eſt nanque precibus ſuis, ſcaturientia filij dona, in nos ex nimia charitate deducit. Porrò autẽ accepit Abraham quõdã ſignaculũ iuſtitiæ fidei, quod ſi iuſtificatio Abrahæ ſignaculo celeberrimo fuit ſignata, quale putas fuiſſe maternitatis diuinæ, qua fulſit Maria ſignaculũ? Nã q; non carnis fuit hoc ſignaculũ, ſed ſpũs. Carnis nãq; ſignaculũ exiguũ eſt qđ tãta myſteria virginisq; ſingulares prærogatiuas ſignet. Fuit igitur huius beati fontis ſignaculum internum, in mentisque arcanis cõditũ. Vtiq; qđ citra peccati primitiui labẽ cõcepta fuerit, vitæq; curſum citra maculã cõſummauerit. O pulcherrimum

Gen. 2.

Maria hortus delicioſus & amœniſsimus.

Maria cœleſti rore irrorata fuit.

Incarnatio à tribus diuinis perſonis celebrata fuit.

Loc. Eccleſiaſtici expenitur.

Ezech. 44.

2. Cor. 1. Ad Eph. 1. & 4. Apocal. 7.

Roma. 4.

Gene. 17.

Signaculũ maternitatis quale fuit in Maria.

signacu-

ſignaculum,quo ſignatur Maria virgo, ò ſignaculum ſingulariſsimum, quod præter hanc virginem contigit nemini. Hoc ſignaculum tenaciſsimum eſt, ab omnibus Satanicis aſtubus,fraudib⁹, & technis violari nõ poteſt. Fons ſanè ſignatus, quẽ
Ezech. 44. ſignauit Spiritus ſanctus. At vero quæ ſignantur clauduntur,virgo ergo ſignatur, hæc & clauditur:quia nemini niſi ſignanti Deo patet. At hortus eſt concluſus, & fons ſignatus,& hortus item reſeratus, & fons reſignatus. Quid miraris ò bone,qua ſi pugnãtia protulerim?ſi peccato eſt clauſus hic hortus, peccatoribus eſt apertus hic hortus:ſi Satanæ eſt ſignatus hic fons, inimicis Satanæ eſt fons hic reſignatus.
Virgo Maria fons patens fidelibus. Eſt nãque fons ille quẽ Zacharias capitulo. 13.commemorat. In illa die erit fons patens domui Dauid,& habitãtibus Hieruſalem:in ablutionem peccatoris, & mẽſtruatæ. Etenim beatiſsima virgo in domo veri Dauid Chriſti (quæ eſt Eccleſia Catholica)eſt hic fons patens,in ablutionem peccatoris,& menſtruatæ.Nam peccatores peccatorũ pondere preſsi,& menſtruatæ conſcientiæ hoc eſt criminum, & delictorum menſtruis coinquinatæ, diuinum erubeſcunt conſpectum, vt ille exẽplo nobis eſt qui pectora tundens,non audebat oculos cœlum leuare verſus, ſimili
Lucæ.18. ter Magdalena Chriſti aſpectum formi-
Lucæ.7. dans,retro ſtans ad pedes Domini prouoluitur. At verò homines criminoſi huius virginis non pauent vultus,quam certa tenent fide in peccatorum gratiam matrẽ eſſe miſericordiæ, fontemque dulciſsimarum aquarum, patentem cunctis fidelibus,illosque interna illa vocantem voce.
Eccle: 24. Tranſite,ait, ad me omnes, qui concupiſcitis me,& à generationibus meis implemini.Requires forſitan quæ ſunt huiusvirginis generationes?Sed cur iſtud rogitas? ſi meminiſti Chriſtum dominum ab hac virgine natum fuiſſe, per quem omnes quotquot regenerantur ad Deum mortales, regenerationis gratiam adipiſcuntur. Et qui magis ex hac generatione implebitur ille vtique beatior,& contra ille infœlicior, qui ab hac generatione remotior extiterit.Neque tuam volo vt ſuperet fi-
Solicita eſt patrona Maria peccatorũ fideliũ. dem hanc virginem delinquentium fidelium ſoliciram eſſe patronã. Etenim quæ vtilitas eſſet in ſanguine filij ſui, ſi fideles
Pſal. 29. deſcendunt in corruptionem. Filij igitur ſui ſanguinis amantiſsima,ſanguinis eiuſdem profectum ſummè expoſcit. Quam obrem anxia eſt,ſolicita eſt hocq; ardentiſsimè cupit,& inſtantiſsimè precibus ad filium ſuum porrectis curat, vt tanti ſan-
Preces Mariæ ſanguinem Domini peccatoribus applicant. guinis pretium nõ inaneſcat,ſed vt par eſt frugi ſit mortalibus vniuerſis. Si igitur delictorum te turbat conſcientia deſperatione ne frangaris. Ito, ito,ad fontem hũc ſignatũ,at nõ ſolũ tibi ſed vniuerſis patẽtẽ: hanc precare ſolertiſsimè virginẽ,vt menſtrua tua,& ſordes abluantur.Huius enim fontis hæc eſt fluens actio peccatorũ noſtrorum detergere ſordes,& ſpiritualium mẽſtruorum fœdas abſtergere maculas. Et horti huius fructus paradiſus eſt.Emiſſiones,inquit Salomon tuæ,paradiſus.Sũt autem emiſsiones idẽ quod propagines, aut plãtationes,habes iã huius diuini horti eximiam propaginẽ Chriſtũ dñm eſſe.
Sãcti oẽs fideles myſtica Mariæ ſoboles. Habes quoq; ſanctos huius virginis myſticã eſſe ſobolem. Etenim ſancti fratres
Ad Heb. 2. Chriſti ſunt,nõ enim cõfunditur illos vocare fratres. At Chriſtus propagovera virginis eſt,ex qua carnẽ accepit, Sanctos verò ,ppagines eſſe virginis ſecũdũ Dei gratiã ſcitè dixeris.Sũt em oẽs huius virginis per adoptionem filij,vt & Chriſti ſunt fratres.Emiſsiones igitur iſte paradiſus ſunt: etiã ſi propago illa(quę eſt vitis vera Chriſtus)veraciſsimè eſt paradiſus.Hæc nanq;
Ioan. 15. (ait is ipſe)eſt vita æterna, vt cognoſcãt te Deũverũ:& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Legimus dominum in carne agentẽ mortali frequentaſſe hortos. Etenim in hor-
Dominus amãs hortorum. tum Gethſemani cõueniebat pluries orãdi gratia: & in horto ſepulchrum illi ex-
Matth. 26. ciditur nouum, quod mortuũ exciperet: & ſurgens à mortuis in horto ſe Magda-
Ioan. 20. lenę demonſtrat. Cur ita dicit obſecro, ni
Matth. 27. ſi quia

si quia virginei horti diuinitus concluſi, erat clariſsima & beatiſsima ꝓpago? Hortus concluſus es ò ſuauiſsima virgo, quia te Spiritus ſanctus ante partum concluſit: fons ſignatus, quia poſt partũ, & ſub ipſa partus hora obſignauit. Poſt partum nanq; germanè, & in partu te dixerim fontẽ qui aquam vitę Chriſtum nobis fudiſti: vt ante partum etiam hortus, æquabili appellatione compellanda venis: quia in te plãtata eſt arbor vitæ Chriſtus Deus noſter. Poſt Salomonis autem præconia quę prę miſimus Eſaias alia prophetico imbutus ſpiritu adiecit. Eris ait quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Hortus egregiè prædicabatur tunc irriguus, virgo hæc. Habet enim irriguum ſuperius, & irriguũ inferius, quę olim irrigua duo Axę donata ſunt, ne agri ſibi diſtributi, ariditatem diutius fleret Ioſue. 15. At vero quãtula ſunt hæc irrigua, ſi ad virginis irrigua conferantur: nam, vileſcunt planè. Non enim terrena ſunt hæc vt illa Axæ fluenta, imo planè cœleſtia. Eſt nanq; irriguum ſuperius, ipſa Spiritus ſancti gratia quæ mẽtem ſacrauit virginis, & optimis quibuſq; cogitationibus, deſiderijs, & affectibus fœcundauit: eſt irriguum inferius, quod carnẽ virginis mũdauit libidinisq; incendia adeo ſuppreſſit, vt virgineam animam non tangerent. Vt indicant verba Abrahæ Gen. 14. Leuo manum meam ad dñm meũ excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ: quod à filo ſubtegminis, vſq; ad corrigiam caligæ, nõ accipiã ex omnibus, quæ tua ſunt. Quæ verba regi Sodomæo Abrahã fecit. Quæ mihi videor congruentiſsimè huic aptanda fore virgini. Hæc emĩ iuſtiſsimo nomine leuat manus puriſsimas ad deũ excelſum, illi gratias meretiſsimas agẽs, quod ex Sodomæa regis ſubſtãtia à filo ſubtegminis ad corrigiam vſq; caligæ, nihil acceperit. Quippe peccata ſunt diaboli ſubſtantia, qui rectè per Sodomæũ regẽ adũbratur. Eſt emĩ rex ſuper oẽs ſuperbiæ filios. Hãc ergo Sodomiticã ſubſtãtiã, hãcq; peſsimã ſupellectilẽ, virgo hæc non tetigit: tãtum abeſt vt acceperit. Nam neq; minimis, neq; maximis, maculis ſordidatur. Neque filum vnum peccati, neq; corrigiam ſaltem noſtræ contagionis ſenſit, quippe quæ ab omnibus iſtis prorſus extitit immunis. Aduertis ne quam egregia ſunt hæc irrigua. Vnde & prõptum tibi erit quod dudum Eſaias deprompſerat. Eris quaſi hortus irriguus. Eſt item fons aquarum perenniũ, ex quibus qui biberit non ſitiet in æternũ Ioan. 4. Habet nanq; mundus ſuos fontes, habet enim ſuas voluptates, habet ſuas delicias, habet ſuos honores, at fontes iſti nõ ſunt perẽnes, nã fontes ſunt diſsipati, quos qui ſemel haurit, ſitim ſedare neqt. Quia tãtũ creſcit amor nummi quãtũ ipſa pecunia creſcit, itidẽ & honoris, & omniũ fluxibilium amor tãto perecreſcit, quãto pereipſa creſcunt. At aquæ horũ fontiũ ſubito ſiccantur, quia vapor eſt vita noſtra, ad modicũ parẽs. At fons iſte alter cuius ſermo vertitur noſter, aqua quam, fudit Chriſtus eſt, qui in deficiẽs eſt. Nã nos inquiũt illi audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum. Ioan. 12. ¶ Ex diuo ergo Luca duo, quæ in medium protulimus, vt vt potuimus, reſerauimus, miſſum eſſe angelũ ad Mariam virginem. Quis nãq; tantæ legationis extiterit legatus, & quæ ſit virgo ad quam deſtinatur legatus, rectè ſi aduertiſtis, iam tenetis. Iam vero ſequẽtia nos vocãt, vt illis noſtrum aptemus ſtylum. Porro autẽ nõvacat à myſterio, quod menſe ſexto Angelus virgini nũtia humanæ ſalutis detulit. Hic ait, Gabriel, menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis. Nãq; 8. calẽdas Aprilis ſalus nũtiata eſt orbi, ideſt. 25. die Martij, quẽ ſextũ mẽſem Gabriel vocat, à Septẽbris fortaſsis enumerans die vigeſimoquinto quo Baptiſta Domini cõcipitur. Ferunt nanque decima die Septẽbris Zachariam Baptiſtæ patrem in templum ſe excepiſſe, vt vicem ſui muneris abſolueret: quam explẽdo hebdomadam compleuit. Vnde egreſſus eſt poſtquã defunctus fuerat munere ſuo; ex oraculoq;

Angelico

Maria hortus concluſus ante partum, & ſub partu, & poſt partũ. Cap. 58.

Typus ex libro Ioſue.

Dupliciter alluit virginem Spiritꝰ ſanctus.

Locus ex Geneſi exponitur tropologicè.

Maria ex Sodomæa ſubſtãtia nihil ſecũ tulit. Iob. 41.

Peccata ſũt Sodomæorũ ſubſtãtia.

Ierc. locus explicatur ca. 2.

Duo ſunt expoſita ꝗs legatus, & ad quem legatio.

Cur menſe ſexto Angelus nuntius fuit virgini.

Angelico admonitus,cognouitElizabeth vxorem,quæ Domini præcurſorem concepit. Vnde conficitur ab hac Ioannis cõceptione menſe Septembri poſt.17.diem celebrata(tametſi diem conceptionis exactè neſcimus)Gabrielẽ dinumeraſſe menſes.Atqui ſi rationem ſubduxeris à.25.die Septembris,ad.25.diẽ Martij ſextus perficitur menſis. Menſis igitur Martius iuxta hanc ſupputationẽ id tẽporis ſextus agebatur Elizabethæ. Agebatur igitur ſextus Martius menſis qñ Gabriel Angelus virginem alloquitur, vt mater ſit diuini verbi. Tempus accõmodũ elegit vtiq; Deus, humanã vt indueret naturã. Menſe nanq; martio mũdus creatur(vt probabilior extat opinio)menſe Martio quoq; reformatur:menſe Martio homo primus labitur: menſe quoq; Martio erigitur: & demum menſe Martio arbores comãtur floribus, & frigidæ brumæ rigores iam tepeſcunt: quippe iam ſol propior nobis redditur. Concepto quoq; Chriſto humana iã cœpit florere natura.Ipſeq; ſol iuſtitię qui lõgè aberat,iam propè adeſt,quia homo factus eſt Deus, & Deus factus eſt homo. Gelidaq; mortaliũ pectora, quæ diuinis amoribus feruere inſolita erant, iã concepto Chro proximũ eſt,vt non ſolũ incaleſcãt, quin etiã vt diuina flagrẽt charitate.

Menſis martius gaudet multis dotibus.

¶Iam vero operæpretiũ eſt ſaluberrimã legationem,qua à ſummis cœlorum verticibus Gabriel venit functus? audiamus. Aue,inquit,gratia plena dominus tecum. O miram rerum omniũ mutatam in melius vicem!Fœmina quæ olim Deo in gratiſsima erat, qa Satanicæ ſe ſubiecerat deceptioni,iã modo Deo eſt longè gratiſsima,qa modo gratia ab Angelo vocaẽ plena.Fœmina rurſum à qua Dñs procul abeRat,iam proximũ ſibi habet Deũ,ait,enim Dominus tecum. Angelus Satanæ primã mulierẽ venenatis infecit verbis. At Angelus Domini,ſalutiferis poſteriorem refecit dicens,Aue gratia plena Dñs tecum. At qd eſt gratia plena,niſi quod poſt modum ſubdidit,Inueniſti gratiã apud Deũ.

Exponitur Angelica ſalutatio.

Maria gratiã Dei perditam inuenit.

Porrò gratiam diuinam quis non quærit? at rariſsimus eſt, qui gratiã Dei inueniat. Hæc vero ſola virgo drachma diuinæ gratiæ,quod natura humana ex primi parentis lapſu miſerat,inuenit.Hanc gratiã ſcrutati ſunt Prophetæ, exquiſierunt omnes ſancti patres:concupierunt omnes ſanctiſſimæ mulieres. At verò hæc ſola virgo eſt,quæ hanc inuenit gratiam.Fortaſsis temorabitur quæ nam gratia hæc? Vtiq; gratia hæc eſt,quam mox ſubiecit, Ecce concipies,ait,in vtero,& paries filiũ. Id quod ſuperius iam inſinuarat,dicens, Aue gratia plena dominus tecum quaſi dixiſſet apertius.Hæc nanq; eſt ò Maria gratiæ tuæ plenitudo,quod Dominus tecũ. In rebus nanq; per tempus ortis , nulla maior gratia,quam quod Deus fieret homo, & homo Deus. Dominus tecum ò virgo prudentiſsima,& quia tecum Dominus,nobiſcum eſt Dominus.Ego,inquit, ſum vobiſcum vſq; ad cõſummationem ſeculi, Nobiſcum Dominus,& tecum dominus. Tecum quidem , quia in æternum permanẽs virgo creatorem tuum genuiſti: nobiſcũ vero, quia noſtra ignobilitas illuſtratẽ,noſtra paupertas ditatur,noſtra infirmitas roboratur: quia iam eſt Dominus nobiſcũ. Eſt enim Chriſtus Emmanuel, quod eſt nobiſcum Deus.Ignobiles eramus peccati deiecti viribus , nam qui me contẽnunt teſtãte diuino ſermone,ignobiles erũt: at Emmanuel noſter nos erexit,& ſuſcitauit depuluere peccati egenum hominem, & de ſtercore Satanicę ſeruitutis leuauit pauperem.Creans Deus hominẽ cũctis præfecit viſibilibus creaturis,illũq; vniuerſali decorauit dominio rerum : ſed proh humanam calamitatem, vniuerſorum dominus,ex peccato vniuerſis ſubditur.Factus nanque eſt ſimilis iumentis inſipientibus. At vero inuenit gratiam hæc virgo apud Deũ. Quamobrem lapſus miſerabilis noſter, iã hodie eximiè reparatur, vt homo ad illuſtriora ex diuina humanatione proueharur,quam fuerant deperdita, rerũ dominia.Iam enim non ſolũ beſtijs terræ, & volati-

Luc.15.

Summa gratia eſt quod verbũ caro factum eſt.

Matth.28.

1.Reg.2.

1.Reg.2.

Gene.1.

Pſal.48.

volatilibus cœli duntaxat præficitur, homo imò & Angelis vniuerſis, vt Paulus aperta reſonat voce ad Hebræos ca. 1. Cui eñ aliquando angelorũ dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Mortales ergo deiectiſsimi erant coram Deo & ignobiles, & obſcuri, ex peccato inficiente, iam vero verbo Dei incarnato leuant capita ſua, nobilitate reſplendent, diuinaq; claritate fulgẽt: quia iam hominũ frater Deus eſt: qui eſt alioqui hominum verus pater. Neq; ſatis fuit deo nobiliſsimos homines ex ſua humanatione reddere: ſed & alia adiecit nobilitatis inſignia. Non enim tantũ ignobilitatis nos tenebat dedecus quod viliſsima eramus diaboli mancipia, Paulo teſtante, quin etiã paupertate diuini ſpiritus, & amicitiæ afficiebamur. Rurſum debilitas ſpiritualiũ virium ita nos angebat: vt cum inuiſibilibus hoſtibus manus cõſerere non auderemus. At vero per incarnatũ verbũ depoſita ſpiritus paupertate noxia diuitijs ſpiritualibus locupletamur eximijs. In ipſo, inquit Paulus, diuites facti eſtis in omni verbo, & in omni ſcientia. 1. Ad Cor. 1. Et poſteriore ad Cor. c. 8. Propter vos egenus factus eſt, cũ eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Et rurſum, Accipite, ait dñs, Spiritũ ſanctũ: quorũ remiſeritis peccata remittũtur eis, &c. Et rurſum expedit vobis, vt ego vadã: niſi abiero paracletus non veniet ad vos. En tibi ſpirituales diuitias, quas pauper Chriſtus ſedens ſuper aſinam, & pullũ, hominibus ampliſsimè diſtribuit. Diſperſit nanq; theſauros cœleſtes, & dedit nobis pauperibus: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. At vero ſi noſſe cupis quam vegetas fideles per incarnatũ verbũ vires ſpiritus habeãt, ipſum te docebit incarnatũ verbũ, Ecce ait dedi vobis poteſtatem calcãdi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra virtutẽ inimici: & nihil vobis nocebit. Luc. 10. Et in libro Numero. legimus. c. 24. de populo illo vetuſto Balaam prophetantẽ dixiſſe. Eduxit illũ Deus de AEgypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Quippè populus ille Hebræus multos deiecit reges, quibus deiectis, terræ promiſſæ patribus compos fuit. Porro autẽ Chriſti fideles Satanã ſuperant, & portas inferi euertunt. Cuius propterea fortitudo nõ rhino cerotis, ſed diuina eſt fortitudo. Id qđ perſpicacius cernes, ſi conſideras regem quẽpiam potentiſsimum vxorẽ alioqui ignobilem pauperculam, & infirmam duxiſſe. An nõ ignobilis mulieris cõſanguinei ex regis matrimonio regios ſibi parãt honores? Iam enim non ignobiles ſunt, aut pauperes, aut impotentes, ſiquidem regiæ nuptiæ coniugis alioqui viliſsimæ genus clariſsimè illuſtrant. Itidem Deus carnem accipiens nuptias celebrauit cum humana natura diuinas, & pauperculam coniugem diuinitus ita illuſtrauit, vt illius claritas oẽs mortales illuſtraret. Accepit nãq; vilia noſtra, vt nos pretioſiſsimis muneribus donaret ſuis, carnemq; aſſumpſit noſtrã, vt ſpiritũ largiretur ſuũ, & pœnalitates noſtras vt gloriæ ſuæ nos faceret cohęredes. Et demũ Deus fit filius hominis, vt homines filij ſint Dei. Dedit eis poteſtatẽ ait Ioan. filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus, neq; ex volũtate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. At vero memini me legiſſe olim æquaſſe ſe Eliſæũ virũ maguũ alioqui paruulo cuidã, cui incũbẽs, ſeſe illi ita aptare curauit Eliſæus, vt mẽbrorũ viri ad paruula mẽbra proportionalis eſſet correſpõdẽtia. At æquat ſe vir paruulo, nõ temerè ſed vt mortuũ iacẽtẽ puerũ, viuens incũbens, mortem depellat & ad vitales reuocet auras. Id quod facile adũbrat myſteriũ hoc diuinæ incarnationis. AEquauit ſe nanq; Deus homini: aut vt prudẽtius dixerim, ſe vniuit Deus homini. Etem æqualitas non eſt vnitas rerũ, ſed q̃titatis eadẽ ratio atq; proportio. At verò diuinũ verbũ carnẽ humanã advnitatẽ perſonę ſibi copulauit, vt homo, & Deus, non duæ perſonæ, ſed vna perſona in duab⁹ naturis ſit ſubſiſtẽs Chriſtus. Se aũt copulauit nobis, & admirabile duarum naturarum infinita intercapedine diſtãtium, cõmercium in vnã perſonã coęun-

Homo propter incarnationẽ dei eſt Dominetiã Angelorum.

2. Cor. 12. Multa mala ex peccato ex incarnationæ delẽtur.

Ioan. 21.

Ioan. 16.

Zach. 9.

Pſal. 111.

Animæ noſtræ vires creuerunt ex verbo incarnato.

Matth. 16.

Bella collatio quæ honorẽ hominis ex incarnato verbo oſtendit.

Roma. 8. Ioan. 1.

Typus notandus eſt lib. regum.

4. Reg. 4.

Ex ineffabili incarnatione vna perſona eſt in duab⁹ naturis.

coetium Deus celebrauit,vt puerum iacentem mortuum ,ideſt humanũ genus, quod inſtar pueri diuinorum ſenſu orbabatur,ad vitam gratiæ, & gloriæ ſempiternæ reuocaret. Quem mortuum puerum Giezi Eliſæi famulus etiam heri adiutus baculo excitare nequiuit. Non enim delere iniquitatem noſtram opus famulorũ ſed Dñi eſt. Ego ait ipſe ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Nõ ergo prophetarum hoc opus erat neque legis Moſaicæ:quæ cæremonijs,& ſacrificijs,ipſam adumbrabat ſanè iuſtificationem, quam tamen non conferebat. Tanquam baculus vtiq; erat ſeruorum Dei vmbratilis illa lex. Etenim pædagogi inſtar in officio Iudæos tanquam pueros continebat. Porrò quantunuis baculus ille admouebatur mortuo homini,non tamen reuiuiſcebat, ideſt perditam Dei amicitiã reparare nequibat. Defuncti nãque ſunt patres illi venerabiles,qui ſecula Chriſti præceſſerunt non acceptis promiſsionibus: ne ſine nobis conſummarentur ad Hebræos. 11. obſeruandum quoq; eſt, clauſo oſtio Eliſæũ puerum à ſomno mortis ad vitam excitauiſſe. Etenim in horto quem diximus conclauſo hæc hominis mortui ſuſcitatio celebratur. Etenim in virgineo Mariæ vtero verbum caro factum eſt. Clauſo oſtio rurſum,mortuus ſuſcitatur homo :etenim diuinæ humanationis ſacramentum (quod à ſeculis abſconditum erat) non Angelis, neq; philoſophis, patere potuit, niſi Deo indicante. Huc quoque & illud eiuſdẽ vatis eſt geſtum aduocandum , qui Hiericõthinas ſanauit aquas , accepto nãq; ficti li vaſe & ſalẽ infuſum aquis illis peſtiferis immiſcens ſanitati aquas reſtituit, & potabiles fecit. At Hiericho homo eſt cuius aquæ ſunt peſtiferæ. Nanq; omnis concupiſcentia noſtra,atq; cogitatio, ad malum prona ſunt,ab adoleſcentia ſua,propterea has aquas reſpuit Deus, quia mortiferæ ſunt. Atvero tum infuſus fuit ſal aquis iſtis quando diuinum verbum quod ſapientia Dei patris eſt homini ſe infudit, vt homo fieret Deus,& potentiſsimè noſtras ſanauit aquas , & ex mortiferis aquis vitales reddidit. Nam qui credit in me ſicut dicit ſcriptura flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ Ioann. 7. Iam enim ſterilitas omnis & mors expulſa ſunt à genere humano. Sterilitas ſanè, quia palmitem ferentem fructum purgabit Deus,vt fructũ vberiorem afferat: mors autem, quia qui credit in Chriſtum,habet vitam æternam,ò præclariſsimum ſalem,qui mortẽ fugat, æternam & ſterilitatem depellit omnem. Hic ſal diuinus eſt & ideo infatuari non poteſt,euaneſcere nequit. Hæc virgo eſt mulier illa Euangelica,quæ accipiens fermẽtum abſcondit in farinę ſatis tribus,donec totum fermentaretur Lucæ. 13. Fermentum autem in diuinis ſcripturis vſurpatur in bonum nonnunquam , vt hoc loco , & vtique ſi rem obſeruas fermentum præclaris donis ſuapte natura præditum eſt. Eſt enim calidum,& ſpiritualem virtutem habet,inſtar prolifici ſeminis. Eſt itidem eleuatiuum,nam panis maſſam temperat, auget,ſapidam reddit,& eſui facit aptiſsimã. Quæ omnia aptiſsimè,vt & plæraq; alia cõſentiunt diuino verbo. Quod inſtar fermenti humanæ naturæ tanquam maſſę farinaceæ ſe inſinuauit: totumq; aſſumptũ fermentauit hominem. Totus nanq; homo eſt Deus , vt totus Deus homo Chriſtus Ieſus. Neque ſolum hoc fermento potitur humanitas aſſumpta, quin & Eccleſia Ieſu Chriſti,quæ eſt corpus myſticum eius,tota fermentatur, nempe ſpititũ Ieſu Chriſti participans. Nam ſi caput fermentatum eſt(quòd eſt Chriſtus) corpus fermentatum eſſe cur inficiabimur? Quanquam alia eſt fermentatio capitis, alia corporis. Fermẽtatio quidem capitis eſt, quia Chriſtus Deus eſt, fermentatio vero corporis, non quòd Eccleſia ſit Deus, ſed q̃ ſpiritum Dei habeat. Quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Non enim accepimus (paulo teſtante) ſpiritum ſeruitis iterum in timore: ſed accepimus ſpiritum adoptionis filiorum Dei. Et Galatis

Ad Gal. 3. Lex vetus tãquam Iudæorũ erat baculus.

Incarnatio diuiniverbi ſacramentũ occultiſsimum.

4. Reg. 2. Typus ex. 4. libr. reg. exponitur.

Gene. 7.

Ioan. 15. Ioan. 11. Matthæ. 5.

Locus Lucæ 13. de fermẽto exponitur & fermẽti explicantur proprietates.

Ex incarnatione Dei genushumanum fermẽtatur diuinitus. Ad Ro. 8.

latis ſcribens capitul. 4. Quoniam eſtis filij, inquit, Dei miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, &c. Hęc ergo eſt eccleſiæ Chriſtianæ ex coniunctione myſtica cum diuino verbo fermẽtatio, ſpiritu ſcilicet diuino frui, & gaudere filiorũ Dei adoptione. Hoc ergo fermentum ꝙ eſt diuinum verbum, in tribus farinæ ſatis abſconditũ eſt, ideſt, tribus menſuris, quas equidem Paulus docet priore ad Theſſalonicen. cap. 5. Ipſe Deus pacis, ait, ſanctificet vos per omnia, vt integer ſit ſpiritus veſter & anima, & corpus, ſine quærela in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. En tibi tria naturæ noſtræ ſata ſpiritus, anima & corpus: ex quibus humana natura coaleſcit: quæ tria diuinũ aſſumẽs Dei verbum fermentauit. Nam animatũ corpus anima ratiõali, ex diua ſuſcepit virgine. Tria quoque ſata in eccleſia ſua non eſt difficile excogitare. Sunt nanque in fidelibus, vt in cæteris hominibus concupiſcibilis, & iraſcibilis, & rationalis, quæ tria ſata ipſum humanatum verbum mirabiliter fermentat. Etenim concupiſcibilem temperat, iraſcibilem moderatione infrænat, rationabilem deniq; ita componit, vt legitimè dominetur excitatis concupiſcentijs, & inſultãtibus furoribus. Euangelia volue, apoſtolicas luſtra epiſtolas, & nihil aliud tam obuium erit, quam horum humanorum ſatorum fermentatio. Nam quid illud eſt, Videte ne corda veſtra grauentur crapula, niſi concupiſcibilem noſtrã fermẽtare? Et rurſum, quid illud, Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit gehẽnæ ignis, niſi iraſcibilem infrænando, infrænare? Et quid deniq; illud aliud, Nihil ſine præiudicio faciatis, ideſt nihil agatis, niſi rationis præuia conſultatione? an non hoc eſt rationem hoc beato fermento fouere? Et deniq; etymologiam ſi obſerues fermenti, quæ quibuſdam placet, fermentum à feruore deriuatur. Nihil autem ita feruidos ad diuina aſſequenda facit, quam verbum incarnatum. In ſimilitudinem nanque hominis factus eſt Deus, & habitu eſt inuentus vt homo, vt ſi Deum à nobis omnibus modis diſſimilem tædebat amare, & magis vt dominum iuuabat timere: iam vt fratrem noſtrum, nobiſque ex carnis aſſumptæ ſubſtantia quam ſimillimum, amare potius ſit cordi, quã timere. Hoc ſanè eſt diuinum fermentum Dei verbum. Habet autem diabolus & ſuum fermentũ, quod dominus ſubindicabat dicẽs. Cauete à fermẽto Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Id quod etiamſi modicum ſit totam tamẽ maſſam corrumpit. Vna nanque ſcintilla fuit Arrius in Aſia, vt Lutherus in Germania altera, at totam Aſiam Arrius depopulauit: vt Lutherus Germaniam. De qua re in declamationibus noſtris contra hæreticos plura ſcripſimus. Sunt porrò & alia ſata tria, quæ fermentantur à diuino verbo, tres fidelium ſtatus. Alij enim ferunt fructum trigeſimum, alij fructum ſexageſimum, alij deniq; centiſimum. Gloſſam cõſule: quippe animo non eſt diutius hæc proſequi. Eſt autem ſatum ne vocis ignorantia offendaris, menſuræ aridorum genus, quod modium eſt & dimidium: vt Alberto in Commẽtario ad Lucam placuit. At vero ab Hebræis ſi rem petimus, ſatũ eſt menſura aridorũ, oua. 142. continens, vnde Ephi (quod menſuræ genus eſt) tria amplectitur ſata ſecũdum Rabbi Salomonem. ¶ Iam vero colligentes, quæ hactenus diſſeruimus, apertum eſt qualis ſit angelicus ſermo ille, Dominus tecum. Fuit nanque dominus in virginis corde illud illuſtrãs, & pinguedine ſpiritus illud augẽs: & in ventre virginis fuit dominus, illũ fœcundans: & in corpore fuit dominus illud pleniſsimè ſine recalcitratione cõcupiſcẽtiæ, ſpiritui ſubdens virginis: & demum in tota virgine fuit dominus illi obumbrans, vt verbũ Dei conciperet, & pareret. Quã ob rem legitimè angelus ſubdit, Benedicta tu in mulieribus. Etenim quæ maledictionem primæ mulieris abſterſit, iuſtiſsimis nominibus benedicta eſt: & quæ mulieris primæ ignominiam, & opprobriũ, quo cæteræ mulieres aſperguntur, abſtu-

Ex trib⁹ natura humana coaleſcit.

Concupiſcibilis, iraſcibilis, rationalis à Chriſto fermentantur.

Luc. 21. Matth. 5. 1. Ad Ti. 5.

Phili. 2.

Matth. 16. Luc. 12. Mar. 8.

1. ad Cor. 5.

Tres fideliũ ſtatus fermẽtantur à verbo incarnato.

Quid ſatũ Hebræis.

Ephi quid.

Maria cur benedicta inter mulieres.

lit, dignum eſt vt mulierum ſit honoratiſſima. Et vt per Chriſtum benedicuntur omnes tribus terræ: ita & per Mariam nouam mulieres benedictionem gratiæ adipiſcuntur. Legimus in hiſtoria Iudith. 13. Achiorem cum caput Holofernis manibus Iudith apprehenſum cerneret ad pedes fœminæ procidiſſe & adorauiſſe eã, & dixiſſe benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob: quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſrael. Et Ozias princeps populi Iſrael, eodem encomio eandem proſequitur dicens, Benedicta es tu filia à domino Deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. Quod ſi Iudith tantis celebratur laudibus, vt benedicta dicaĩ præ omnibus mulieribus, propter trophæum, quod de Holoferne retulit: quid quod virginem diuam maioribus celebremus laudibus, quæ creatorem mundi in viſceribus geſtauit ſuis, & in ſalutem totius orbis nobis fudit? Iudith (alioqui benedicta) cęterum maledictioni ſubdita fuit, vt cæteræ mulieres. Porrò Maria ab omni maledictione prorſus aliena: quippe per ipſam Deus mortalibus benedictionẽ impartiri ab æterno decreuit: & ille qui nullius adiuuante eget opera, hanc virginem in humanę redemptionis adiutorium ſuũ condidit. Vt enim olim in Geneſ. capit. 2. quia Adæ non inueniebatur adiutor ſimilis ad humanam ſobolem propagandam, ſociata eſt illi Heua: Chriſto quoque nullus eſt adiutor ſimilis ad humanam regenerationem præter Mariam virginẽ quæ illi ſimilis eſt, in morum innocentia illius ſimilitudinem gerens: propterea q; in benedictione quoque filium ſuum refert. Ipſa eñ benedicta eſt inter mulieres, & fructus ventris eiuſdem (qui eſt Chriſtus dominus) inter omnes creaturas benedictus eſt, Paulo teſtante ad Gala. 3. Chriſtus, ait, nos redemit de maledicto legis, &c. Porrò autem turbatur virgo, quando ab angelo commendatur. Et ſtupẽdum ſanè hoc turbationis genus eſt, etenim null⁹ ex laudibus turbatur, imo ex vituperijs, & conuitijs. Hæc ſunt enim turbationis incentiua. At virgo hæc ſiquidem nimium ſe, apud ſe deiecerat ex laudibus angelicis turbatur: quippe quæ non talem ſe eſſe duxerat qualem angelus denarrabat. Non enim ſuperbi, aut elati erat cordis, vt hæc vel alia, quæ ab hominibus glorioſa eſſe credũtur de ſemetipſa vera eſſe putaſſet. Quapropter audit ab angelo gratioſam ſe eſſe coram deo, gratiamq; inueniſſe apud deũ: audit dominum eſſe cum illa: audit benedictam eſſe inter mulieres, & hæc de illa non à ioculatore dicuntur, nõ à paraſito, non ab aſſentatore, ſed ab angelo Dei Gabriele à Deo miſſo: at non extollitur imo potius terretur, & turbatur virgo ſacerrima. O vtinam & nos ſi non ex veris laudibus, ſaltem ex falſis turbaremur, & ad meliorã illud reduceremus. Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat. At vero ea eſt humani cordis ſuperbia, vnde nunquã nõ cor noſtrum decipitur. Aeſtimat nanque de ſemetipſo maiora, quam proviribus: & maiora de ſemetipſo credit, quam par eſt credere. At virgo Maria veraciſsimis encomijs cõmẽdata, & non ab adulatore, ſed à veriſsimo denarratore, turbatur tamen, & cogitabat qualis eſſet iſta angelica ſalutatio. Non vtique turbatur, vt cæteræ fœminæ, quæ puſillamines cũ ſint ex fragilitate ſexus leuiculaspauent occaſiones. Nã quęuis vel leuiſsima ſæpè exagitat illas formidinis occaſio. At vero beatiſsima virgo, nõ erat puſillanimis: viribus nanq; mẽtis maioribus quam pro ſexus imbecillitate pollebat. Nõ ergo ob eam turbatur cauſam, quod puſillanimis eſſet: ſed quod humilis erat corde. Quid quod ex ipſa ſubita angeli apparitione, virginalis pudor turbatur. Et rurſum inaudita ſeculis ſalutatio, rei promiſſæ magnitudo, hæc virginẽ turbant. Id quod vtinã virginibus noſtris accidiſſet, vt ad aſpectum iuuenum turbarẽtur. Danielem præter hæc legimus ad angelicum colloquium atque viſionem viri-

bus

Gala. 3.

Typus ex libr. Iudith exponitur.

Maria ab omni maledictione prorſus eſt aliena.

Maria adiutrix redemptionis humanæ.

Quomodo turbata eſt virgo.

2. Ad Corĩ. 10.

humani cordis elatio ingens.

Virgo Maria turbatur nõ ex puſillitate, ſed ex humilitate.

Cap. 10.

bus deſtitutum fuiſſe:& exterritum & cõ ſternatum iacuiſſe ſuper terram:&Zacha riam Lucæ. 1. ad aſpectum Gabrielis ange li timore irruente ſuper eum, turbatũ fuiſ ſe. Et parentes Sanſonis. Iudi. 13. ad angeli cam viſionem itidem exterritos fuiſſe tra ditur. Et hoc genus alia in ſcripturis aduer timus. At vero ſi rem hanc cautius pendi- mus turbatam legimus Mariã non ex con ſpectu angelico: ſed ex angelico ſermo- ne. Nam turbata eſt, inquit, in ſermone e- ius. Neq; conſternatur aut vultus eius ter ræ hæret, vt Danielis, ſed ſui benè cõpos, cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Non enim credendũ eſt, Ioanne monente, om ni ſpiritui: ſed probandus eſt in primis, an ex Deo ſit. Sæpè enim Satanas transfigu- rat ſe in angelũ lucis. Probabat igitur vir- go ſacra & apud ſe expendebat ſi ſpiritus, quem videbat ex Deo eſſet. Vnde huius virginis prudentiam, ſpiritualemq; ſapiẽ- tiã, vel hinc dignoſcere poterimus, ſiqui- dẽ adoleſcentula cũ eſſet, Spiritus ſanctus illã iam ita inſtruxerat, vt nõ de repente fi dẽ præberet angelicis verbis, niſi primum apud ſe tractaret, ſi digna erãt angeli ver- ba, quę ab illa crederẽtur. Et dubio procul in viſionibus & reuelatiõibus inſolitis nõ minima cautela adhibenda eſt, vt ſumma deliberatione pręmiſſa admittãtur, vel re ijciantur, vt nos in. 2. prologo ad Eſaiã, & alibi abundè diximus. Quod ſi Heua hoc idẽ, quod Maria præſtitit, præſtitiſſet, infe ctionẽ noſtram mortales nõ doleremus: vt dolemus. Sed, proh dolor illa patulas au res ſerpẽti præbuit, neq; cogitauit qualia eſſent ſerpẽtina verba: propterea q; decep ta eſt. At Mariæ nõ ſerpẽs apparuit dece pturus, ſed angelus docturus:& cogitat ad huc qualis eſſet ſalutatio iſta. Sciebat em & rectè callebat virgo hæc, quod apud Sa lo. Prou. 4. legerat oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ prędedãt greſſus tuos. Et em hoc eſt palpebras præcedere greſſus, rẽ faciendã prius expendere, quã feceris. Quare priuſquã angelo reſpõderet virgo cogitabat qualis eſſet ſalutatio. Sũt qui pu tẽt hoc diſcerniculũ eſſe inter angelos bo nos, atq; malos quod tantiſper dum illi ho minibus ſeſe viſibili oſtendũt facie turbãt in apparitionis principio: tandem vero ſo lantur. Vt Gabriel turbat virginem, ſolatu rus continuo, Ne timeas, ait, Maria: in- ueniſti enim gratiam apud dominum. Mali- gni ſpiritus vero quando ſe oſtentant, tur- bant minimè, imo voluptate afficiũt, poſt modum noxiè territuri. Ego vero omnẽ angelicam apparitionem citra diſcrimen putauerim territoriã eſſe. Etenim cum an gelorum apparitio, ſiue beatorũ, ſiue dam natorũ ſit, ſupra naturam noſtrã: vt nos ex terreant eſt neceſſe. Vt inſolita omnia, & naturæ noſtræ inconſueta, horrorẽ nobis incutere ſolẽt. Vnde & ij, qui familiaribus ſpiritibus abutũtur terrentur, tametſi ipſa familiaris cõſuetudo, à timore (alioqui na tiuo) detrahit multũ. Et D. Tho. in. 2. libr. Sentent. diſt. 11. q. 1. Angelos, ait, non ſæ- pè humanas induere formas (quibus obdu cti viſibus ſe obiectent noſtris) ne timorẽ nobis incutiant. Perit enim inquiſitio ra- tionis, ad illorũ aſpectum. Et. 3. par. quęſt. 30. art. 3. omnẽ angelorum apparitionem formidabilẽ eſſe docet. Tametſi bonus an gelus terrori, ex cõſolatione medetur: id quod malus non præſtat. Quanquã non crediderim hoc infallibile eſſe in ſcriptu- ris. Angelos nanq; bonos exterruiſſe cu- ſtodes Matth. demonſtrat. c. 28. Præ timo re autẽ eius, exterriti, ait, ſunt cuſtodes:& facti ſunt velut mortui. Cuſtodes autẽ cõ- ſolatos fuiſſe ab angelo non tradidit: quẽ- admodum de mulieribus ſanctis illis cõ- memorat. Nolite ait timere vos. Scio em quod Ieſum (qui crucifixus eſt) quæritis, &c. Angelos autem beatos exterrere ſem per in viſionis principio, nõ ſemper obſer uari in ſcripturis ſanctis etiam aduerto. Le go enim apud Tobiã. ca. 5. iuniorẽ Tobiã inueniſſe angelũ Raphaelẽ ſub ſplendida iuuenis forma, paratũ vt iter arriperet. At q; ex pauerit ad illius aſpectũ iuniorẽ To biã nõ legimus. Imo angelũ & Tobiã fa- miliari colloquio colloquutos fuiſſe legi-

Maria non ex viſu, ſed ex ſermone turbatur.

2. ad Cor. 11.

In reuela- tionibus & viſionibus adhibenda eſt cautela.

Prudentia eſt ĩ primis curanda.

Diſcernicu lũ inter an- gelos bonos & malos.

Omnis viſio angelica ſiue diaboli ſiue ſanctorum angelo rũ turbat.

An angeli boni ſemp r iſceant cũ terrore con ſolationem differitur.

mus. Quamobrem tunc æſtimo angelicã apparitionẽ terriculo eſſe, quando ſub forma latens humana ſe angelũ eſſe interius inſinuat. At ſi hoc celauerit, vt Raphael qui celauit ſe eſſe angelum, id tẽporis non terret, quouſq; ſe patefecerit. Id ꝙ aperte demonſtratur apud Tobiã. c. 12. Poſtquã enim Raphael profeſſus eſt ſe angelum eſſe, ſubditur. Cumq; hæc audiſſent turbati ſunt, & tremẽtes ceciderũt ſuper terrã. Id quod maximè obſeruandũ eſt, ad rei propoſitæ intelligentiã. Itidẽq; dicito de ſpiritibus malignis. Poteſtatẽ enim habent etiã ſe occultandi, & demõſtrandi, permittente Deo. Quod igitur ſupra ex S. Thomæ ſententia protulimus, ſecundũ hanc cenſuram moderãdũ eſt. Cæterũ virgo ſacra & angelũ nouit, & nõ terretur ad aſpectũ ſed turbatur in ſermone eius. At fortaſsis non eſt deterrita quia angelos familiares ſæpè habebat. Quãquã ſi ſeries euãgelica aduertatur nõ nihil deterritã virginẽ obſeruabimus. Ait enim Gabriel, Ne timeas Maria. Timebat igitur virgo. Non enim dixit, Ne turbet te ſermo meus, ſed ne timeas. Quaſi dixiſſet, Neq; te turbet loquela mea, neq; te exterreat vultus me'. Inueniſti enim gratiã apud Deũ. Vtique peręptoria ratio, vt animus humanus nullis terriculamẽtis concutiatur eſt, gratiam habere apud Deũ & quo gratior eſt eò trãquilior eſt. Iuſtus enim, admonente Salomone, quaſi leo confidens abſque terrore erit: fugit aũt impius nemine perſequẽte. Neq; ſolũ angelus virginẽ hortatur ne timeat, quia inuenit gratiã apud Deũ, quin imò & aliã ſubiecit cauſam. Ecce, inquit, concipies in vtero & paries filiũ: & vocabis nomẽ eius Ieſum. Quæ enim cõceptura erat æternũ bonũ digniſsimũ eſt, vt nihil mali formidet. Nihil igitur à te formidandũ eſt ò virgo ſancta, quia beatiſsimũ geris vterum, quẽ cõmemorans Salomõ dixit, Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs. Eſt enim in vtero hoc frumẽtũ electorũ, ꝙ cadens in terram mortuũ fuit. Iacuit enim triduo in ſepulchro: & reſurgẽs à mortuis, multum fructũ attulit. Hic vterus fuit tãquã clibanus ſuccẽſa igne Spiritus ſancti, & decoxit panẽ cœleſtẽ, qui dat vitã mundo. Hic vterus tanq̃ ager eſt, quẽ ſeminauit ſolus ſator ille cœleſtis, nulla cultura humana cultus. In hoc agro abſconditus eſt theſaurus cœleſtis (qui eſt Chriſtus) in quo ſunt abſconditi oẽs theſauri ſapiẽtiæ, & ſcientiæ Dei. Eſt ergo virginis vterus ſimilis, aceruo tritici propter fœcũditatẽ, eſt vallatus lilijs cãdidiſsimis, propter virginei pudoris inuiolatam integritatẽ. Porrò quia vteri huius honeſtiſsimi Ieſus dulcis fructus eſt, eſſent hoc loco multa de nomine Ieſu dicẽda, à quibus tamẽ abſtinendũ eſt, quia propriã declamationẽ habent. Satis ſit in preſentia dicere eſſe nomen hoc quod meminit Eſai. c. 62. Et vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os domini nominabit. Vtiq; nomen nouum quia rei nouæ: nouũ enim fecit dñs ſuper terrã mulier circundabit virũ: & nomẽ eſt etiã antiquũ, quia eſt nomen verbi ęterni. Hoc nomen adũbratũ eſt in patriarchis illis celeberrimis, in Ieſu filio Naue, & in Ieſu filio Ioſedech, & in Ioſeph, qui lingua Aegyptiaca appellat' eſt Saluator mũdi. A prophetis etiã promittitur. Ego aũt, inquit in dño gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo. Ab angelis decantatur: Ieſu nanq; nato canoro perſonãtes angeli iubilo, futura ex nato gaudia orbi prẽnũtiant. Sci licet quia natus erat iã hominibus ſaluator. Ante natalia ab angelis prænominatur, poſt natalia à virgine & beatiſsimo ſpõſo Ioſeph imponitur. Et demũ nihil deſiderabilius, nihil dulcius, nihil ſalubrius, fidelibus auribus q̃ hoc nomen Auguſtiſsimũ Ieſus. Eſai. 26. Nomen tuũ, & memoriale tuũ, in deſiderio animæ. Porrò qualis virginis huius filius ſit futurus, angelus exponit, Hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ. Quæ verba regiã Chriſti poteſtatẽ exponũt. Iſtud enim eſt ſedere ſuper ſedẽ Dauid, iſtud eſt regnare in domo

Obſerua hæc vt diuinam calleas in ſcripturã apparitiões angelicas enarrantem.

Thomas exponitur.

Prouer. 28

Duæ cauſæ cur Maria nihil debuiſſet timere.

Cant. 7. Zach. 9. Ioan. 12.

Matth. 15. Coloſ. 2.

Hiere. 31.

Matth. 1. Luc. 1.

Abac. 3.

Lege nſram declama. ad cap. 26.

Exponitur Luc. 1.

mo Iacob. Cæterũ regia Dauidis dignitas temporalis erat. Chriſti vero æterna eſt. Quare inquit & regnabit in domo Iacob in æternum. Vnde & diſcipuli dñi perſuaſum habebãt Chriſtũ reſtituturũ Dauidis collapſum regnũ. Quare, inquiũt, Domine ſi in tẽpore hoc reſtitues regnũ Iſrael Acto. 1. Et mater filiorũ Zebedęi, hoc idẽ ſapiẽs, regni adminiſtrationem petit filijs ſuis Matth. 20. At verò, quia regnum temporale amabant diſcipuli illi, ob ſpirituale regnum Chriſtus diuertit ſermonem, fratribus duobus inquiens, Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Aſpice mihi ſi libet, quod commercium regni quod petitur, & calicis, qui propinandus prædicitur. Et omnibus diſcipulis, inquit, non eſt veſtrũ noſſe tempora, vel momẽta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Habet igitur Chriſtus regiæ poteſtatis celſitudinẽ, vt Dauid, quanq̃ longè præclariorẽ, quia æternã, & vniuerſalem, ſupra cœleſtia & terrena. Appellatur porrò Dauid pater Chri hoc loco, & ſæpè alibi Matth. 22. ad Rom. 1. &c. more conſueto in ſcripturis auos, proauos, abauos, atauos, & demũ maiores oẽs proſapiæ, patres vocare. Domus verò Iacob, progenies à patriarcha Iacob deducta eſt: quæ duodecim tribubus eſt cõprehenſa, quæ duodecim vniuerſitatẽ gentiũ ſignificant, teſtante Dño, Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Non enim iudicium finale tantis anguſtijs iuriſdictionis premetur, vt ad familias dũtaxat Iudæorũ extẽdatur: quippe vniuerſæ nationes iudicãdæ ſunt. Quapropter & hæc domus Iacob eccleſiã vniverſalẽ Ieſu Chriſti ſignificat, vt Iacob ipſe patriarcha Chriſtum multis nominibus refert. Quoniã Iacob præclariſsimis epithetis honorat in ſcriptura. Eſaiæ. 44. Audi Iacob ſerue meus, & Iſrael, quem elegi, hęc dicit dominus faciens & formãs te ab vtero, auxiliator tuus. Et tandem illum rectiſsimum appellat. Quæ omnia, quã germana ſint Chriſto eiuſdem capitis dilucidatio te docebit. Rurſum Iacob fratrem

Duodecim tribus vniuerſitatẽ eccleſiæ denotant.

Iacob figura Chriſti ex multis eſt.

ſupplãtauit: benedictionem ſubripuit: ſimplicitate, & innocentia vitæ reſplẽduit: ab angelo dirigitur: cum angelo pugnat: à fratre odio habetur: cœleſti viſione illuſtratur. Quæ omnia iuxta myſticum intellectum Chriſto aptare non eſt difficile. Cuius eſt benedictio, cuius eſt victoria, cuius eſt præualere cum Deo patre, & per ſanguinem ſuum regna cœleſtia patefacere beatis: cuius eſt, adde, ſupplãtare fidelium vitia (qui ſunt fratres eius) cuius demũ eſt non ab angelo dirigi. Dominus enim cũ ſit angelorum, directione angelica nihil opus habebat, qui eſt director hominum, & angelorum. Quapropter non ineptè quidam ex claſſe ſcholaſticorum Theologorum Chriſtum nõ habuiſſe cuſtodium angelum (ſi propriè ſubaudi ſermo habeatur) tradiderunt: ſiquidem angelica directione neque vt Deus, neque vt homo eguit: id quod proprium eſt tutelaris angeli munus, alumnum ſibi concreditum tueri, & cuſtodire. Cæterum miniſtrantes angelos Matth. 4. habuit. De qua re ſecundũ librum Sententiarum Petri Longobardi dum enarrarem, multa differui. Regnabit igitur Chriſtus in domo Iacob, perinde eſt, ac ſi diceretur, Vniuerſale habebit dominium: omnia enim ſubiecta ſunt pedibus eius. Pſal. 8. &. 1. ad Corin. 15. Neque ſolum viſibilia vniuerſa Chriſto ſubduntur: quin & inuiſibilia, Pſal. 96. Adorent eum omnes angeli Dei. Id quod Paulus verſat ad Hebræos. 1. &. 2. Et quod regnũ Chriſti non erat futurum temporale, vt Dauidis, angelica verba ſatis indicãt. Ait enim, Et regni eius non erit finis. Temporalia enim omnia labefactantur, & finiuntur tãdem. Vnde innanis eſt Iudaica ſpes Meſſiam temporalem principem expectans. ¶Iam vero ſi legationem accepiſtis angelicam, beneuolumque orationis exordiũ denarrationem denique plenam maieſtatis ampliſsimæ, ipſas iam aures benignas parate veſtras, vt quid ipſa angelorum regina, quæ hactenus ſiluit, cœleſti nuntio reſponderit habeatis. Subdit igitur Lucas,

Gene. 27. Gene. 25. Gene. 33. Gene. 32.

Chriſtus nõ egebat directione angelica.

S. Tho. 1. p. q. 113. arti. 4. & moderatur q. 2. Sen. d. 11. q. 1. arti. 3. dixerat, & Durã. 2. Sẽten. d. 11. q. 1. idem vide Bonauẽ. & Alẽſem &c.

Iudæorum inanis eſt ſpes ex ſpectãs Meſsiã.

Dixit autem Maria ad angelum, quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Quęſtionem vtique propoſuit grauiſſimam ſanè illam, qua orbis grauiorem non habuit. Quomodo Dei verbum virgineũ vterum erat ingreſſurum, & carne humana veſtiendum. O admirandam interim virginis prudentiam ſalutantem angelum etiam beneuolentiſsimè, non reſalutat. Sciebat enim angelum domini non legationis munere eò defungi, quo reſalutationem expectaret, ſed vt cõſenſum virginis de diuino humanando verbo accipe ret. Non igitur inurbanitatis fuit beneuolam ſalutationem beneuolis non rependere verbis, at ſummè prudentiæ. Ad id igitur verba ſua aptat quę angelus curare maximè aduertebat. Quomodo, ait fiet iſtud quia virum nõ cogneſco. Profundiſsimũ eſt quod petis myſterium ò Maria vereor neminem præſto eſſe, qui tantæ tuæ quæſtioni faciat ſatis. Nanque ſi illum egregiũ pſaltem, per quem ſpiritus domini loquutus eſt, conſulueris, Defecerunt oculi mei reſpõdebit, in ſalutare tuum, & in eloquiũ iuſtitiæ tuæ. Eſt enim verbum, quod ex te caro fiet, ſalutare Dei, & hominum & diuinæ iuſtitiæ eloquium. Ipſum nanque ſolum eſt, in quo poſuit Deus pater iniquitates noſtras, vt ſanguine ſuo illas aſpergeret. Ille rurſum Baptiſta, qui hoc verbum caro hominibus digito demonſtrauit dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tanti myſterij ſe neſcium profitetur, inquiens, ſe indignum eſſe vel procumbentem ſuper terram corrigiã domini ſoluere calciamenti, nõ aliud ex verbis iſtis ſubindicans, quam huius incarnationis nodum ſe ſoluere neſcire, vt ſcilicet Deus hominem in vnitatem perſonę diuinæ acceperit? vt inquam humanitas Chriſti natiuam non habens perſonalitatem diuinam induerit. Hoc latebat & meritò Ioannem, at quid eſt cur hæc commemoro? Ipſas ſacerrimas angelorũ mentes, quę iugiter aſtant ante dominum, & ſunt à ſacratiſsimis Dei ſecretis hic incarnationis dominicæ nodus, iſtud mirabile dei & hominis in Chriſto latet commercium. Circunſtant enim diuinum thonum duo ſeraphim, apud Eſa.ca.6. duaſq; motitant alas, quas medias tenent, quatuor reliquis alijs immotis: quarũ duę tamen ſedẽtis in throno velant caput: duabus eiuſdem velãt pedes. Eſt autem myſteriorum catholicæ fidei caput, & origo diuini verbi incarnatio pedes autem tormenta & paſsio ſunt domini. Mors nanque extremum vitæ eſt, tãquam hominis pars extrema ſunt pedes. Hęc duo igitur celant myſteria ſeraphim, quippe illos fugit neque ad vnguem, quæ vnio hæc ſit diuinitatis, & humanæ naturæ in Chriſto cõprehendere queunt. Rurſum illos quoque latet quæ tanta hęc vnio Dei & hominis, quæ tam arcta connexio, vt Deus ſanguinem fuderit, quia homo fundebat, Deus pateretur, quia homo patiebatur, & tandem Deus mortuus fuerit, quia homo moriebatur quæ denique tam flammigera Dei erga homines charitas, vt proprio & chariſsimo filio non pepercerit, vt reo ſeruulo & fugitiuo ignoſceret. Abſtruſa ſunt hęc miſteria, & obuelatiſsima. Cæterum intermedia, Qualia Chriſti baptiſmus prædicatio, miracula, hæc retegunt ſeraphim: hæc non ſuis obducunt alis, quæ ipſa Dei ſapientia fidelibus patere iuſsit. At ſcio dices mihi ipſum huius diuinæ legationis miniſtrũ Gabrielem adeamus. Forſitã enim (ſiquidẽ legatis legãda pãduntur ſecreta) ideo Gabriel tanti ſecreti conſcius erit. At neque Gabrieli patuit huius reconditiſsimi ſacramenti nexus. Virgine nanque ab illo modum exquirente, Spiritui ſancto rem committit gerendam. Spiritus, ait, ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Quaſi dixiſſet euidentius, Ame modum ne exquiſieris ò virgo: ipſum Deum roga. Diuinum nanque hoc eſt negotium, non angelicum, ipſemet qui in te acturus eſt hoc opus, nouit vt fiet. Qua igitur ratione fieri poteſt, vt nobis arcanũ hoc pateat, quod beatiſsimos ſpiritus latet?

Maria cur non reſalutauit angelum.

1. Reg. 2.

Eſai. 53. 1. Pet. 2.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Incarnationis myſteriũ latentiſsimum eſt.

Myſteria catholicæ fidei à ſacramento verbi incarnati pendet.

Rom. 10.

Incarnatio dñica ſenſi libus veſtigatur exemplis.

latet? At vero nobis alioqui humi repenti bus. Si cõprehendere hæc non licet, illa tamẽ pro infirmitatis noſtræ pẽſo ſenſilibus veſtigare licebit exẽplis. Suſcipite aiebat vt ab hoc exordium ſumamus Iacobus in manſuetudine inſitum verbũ. Non ab re igitur humanatio æterni verbi inſitiõi cõ ferẽda venit. Porrò ramus quando arbori inſeritur, vnũ tertiũ ex duabus arborũ naturis coaleſcit: vt ſi malo citonio malũ inſeras perſicũ: etſi vniuſcuiuſq; arboris natura diſcreta ſit, vnitate tñ fructus vnius ambæ gaudẽt, & vnius arboris fruũtur idẽ titate. Quanquã hoc longè labitur exemplũ ab illa ineffabili Dei vnione. Inſeritur nanq; humana natura Dei verbo. Vna eſt verè arbor hoc eſt Chriſtus: vna perſona, vnaq; dei hominis actio: cæterũ apud nos ramus inſitus, & arbor, quę inſertũ excipit ramũ, duo verè ſunt ſuppoſita. Nã vtraq; contiguitate vnũ ſunt, nõ tamẽ vna arbor ſunt vnitate cõtinuitatis perſica arbor atq; citonius ramus. Quare alij ad accidẽs & ſubſtantiã ſe trãſtulerunt, inde captãtes exẽplum. Quæ duo ita arctiſsimè coniungũtur, vt vnũ ſit ſuppoſitum, vnaq; hypoſtaſis, ipſa inquam ſubſtantia & accidens quo affecta eſt. Vt Petrus albus, aut niger nõ duo homines ſed vnus homo ſunt. At vero coniunctio Dei & hominis non accidentaria eſt. Accidens enim accidẽtaliter afficit, & nominat. At Deus homo nominatur: hæc autẽ ſubſtantiæ eſt denominatio, non accidentis. Sed quid per hæc vagamur paradigmata? Quærẽti enim virgini vniõis modũ Gabriel ait, diuinũ eſſe hoc opus, apud quẽ non eſt impoſsibile omne verbũ. Hoc nobis ſatis ſit omni potẽti vniuerſa eſſe ſubiecta. Quod ſi attentè obſeruas, hoc eſt primũ quod locuta eſt verbũ Maria: tametſi pauca legim' virginis verba. Hîc enim bis angelo locuta eſt: & filio eius itidẽ bis. Semel nanq; dixit in nuptijs, Filj vinũ non habent, & poſtea paternum affectũ exprimens, Pater tuus & ego, ait, dolẽtes quęrebamus te. Nuptialibus item miniſtris proximorũ cõmodis conſulens, ait. Quodcunq; dixerit vobis facite. Rurſum cũ cognata Eliſabeth cõgratulans loquitur etſi gratulationis verba non ſint expreſſa, tñ exprimuntur gratiarũ actiones, quas in cãtico illo celebri, Magnificat anima mea dñm, protulit. At quęramus oportet, quid eſt illud, Spũs ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi. Et enim, ſuperuenire in te perinde eſt ac intra te. Fœminę nãq; ab extrinſeco, ideſt, à viro ſemẽ ſuſcipiũt, & ſuggunt, ꝙ in vulua conceptũ illas fœcundat. At in virgine ſacra non itẽ. Nõ enim extrario ſemine viri li ſucepto fœcũdatur: ſed Spũs ſancti inter na operatione, Chrm cõcepit. Quę quidẽ operatio, quippe quæ miraculoſa erat, ſuperueniẽs dicitur. Superat enim vniuerſę naturæ vires, quod virgo concipiat, & pariat: vt ſplendido carmine cecinit ille, Partus & integritas, diſcordes tempore lõgo Virginis in gremio fœdera pacis habent. Neq; ſolũ iſtud trãſcẽdebat naturæ vires, quin etiã & multo amplius ſuperat naturę vires & ordinem, ꝙ mulier vna deũ & hominẽ & concipiat & pariat. Quę vt virgo præſtaret ſuperna virtute præuenienda erat, & obũbrãda. Eſt aũt vmbrę refrigerare, viſumq; cõfortare, lucẽ enim tẽperat, quæ viſum diſgregat. Vnde hi, qui vmbroſa tenẽt loca, perſpicacius vidẽt, quæ in luce gerũtur, q̃ hi qui lucẽ verſant, quæ in tenebris tractãtur. Demũ vmbra abſcondit, & celat: & corporis, cuius eſt vmbra, vmbroſam exprimit imaginẽ. Spũs igitur ſanctus rectè obũbrat virginẽ. Cõceptionis nanq; incẽdia nõ ſenſit. Refrigerãte nãq; Spiritu ſancto, nullus in virgne libidinis ardor extitit, vt in cæteris fœminis: quę ſi ardores hos nõ experiũtur, cõcipere nõ poſſunt. Id ꝙ in ꝓthematis nr̃i verbis inſinuabat, Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtũ: aperiat terra, & germinet ſaluatorẽ. Etem̃ nubes cõcipiunt rores atq; pluuias, & terra germina cõcipit, & parit, nullis tñ exagitata libidinibus. Rurſum obũbrat, quia mẽtẽ virginis Spũs ſanctus de myſterio incarnatiõis in vtero celebrato inſtruxit:

Secũda collatio adidẽ oſtẽdendũ.

Coniunctio humanitatis cum diuino verbo non eſt accidentaria.

Iacobi. 1.

Collatio ſenſibilis ad diuinã inueſtigãdã incarnationem.

Luc. 1.

Quid eſt Spiritũ ſanctum ſuperuenire.

Vmbræ proprietates.

Ioan. 2. Luc. 2.

Quare Spũs ſctũs Marię obũbrauit.

xit:vt ipſa poſtmodũ Lucam euangeliſtã, & eccleſiam Dei ſacramenta in ſemetipſa geſta doceret,quæ ſola nouerat ipſa. Corroborauit igitur vmbra cœleſtis virginis internum viſum, vt quæ in ipſa gerebantur aduerteret.Hæc demum vmbra ſic abſcõdit ſacerrimum incarnationis ſacramẽtum,vt angelos atque homines lateat, ſolaque fides doceat,deũ ſub nube carnis latentem, noſtris miſerijs affectum fuiſſe. Et quanqam Chriſti humana natura deus non ſit, nulla tamen creaturarum expreſſior vmbra diuinitatis eſt. Cæterum qualis obumbratio,talis quoque extitit conceptio. Deus eſt qui obumbrat, & Deus eſt qui concipitur. Ideoque, Et quod naſcetur,ait, ex te ſanctum vocabitur filius dei. Sanctum ait in neutro genere,vt omnem ſubintelligat ſanctitatem. Quaſi dixerit ideoque & ipſum quod naſcetur ex te ſanctũ. Sunt autem diuinæ appellationes ipſum ſanctum,ipſum bonum, ipſum verũ, ipſum iuſtum. En igitur tibi quod naſcetur ex virgine ipſum verbum Dei, quod ipſum ſanctum eſt. Porrò quod Gabriel adiecit, Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium,ne adiectum putes,vt incredulæ virgini perſuaderet angelus exemplo Eliſabeth propoſito:nuſquam enim incredula extititvirgo diuino verbo. Etenim etſi dixerit, Quomodo fiet iſtud, non de potentia factoris hæſitabat:ſed faciundi negotij modum inquirebat:vt certi ſumus ſi ſemina mandantur terræ, terrã eſſe concepturam:at hæſitandi adhuc locus eſt, quomodo ſcilicet mandabuntur, ne iactatio ſeminis irrita ſit. Aliud igitur eſt de potentia,aliud eſt de modo dubitare.Primum fidem turbat, ſi de diuina potentia agatur: poſtremum vero fidem nõ lædit.Gabriel igitur ſterilem Eliſabeth fœcundatam in medium protulit: vt gaudio perfunderet virginem, & vt ad viſitationis obſequia excitaret. Omnia demum abſoluens virgo ait, Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Hoc eſt verbum quod rerum vniuerſitas iam diu expectabat:angeli quidem, hoc expectabant verbum quia dolebant cõciuium ſuorum lapſum,& per hoc verbum cernẽtes iam promptam adeſſe reparationem nimium ſibimetipſis gratulantur. Patres vero antiquos vateſq; Dei cũ in ianuis paratam aduertebant ſalutem ſuam quanto perfuderit hoc virginis verbum gaudio, quis expendere poterit? aut ſi expenderit, quam linguam denarrandis tantis gaudijs ſat eſſe putabis? tota nanque rerum exaltatur hodie natura, quia virgo hæc cœleſtis paranymphi Gabrielis legatum fœliciter expediuit dicẽs, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Vt olim enim colũba illa Noetica ramum virentẽ oliuæ ore geſtans,diuinę pacis cum hominibus iamiam componendæ nuntia extitit:ita & angelus Gabriel verbũ illud pronuntians,Ecce cõcipies in vtero & paries filium,reconciliationis Dei erga homines pacta ferit, & tanquam inſignis pronubus deſponſationem diuini verbi cum humana natura exequẽtiſsimè proſequitur.Porrò quid hęc nobis prodeſſent,niſi virgo aſſenſiſſet? quanto emolumẽto fuiſſent,niſi hæc depromeret verba, Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Hoc verbũ deniq; Mariæ non ſolum rerũ machina, ſed etiam Dei verbum præſtolabatur iam,vt imaginem,quam condiderat ad primęuã repararet formam, hoc eſt,vt hominem perditũ lucri faceret deus. Hoc verbum ſanè eſt per q̃ niteſcit diuina iuſtitia,per q̃ dulceſsit diuina ſeueritas, familiariorq; iã fit hominib'Dei miſericordia. Subdit quoq; benedictã appellaſſe Dauid Abigailẽ,quæ ne Dauid effunderet innoxiũ ſanguinem verborũ ſuorũ mitigauit dulcedine. Nã ſermo mollis frangit iras: &verbum dulce amicitias multiplicat. At vero quanto ſatius eſt Mariam benedictã appellare, quæ verbo ſuo diuinas placauit iras:& ne Deus funderet ſanguinem noxium huius verbi dulcedine, Ecce ancilla domini,obſtitit? Liberè igitur cum Salomone proclamemus, Fauus diſtillãs labia

Quid ſibi velit quod naſcetur ex te ſanctum.

Maria nunquam incredula diuino verbo.

Ex incarnatione diuina tota exaltatur natura. Gene.8.

Gabriel inſignis pronubus.

1.Reg.25.

Prouer.15. Eccle.6.

Cant.4.

tua

tua mel & lac ſub lingua tua. Primum ꝙ loquitur virgo verbum melleũ eſt, lacteũ eſt: quia profundiſsimæ eſt humilitatis: altiſsimæ eſt obedientiæ. Ad diuinos enim prouocatur honores ab angelo, vt ſit mater Dei, & turbatur in ſermone prouocantis, & ſe adima deijcit. Se enim ancillam Dei profitetur, prorſusque indignam, vt domina ſit. Turbabat olim Angelus probaticæ piſcinæ aquas, at illa turbatio ſaluberrima erat illi, cui in aquam deturbatam deſcenſus contingebat: turbauit quoque Gabriel angelus diuam virginem, vt non iam vnus aut alter ab hac cœleſti probatica piſcina ſalutẽ ſibi pararet: at in omnes virtus huius cœleſtis aquæ diffunderetur. At verò non ſtatim angelo aſſenſit, quia virgo prudentiſsima erat. Idcirco, vt aſſentiat angelo demoratur, vt intelligat deniq;, quem modũ diuinitas tantæ rei gerendæ diſponeret. At inſtructa iam, rumpit moras & angelo externè monenti & Deo internè iubenti promptiſsimè cedit. Vt & egregius ille Iudaici populi dux, & iudex, atque vates Samuel, Deum vocantem non ſubito ſequitur, quouſque ab Eli ſacerdote ſemel atque iterum eruditur. Tunc enim ſine mora loquere tu domine, ait, quia ſeruus tuus audit: vt etiam modo virgo diuinitus erudita iam, Ecce ancilla Domini, ait, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Vtinam ô vos virgines huius veſtigijs virginis hęreretis, vtique ſi tantæ virginis amaretis exempla, nõ deciperemini à fraudulentis hominibus. Seducimini eñ, quia faciles præbetis aures falſa monentibus: & ſubinde clamatis vos ſeductas eſſe. Sed quid clamatis cum veſtra vos ſeduxerit facilitas, veſtra vobis impoſuerit libido? Cur in Mariam non leuatis mentis oculos, quę ex angelica turbatur viſione, atque etiam non illi continuò aſſenſit? At vero angelus Gabriel ad virginem Dei nuntius erat: veſter porro nuntius diabolus eſt, cui ſine mora aſſentitis: infernalibusque legatis, patulas donatis aures. Mauultis ſapere Heuam quam Mariam: magis amatis peccati tramitem, quam iuſtitiæ viam. Deus pater nuntium ſuum Gabrielem ad virginem miſit ad ſalutem conciliandam humano generi: & diabolus ad vos mittit legatos ſuos ad veſtram perditionem. Proponite igitur iam deinceps ob oculos veſtros virgineum hoc atque diuinum ſpectaculum, vt mores veſtros ad illius formam reformetis. Conſiderate Mariam in penetralibus domus ſuæ latitantem, angelica legatione honoratam fuiſſe, vt vos domi quietas eſſe doceat, ſi angelicis imbui virtutibus ſtudetis. Etenim inquietudo, & vagatio, plurimum ob eſt veſtræ pudicitiæ. Dina enim Iacob filia non vitiaretur, niſi vagaretur. Ne ſitis ſicut illa impudens mulier, quam prouerbia Salomonica deſcripſerunt, garrula, & vaga, quietisque impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Quæ omnia à mulierum viuaciſſimo, & terſiſsimo exemplo, quod eſt Maria mater Domini, procul abſunt. Parciſsima enim verbis fuit. Illius enim pauca legimus in ſcripturis verba, vt ſupra commemoratum eſt. Quietis patientiſsima adeò extitit, vt filij ſui mortui ſepulchrũ cum cæteris mulieribus non legamus petiuiſſe: etſi cruci adfuit, vt morientem filium conſolaretur. Et viſura cognatam, progreditur in Iudææ montana: at feſtina progreditur. Non in plateis, aut angulis, aut vicis commoratur. Propterea que digna fuit, quam Deus rore ſuo infunderet: quem rorem concipiens, nobis pareret iuſtum, & iuſtificantem Chriſtũ, iuxta prothema noſtrum. Supereſt iã, vt ſi rorem hunc cœleſtem, pluuiãq; ſaluberrimam, in manibus habemus, vt germina ſanctorum operum, fructuſq; dignos pœnitentiæ, quales hæc pluuia volentibus donat, & à nolentibus exigit, amemus & amplectamur, vt tandem in cœleſti patria iugiter ex hac pluuia perfundamur, diuina viſione in æternum potiti, quã nobis, &c.

Verbũ Mariæ eximiũ.

Ioan. 5.

1. Regũ. 3.

Samuelis cauta prudentia & ad pontificem reuerentia.

Adhortatio ad virgines faciles ſint malè monẽtibus.

Gene. 34.

Prouerb. 7.

Vagatio virginibus ob eſt amantibus puditiam.

Lucæ. 1.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput.46.

Vaticinium cõtra Babylonem.

CONFLATVS EST BEL[a].) Propheta Eſaias digreſsionem fecerat, vt ſacramenta humanæ ſalutis demonſtraret. Iam verò hoc capite regreditur ad eandem, vnde digreſſus fuerat lineam: nempe, vt euerſionẽ Babylonicam euidentius oſtẽdat. Et quãquam in Biblijs quibuſdam, conflatus, legamus, legendum tamen eſt, Confractus eſt Bel. Et Septuaginta, Cecidit Bel tranſtulerunt: contritus eſt Dagon. Et Hieronymus, iuxta Hebraicam veritatem, Confractus eſt Bel legit. Erat autem Bel apud Babylonios idolum autoritatis primæ, quod Græcis eſt Bellum, latinis verò eſt Saturnus. Deſcendit autem Bel à verbo Bala, quod permiſcuit, aut commiſcuit ſignificat, aut à Billa, quod contriuit interpretatur. Nabo idolum etiam erat non tantæ autoritatis, vt primum, quod Dagon eſt Septuaginta interpretibus. Quanquam Diuus Hieronymus prophetiam eſt interpretatus. Eſt enim verbum Hebræis Nibba, quod prophetauit ſignificat. primo Regum decimo: aut ſecundum Kimhi paſsiuam habet ſignificationem: vt ipſam muneris prophetici acceptionem denoter. Sed ſiue hoc, ſiue altero modo Eſaiam interpretemur, ſenſus ſibi conſtat, aut quòd idola Babylonica erant ruitura, aut, quòd Bel, & eius oracula labefactanda erant.

Bel idolum apud Babylonios autoritatis primæ græcis Bellum, & latinis Saturnus.

CONFLATus eſt Bel[a], contritus eſt Nabo: facta ſunt ſimulachra eorum beſtijs & iumẽtis[b], onera veſtra grauí pondere vſq; ad laſsitudinem. Contabuerunt[c], & contrita ſunt ſimul, non potuerunt ſaluare portantem, & anima[d] eorum in captiuitatẽ ibit. Audite me domus Iacob[e], & omne reſiduum domus Iſrael:

¶ *Facta ſunt ſimulachra eorum beſtijs & iumentis*[b].) Subaudiendum eſt impoſita. Et ſenſus eſt ſimulachra veſtra ô Babylonij imponenda tandem erunt iumentis, quando in Perſidem erunt transferenda: & iumenta veſtra ex graui idolorum veſtrorum pondere, vſque ad laſsitudinẽ prementur. Et aptè idola vocat onera Babylonica. Idola enim nulli poterant leuamini eſſe, imò grauiſsimo oneri. Quippe ſimilis illis erant, qui faciebant, & colebant ea.

¶ *Cõtabuerũt*[c].) De iumentis intellige, quæ grauiſsimum pondus idolorum ferre nequibant. Ideo corruerunt onuſta idolis, non potentia ſe ſubducere à graui onere: vt ſignificet corruentibus iumentis, & concidentibus, & ipſa idola, quæ vehebantur caſura quoque eſſe, & conterenda. Ideo ait, Et non potuerunt ſaluare portantem, id eſt, onus, quod portabatur, actiuum pro paſsiuo, aut ipſos Babylonios portantes. ¶ *Et anima*[d].) Idola credebant animabus prædita Babylonij eſſe. Idcirco aptè, animas idolorum abducendas in captiuitatem oſtendit. ¶ *Audite me domus Iacob*[e].) Domum Iacob tribum Iuda, & Beniamim appellat: at p. reſiduũ domus Iſrael, cæteras decem ſubintelligit. Omnes denique Iudaicas familias ſermone iſto comprehendit. Quas attentas vult eſſe, vt ab idolorum abſtineant cultura. Captat quoque illorum beneuolentiam, antiqua illis bene-

beneficia præſtita refricans. ¶ *Qui portamini*, inquit, *à meo vtero*[a].) Quaſi dixerit, Quos ego genui, & à primis enutriui incunabulis. O ineffabilem Dei clementiam! quam ſe deijcit Deus, vt nos extollat? quam cõdeſcendit noſtræ infirmitati, vt illam firmet, & roboret? quam ſe accommodat noſtræ inſipientiæ, vt illam illuſtret? Nihil igit̃ charius fœminis, quam prolẽ amare q̃ in vtero geſtarũt propterea ait, q̃ portamini à meo vtero. Et ſermo eſt metaphoricus. Inſtar enim fœminæ, quæ filio ſuo perſuaſura, vt ſit ſibi morigerus, illa proponit verba, Fili te in vtero geſtaui meo: te alui ab infantia tua &c. Et non ſolum præterita memoratur, ſed & futura pollicetur bona.

Miram Dei clementiam erga hoies demõſtrat.

¶ *Vſque ad ſenectam, & canos ego portabo, & ſaluabo*[b].) Vtique populi illius parentem Abraham, eduxit de Vr Chaldaico, de incendio videlicet idolorum, aut de valle quadã Babylonica, vt Hebræis quibuſdam placet, vt nos ſupra indicabamus. Abrahæ quoq; poſteritatem Iudæos videlicet, deduxit mirabiliter Deus per vaſtas eremos, & auxit numeroſiſsimè tãquam ſtellas cœli. Quã ob rem operæpretium eſt, vt benefactori Deo morem gerant. Et ne ſint petulantes, & perfrictæ frontis, vt deos ficto; Deo vero anteferãt, & illos poſito pudore, vt deos colant, quos humeris geſtare aliò transferendos ſit neceſſe, quando ingruẽtibus bellorum cladibus, ſtationem & patriam deſerere cogentur. Duo demum idolis obuertit Eſaias, & impotentiam, ſibi nanque deditos ſeruare à calamitatibus illæſos nequeũt, & ignorãtiam. Quippe ſtupida ſunt & citra ſenſum, quæ nos ſupra iã ſatis exegimus. ¶ *Conſilium meum ſtabit*[c].) Voluntas Dei beneplaciti efficaciſsima adeo eſt, vt nuſquam ſit ineffica. Voluntas autem alia quã ſigni vocitãt nr̃i illa nonnunq̃ ſibi debito fraudat̃ effectu. ¶ *Vocans*[d]. Hebraica lectio volucrẽ habet: & eſt Cyrus, quem à Media vocauit in Babylonẽ. Beneuolẽtiſsima verbis iſtis viſcera erga

Volũtas Dei beneplacitĩ efficaciſsima eſt.

bit ac ꝺ loco ſuo non mouebitur, ſed et cum clamauerint ad eũ non audiet: de tribulatione nõ ſaluabit eos. Mementote iſtud, et confundamini: redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris ſeculi, quoniã ego ſum Deus, et non eſt vltra Deus, nec eſt ſimilis mei: Annuntians ab exordio nouiſsimum, et ab initio quæ nedum facta ſunt, dicẽs, Conſilium meum ſtabit[c], et omnis volũtas mea fiet: Vocans ab Oriente iuſtũ, et

qui portamini à meo vtero[b], qui geſtamini à mea vulua. Vſque ad ſenectã ego ipſe & vſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & ſaluabo. Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis & cõparaſtis me, & feciſtis ſimilem? Qui cõfertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis conducentes artificem vt faciat Deum, & procidunt & adorãt. Portant illum in humeris geſtantes & ponentes in loco ſuo, et ſta

Media Aſiæ eſt regio q̃ in duas diuiditur maiorem & minorem Strabo. libr. 11.

ra erga Iudæos demonſtrat Deus, venturæ libertatis à captiuitate Babylonica per Cyrum exequenda conſolationem proponens. Quod vero dixerat ſupra, Reddite præuaricatores ad cor, perinde eſt atqueſi dixiſſet,

Qui inſani, & ſtulti eſtis, idola venerantes: ſaniorem habete mentem, & à ſacrilego, & funeſto deorũ abſtinete cultu. Vnde ſubdit. ¶ *Audite me duro corde* a.) Repetitio eſt priorum, vt vehementior ſit dicendorum ſuaſio. Iudæi autem longè erãt à iuſtitia, quia longè erant à cultu Dei,

de terra longinqua virum volũtatis meæ, & locutus ſum, & adducã illud: creaui, & faciã illud. Audite me duro corde a, qui longè eſtis à iuſtitia. Prope feci iuſtitiam meam, non elongabitur, & ſalus mea nõ morabitur. Dabo in Siõ ſalutẽ, & ĩ Iſrael gloriã meã.

in quo vniuerſa iuſtitia iacet. Pollicetur autem ſe prope facturum iuſtitiam. Eſt autem vera iuſtitia Chriſtus, ſalusque diuina. Aut fortè ad Cyrum referri poſſunt verba, vt ſuperioribus capitibus prædiximus. Cæterùm Cyrus non decem tribus, ſed duas libertate donauit. At verò hîc de omnibus tribubus ſermo eſt: quibus, & gentibus per Chriſtũ ſalus acceſsit æterna. Propterea, ſubdit, Dabo in Sion ſalutem, id eſt, duabus tribubus, & in Iſrael, aut Iſraeli gloriam meam, id eſt, reliquis Iudæis.

Cyrus non omnes tribus ſed duas libertate donauit.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 47.



ESCENDE a.) Imperatiua accipe pro futuris, vt ſæpè aliâs, id eſt, deſcendes & ſedebis. Proximo capite Babylonicos Deos euertendos prædixerat Bel, & Nabo: hoc vero capite ipſum imperium ſuperbum Babyloniæ collapſurũ præuidit. Propterea ait, Deſcende, Sede in puluere. Quæ ſublimis es Babylon ex maieſtate tui imperij, deijcienda tandem à ſublimi tuo gradu eris. Sedendum iam tibi erit in puluere à ſolio glorioſo regni tui depulſæ. Vocat autem Babylonem virginem, quia regni gloriam iam pridem illæſam, & integram

Modus pro modo Latinis vſurpatur & tempora quædã pro alijs capere. vt Laurentius lucu lenter commemorat in ſuis elegantijs.

Vaticinium cõtra impe rium Babylonicum.

Deſcende a, ſede in puluere virgo filia Babylon, ſede in terra: non eſt ſolium filiæ Chaldęorũ quia vltra non vocaberis mollis et tenera b. Tolle molam, & mole fa-

ſeruarat ab hoſtibus inexpugnatam: vt Veneti ob eandem cauſam dominationem ſuam virginem intactam appellitãt. Hęc autẽ virgo Babylõ eſt ex numero illarum virginum, quas Matthæus commemorat ſtultas, quæ non acceperunt oleũ in vaſis ſuis. Id circo lampadibus extĩctis, obuiam exierunt ſponſo Chriſto. Babylonij igit̃ inſtar ſtultarum virginum erant, quæ tametſi illæſum tenebant imperiũ, læſos tamen & corruptos habebant mores. Quia tamen molles & laſciui erant, delicijs priſtinis priuandos pronuntiat. ¶ *Vltra*, inquit, *non vocaberis mollis, & tenera* b.) Imò diuerſo res tibi cedet. Seruitute enim

Matth. 25.

te enim comprimeris: in piſtrinum dan-
da eris, vt illic agendo molam, farinam fa
cias. ¶ *Et denudabis turpitudinem tuam* a.)
Quia laceris veſtibus veſtita, & panno-
ſis cogeris aliquando pudenda tua mani-
feſtare. Septua-
ginta, *Reuela o-
perimentum*, edi
derũt tuum, de
nuda canos. A-
lius verò tran-
ſtulit, *Diſſolue
cincinnos tuos,
nudato plãtam.*)
Cæterùm om-
nia tendũt illò,
quò doceat Ba-
bylonios in Per
ſidem ignomi-
nioſè abducen-
dos eſſe. Et vt
hoc vaticinium
tanquam infalli
bile habeãt, ait,
Vltionem ca-
piam, & non re
ſiſtet mihi ho-
mo, id eſt, nulla virtus excellens humana (& ſub humana, creatam omnem, ſubaudi) poterit retractare quæ Deus ſemel tractauit, de capienda vltione Babyloniorum. ¶ *Redemptor noſter.*) Cauſam exhibet cur nullus retractabit comminatam vltionem: quia autor vltionis eſt Redemptor Iſrael, qui eſt Deus omnipotens. Et imperatiua hæc omnia, vt diximus, futuri habent ſignificantiam: vt *diſcooperi humerum tuum.*) Id eſt, diſcooperient humerum tuum. Etenim Babylonij nudati veſtibus pretioſis quibuſque, à Perſis cogebantur, aut nudi aut lacinioſis veſtibus incedere. Et ſimiliter, *Reuela crura.*) Id eſt, retegentur crura tua. Perſiſtit enim in metaphora priori. Eſt enim indecorum virginibus nudis membris ambulare. Per flumina verò Tigrim & Euphratem & Chobar, cuius Ezechiel

rinam, denuda
turpitudinem tu
am[a], diſcooperi
humerum, reue-
la crura, tranſi
flumina. Reuela
bitur ignominia
tua, & videbitur
opprobrium tu-
um, vltionem ca
piam: & non re-
ſiſtet mihi ho-
mo. Redemptor
noſter[b], Domi-
nus exercituum
nomen illius ſan
ctus Iſrael. Sede
tacens[c], & intra
in tenebras[d] filia
Chaldęorũ: quia
non vocaberis vl
tra Domina re-
gnorum. Iratus[e]
ſum ſuper popu
lum meum, con
taminaui hære-
ditatem meam,
& dedi eos in
manu tua: non
poſuiſti eis mi-

Cuæ Deus tractat nemo retracta rit valet.

Tigris Euphrates, & Chobar flumina. Tigris autẽ eſt Aſię fluuius & Euphrates, quorum fontes in Armenia dmõ ſtrãtur lege Plin. libr. 6. cap. 24.

capitulo primo mentionem fecit cum Gloſſa interlineali intellige: quæ traiecerunt Babylonij, quando in Perſidem abigebantur. ¶ *Sede tacens*[c]). Captiuorum, & miſerorum hominum eſt iniurias tacere, ne grauioribus op primãtur, ſi obmurmurẽt, aut obloquãtur. Eſt autem hic tropus hiſterõproton, quoniam, quod poſtremo dixit, priores tenet partes. Dixerat poſterius, Intra tenebras filia Chaldæorũ, & hoc primum eſt. Poſtremum verò eſt ſedere, & tacere. Per tenebras porrò conſueto ſacræ ſcripturæ tropo miſerias, & calamitates intellige. ¶ *Intra tenebras*[d].) Id eſt, intrabis & ſubderis ingentibus atrocibuſque, quibus es premenda malis, & ſedebis deſolata, & ſilens, quia non habebis, in quem te conuertas præſidia petitura. ¶ *Iratus*[e].) Immanem crudelitatem Chaldæorum palam facit, quam exercuerunt in Iudæos, quos Dominus, vt corriperet, Chaldaicis permiſit iniurijs. At verò Chaldæi diuini eſſe conſilij geſtum non obſeruantes, truces in Iudæos extiterunt, multò vehementius ferocientes in Dei populum, quam par fuiſſet. Iratus eſt igitur Deus aduerſum Iudæos, & contaminauit hæreditatem ſuam, id eſt illam à gentibus conculcandam dereliquit. Hieremiã capi. 12. lege, cuius verba ſunt, Hæc dicit Dominus aduerſus omnes vicinos meos peſsimos, qui tangunt hæreditatem, quã diſtribui populo meo Iſrael &c.

Miſerias ſignificant tenebræ in ſcriptura ſacra.

vbi

vbiidem docetur. Ex victoria ergo Iudaica, extulerunt animos suos insolentissimè Babylonij. At die vna à Cyro aggressi,itidem & à Dario deuastati, & deturbati sunt à regno,& veluti viduata est marito Babylõ, quin & filijs, quia Babylonij abacti, sunt in Persidem. Quæ omnia ppesi sunt, tum propter superbiam, vt diximus, tum etiam propterea quod maleficis artibus erant ditissimi Chaldæi, vt Lucianus in quodam Dialogo commemorat. Et quia superbiæ est affectare singularitatem,Babylonicam docens superbiam inquit. ¶ *Et dixisti in corde tuo, Ego sum,& præter me non est altera*[a].) Superbis verò Deus resistit, vt humilibus gratiã det. Quare subdit. ¶ *Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quã non poteris expiare*[b].) Neque tamen hinc tibi colligas culpam aliquam tantisperdũ viuimus inexpiabilem esse. Non enim sermo est de culpa. Quæuis nanque culpa quantumlibet piaculum sit,ablui potest, si lauacro pœnitentiæ illi subueniatur. At sermo est de calamitate pœnæ aut supplicio, quod apud Deũ præfixum est, ob commerita inferre. De quare nos superius diximus. ¶ *Stæ cũ incãtatoribus tuis*[c].) Ridet Esaias Chaldæos, cæterosque alios diuinos, & incãtatores: qui obseruantes astra, coniunctiones,& oppositiones siderum, sibi pollicentur futurorum prouidentiam. Atqui Chaldæi Astrologia & diuinatiõibus pollentes, suo malo mederi nequiuerunt.

Babylonij euersi propter superbiam & maleficasartes.

Quælibet culpa dum viuitur moraliterexpiari potest.

sericordias : super senem aggrauasti iugum tuum valde. Et dixisti. In sempiternum ero Domina , non posuisti hæc super cor tuum,neque recordata es nouissimi tui . Et nunc audi hæc delicata & habitans cõfidenter, quæ dicis in corde tuo.Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Veniẽt tibi duo hæc subitoin die vna , sterilitas & viduitas,vniuersa venerunt super te , propter multitudinẽ maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorũ vehemẽtem . Et fiduciam habuisti in malicia tua, & dixisti , Non est q̃ videat me. Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti ĩ corde tuo. Ego sum , & prẽter me nõ est altera[a]. Veniet super te malum, et nescies ortum eius, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare[b]: veniet super te repẽte miseria quã nescies. Sta cum incantatoribus tuis[c], & cũ multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua , si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum:stent,& saluent te augures cœli, qui contemplabãtur sydera & supputabant menses, vt ex eis annuntia-

rẽt ventura tibi. Ecce[a] facti ſunt quaſi ſtipula, ignis cõbuſsit eos, non liberabunt animã ſuam de manu flammæ: nõ ſunt prunæ[b], quib⁹ calefaciãt: nec focus, vt ſedeãt ad eum. Sic facta[c] ſunt tibi in quibuſcunq; laboraueras: negotiatores tui ab adoleſcentia tua, vnuſquiſque in viam ſuam errauerunt, non eſt qui ſaluet te.

¶ *Ecce*[a].) Aſtrologos Babylonicos flãmis trandos, & deurendos prædicit, tantoque in cẽdio illos comburẽdos, vt prunæ ex incendio non ſint ſuperſtites, quæ vſui ſint alijs, vt caleſiant: aut ex eis focum cõponant, & ad eũ ſe deant caleſacturi. Hoc eſt quod ait. ¶ *Nõ ſunt prunæ.*[b]) Subaudi alijs. ¶ *Sic facta.*[c]) Quaſi diceret, Oĩa tua Babylõ quibus cõmiſeras ſpẽ tuã euaneſcent, & tibi non proderunt.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput 47. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio Vnica. De pœnitentiæ neceſsitate, & mirabili efficacia, cuius prothema eſt. Deſcende ſede in puluere. Eſaiæ. 47.

VERBA hæc, quæ calamitatem Babylonicã pronunciabant, vſurpare nõ eſt difficile, in gratiã eorum, qui errata vitæ priſtinæ, emendare ſoliciti, ad frugẽ meliorem ſe conuertere per pœnitentiã ſtudent. Animæ nãq; fideles plæriſq; etiã obrutæ vitijs, virginũ nomen retinent. Stultarũ tamen, interim dum ſynceram fidem ſeruãt, quæ alioqui filiæ Babylonis appellandæ veniunt. Sunt enim filiæ peccati, peccatũ autẽ Babylon eſt, quia confuſio eſt. Confuſio nanq; eſt ordinis peruerſio, quam peccatum amat, creaturam præponens creatori. Huic ergo animæ peccatrici, quæ pœnitere cupit de peccatis ſuis, modum pœnitẽdi deſcribit ꝓpheta. Deſcende, inquit, ſede in puluere. Quaſi dixerit, Quæ malè aſcenderas, elato animo diuina præcepta tranſgrediens, depone elationem, & humili corde legi Dei hærere iam velis. Sede in puluere, ſede in terra, recogita te puluerẽ & terram futurũ. Recogita rurſum, non eſſe tibi ſolium in regno Dei, niſi telam, quam orditus es vanitatis, abſcideris. Mollitudini & teneritudini, id eſt, voluptatibus noxijs ſeculi, non eſt tibi iam incumbendum, ſed aſperitas pœnitentiæ ſedulò amplectenda. Tollenda tibi eſt iam mola, & molenda farina, vndè panis ille doloris cõfletur, cuius Pſalm. meminit, Surgite poſt quàm ſederitis, qui manducatis panem doloris. Nuda quoque turpitudinem tuam, ſacerdoti reuela turpia geſta tua: integrè pande pectus tuum: & quæ non puduit facere non pudeat cõfiteri. Nã ſi pudor tibi obſtiterit, quo minus exactè intima tua coram ſacerdote profundas, abſtergi non poteris. Quòd ſi obliuio te peccatorũ cæpit tuorum, dole quòd obliuiſcaris: operam præſtavt reminiſcaris. Cæterùm bono animo eſto, ſiquidem ſi eorum quæ memineris germanè reſipiſcis, etiam eorum, quæ obliuiſceris veniam à Dño conſequeris. Nihil enim tibi nocebit obliuio, ſi ſtudioſa non ſit: & promptum tene animum, illa palam facere ſacerdoti, ſi vnquàm in memoriam venerint. Quòd ſi hæc obſeruaueris oblitorum peccatorum, te non agitabit neque turbabit ſcrupulus. Eandem rationem ſubeunt, occulta, quam & oblita peccata. Occulta enim ea ſunt, quæ quis ignarus facit, bonum

Pſal. 126.

Pœnitentia exigit confeſsionem.

Animæ fideles etiam ſi fordeãt peccatis virginẽs tñ etiã ſi ſtultè appellantur.

Obliuio nõ ſtudioſa nõ nocet confitenti.

num ducẽs eſſe, quod alioqui malum eſt. Quòd ſi hæc ignorantia probabilis eſt (quam inuincibilem noſtrates theologi appellant) culpa non eſt. Quapropter nõ eſt cur ſe torqueat, qui illa ignorantia premitur. Quòd ſi improbabilis eſt, ſeu vincibilis (quæ in vitio eſt habenti) vtique fieri poteſt, vt huius ignorantiæ obliuio ſtudioſa non ſit, aut quod ſpontanea non ſit: ſed naturaliter ſubrepens, vt & cæterorũ peccatorum. Vnde memoratorum à pœnitente peccatorum legitima reſipiſcentia, memorata peccata, & oblita delet. Tametſi ſacramẽtalis abſolutio, ad oblita primario non ſe producit, niſi conſequenter. Nanque ſacramentalis hæc abſolutio primo, ea quæ per confeſsionem ſacramentalem expreſſa ſunt ſpectat. Hæc nanq; ſunt illi ꝓpria, inq̃ agat materia, at non cõfeſſa, materia huius ſacramenti primario non ſunt, niſi ſecundario & per modũ ſequelę. Etem̃ abſolutis cõfeſsis peccatis, etiã oblita abſoluunt̃. Nam impiũ eſt à Deo dimidiã ſperare veniã. Quare oblitorũ nemo poterit legitimam ſatisfactionem imponere. Quippe non ſunt primaria huius ſacramenti materia. Neque ab hoc placito, vt mihi videor Concilij Tridentini, verba Abhorrẽt. Ait enim, Reliqua autẽ peccata quæ diligenter cogitanti non occurrunt in vniuerſum in eadem confeſsione incluſa eſſe intelliguntur Seſsio. 14. cap. 5. id quòd nos ingenuè fatemur. At Synodus non negat oblita peccata conſequenter ad confeſſa, abſolui: & non primario, vt diximus. Siquidem etiam ſi cenſeantur tanquam confeſſa quippe quæ venia donantur: at verò non ſunt confeſſa. Quandoquidem pœnitens ſi vnquam memoriæ occurrerint confiteri illa tenetur. Sacerdos nanque homo cum ſit, ad ea duntaxat, quæ illi patent, per auricularem confeſsionem primario abſoluendi ius habet. Deus autem, cui omnia intima noſtri pectoris patent, omnia delet: & quæ ſacerdoti patent, & quæ pœnitentem latent, quia ex induſtria non latent: & malitioſè non

Occulta & oblita peccata quã ratione ſub eant.

abſconduntur. Imò paratus eſt animus illa retegere, ſi memoria ſuppetierit. Neq; quia oblita non pandũtur propterea, confeſsio integra non eſt. Etenim illam integram confeſsionem puta, quæ illa promit omnia, quæ memoria fundit. Et animum habet fundendi cætera omnia, ſi præſto eſſent pœnitente operam præſtante, vt præſto ſint. Quam ob rem, ſi homo præſtat quod debet, etiam ſi infirmum ſit, quod præſtat, indubitatum eſt Deum illi protinus ad futurum, peccata donãtem, & gratiam largientem. Diſcooperi igitur humerum tuum, reuela crura tua: tranſi flumina, inquit pœnitenti vero Eſaias. Eſt autẽ humerus actionem ſignificans, vt & crura. Diſcooperiendus igitur humerus, & retegenda crura: quia apud confeſſarium nihil criminis celandum eſt. Tametſi non omnia, quæ augent crimina propalanda ſunt neceſſario, ſed ſolum ea, quæ augent variando delicti ſpeciem. Etenim, qui teruncium ſuffuratur venialem admiſit culpam: is verò, qui nummum aureum, criminalem. Quapropter multum, & paucum, in materia furti (quippe quæ peccati ſpeciem variant) promenda ſunt. Etiam ſi apud Philoſophos multum, & paucum, ſpeciem non variant naturę: quę tamen propoſito noſtro non ſeruit, ſed ſpecies moris, cuius eſt habenda ratio, quando de peccatis agitur in ſacramento confeſsionis reponendis. Nanque ſi fureris (vt dicebam) obolum crimini non dabitur: ſecus ſi nũmum ſuffureris aureum, At mortale, & veniale ſpecie differunt. Quidquod quantitas in furto eſt exponẽda etiam ſi aliquãdo non variet moris ſpeciem propter reſtitutionem iniungẽdam à confeſſario. De qua re alias interim tamen conſule Tho. in. 4. diſtin. 16. quęſt. 3. artic. 2. quo loco tradit circunſtantias aggrauantes in infinitum peccatum, neceſſariò eſſe confitendas: cæteras vero tantum ex conſilio. Aggrauant autem infinitum, quæ ſpeciem mutant. Quas neceſſario eſſe confitendas, Synodus Tridentina.

tina Seſsi.14.c.5.indicat de aggrauãtibus autem notabiliter inuariata ſpecie tamen nihil præcipit. At vero qui duos vna exẽpli cauſa occiſione occidit, homines, numerum oportet confiteri, quiá virtualiter duo peccata fecit. Tranſeunda autem quo que flumina ſunt: lachrymarum nempè flumina à pœnitentibus appetenda veniunt. Quarum hæc vis eſt, vt peccatorũ ora aſpergentes, peccati maculas abſtergant, vt Chryſoſtomus tradidit homilia quadam de pœnitẽtia. Ab oculis, ait, pœnitentis lachrymę ſtillant, & flammas inferni extingunt. Hæc omnia abũde proſequuti ſumus in declamatiõe tropologica ad caput.4. Et iunge quoq; quæ in declamatione ad caput.23. de oneribus Tyri diximus. Iſtis accedat in coronidem verbum vnum ne fallaris ſicubi videris me vſurpare vocem hanc reſipiſcentiam, quam corruperunt hæretici cum fautoribus ſuis: vt credant reſipiſcentiam eſſe nouam vitã. Et ſanè immeritò. Etem reſipiſcẽtia dolorẽ malæ actæ vitæ, & animũ vitãdi mala in poſterũ includit, vt rectè dixeris reſipiſcẽtiã cõprehẽdere cõtritionẽ, & ſatisfactionẽ, & cõfeſsionẽ vt ſcitè Eraſmus in caſtigatiõib⁹ in Vallã meminit caſtigãdo eũdẽ annotantẽ quædã in nouũ teſtamẽtum. Itaq; ne te fallat hæretica corruptela.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput.48.

Documẽtũ in ſcriptura ex ordinaria gloſſa.

AVdite hæc domus Iacob.[a]) Ordinaria gloſſa cõſuetudinẽ ſcripturæ eſſe cõmemorat, ſi Iacob ſine honorifico interſignio nominetur, popu lũ illũ vetuſtũ Iudęorũ denotare. At vero ſi honorifico cognomẽto cognomineturvt.c. 44. ad populum nouũ verbo fidei genitũ (qui eſt catholica eccleſia) eſſe referẽdũ. Vnde textus hic deſiguratitio illo populo eſt audiẽdus. Id qđ ꝓbè adnotauit Hieronymus Iudęos hoc loco nõ appellatos eſſe Iacob ab Eſaia abſolutè: ſed cũ adiecto. ¶ *Audite*, inqt, *hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael*, Quaſi dixerit, Indigni eſtis, qđ ita cognominemini. Nõ em̃ eſtis vt Nathanael ille Ioã.1. verè Iſraelita: ſiquidẽ opere nõ præſtatis, qđ noíe profitemini. Quid aũt ſibi velit Iſrael ſuperius expoſuimus. Vñ ſubdit, Iuratis in noíe Dñi.i. per nomẽ Dñi: at Dei quem coluit Iſrael pater veſter, non recordamini. At vt ſemel dixerim Eſaias lõge ꝓcul olfecit phariſaicam hypochriſim, q decimabãt menthã, cyminũ, & omne olus & grauiora legis prætermittebãt, iudiciũ ſcilicet & charitatem. Et hoc eſt, quod ait recordamini nominis Dei Iſrael nõ in veritate, neq; ĩ iuſtitia. ¶ *De aquis.*[b]) Nõ dixit de ſemine Iuda exiſtis: ſed đ aquis. Eſt autẽ aduertẽdum in ſemine aliquid eſſe, quod vices materiæ gerit, aliud verò quod eſt vicẽ agens formæ. Eſt enim ſemen glutinoſus humor quidã à ſubſtãtia progignentis deciſus: & hic humor aquoſitatem cõtinet. At vero humoris huius ſubſtãtia ſpiritum vitalem gignitiuum imbibit: citra quem ſemẽ nõ eſt prolificum. Nẽpe quia calore & ſpiritu aereo deſtitutum eſt. Iudæos ergo elegantiſsima metaphora Eſaias carnales eſſe, amatores vmbrarum, & non veritatis demonſtrat. Non enim ait de ſemine Iacob producti eſtis, ſed de aquis. Quaſi dixiſſet aduerſum eos, vos Iudæi ex Iudaica propagine, non quod purum,

Audite hæc domus Iacob[a], qui vocamini nomine Iſrael, & de aquis[b] Iuda exiſtis qui iuratis in nomine dñi et Dei, Iſrael, recordamini non in veritate neq; in iuſtitia.

Lucæ. 11.

Semẽ aliqđ habet tãquã materiam a liud tanquã formam.

non quod syncerum,& vitale erat retinetis,sed crassam tantum legis intelligentiã. Non enim fidem patriam, & religionem retinetis,sed materialem tantum progeniem. ¶*De ciuitate.*a) Hierosolymam sub audi,quæ ex tẽpli magnificentissimi gloria resplendens, ciuitas sancta appellabatur. Vocati ergo fuerunt Iudæi de ciuitate sancta, quippe appellabantur filij Hierusalẽ. Id est sanctæ ciuitatis ciues. Et hoc maximę autoritatis ducebatur. Proindeq; sanctimoniam venditabant,& pietatis falsam speciẽ ostentabant: vt oricalchum quod rutilat vt aurum: & ignaris,ex auri fulgore,quo lenocinatur aspectibusvidẽtiũ imponit. Tales sunthypochritę.Et idẽ est qđ subdit. ¶ *Et super Deũ Israel cõstabiliti sunt*b) Idest,quod verbis,& vestimentorum,singularitate ostendunt,est diuina Zelare,& illis inhiare.At verò cor illorũ longè est à Deo. ¶*Priora.* c) Quod supra dixerat inculcat modo & identidẽ inculcauit, Deũ esse præsciũ futurorũ:& prædictiones propheticas opere cõplesse.At Hebraica natio de duritie sępe increpatur.Deuteronomio em̃ docet hæc obstinatio Iudaica.c. 31.&.c.32.& Acto. 7. & alibi frequenter.

Iudæi filij Ieruſale vocabantur.

Hypochritæ sunt vt oricalchũ.

Matth. 15.

mini nõ in veritate neq; in iustitia. De ciuitate[a] enim sancta vocati sunt & sup Deum Israel cõstabiliti sũt[b]: Dominus exercituũ nomẽ eius.Priora[c] extunc annũtiaui , & ex ore meo exierunt,& audita feci ea: repente operatus sum,& venerũt. Sciui enim quia dur[9] es tu,& nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea[d]. Prædixi tibi extunc:antequam venirẽt indicaui tibi ne forte diceres, Idola meafecerũt hæc & sculptilia mea,& conflatilia mandauerũt ista. Quæ audisti[e], vide omnia: vos[f] autem num annuntiastis? Audita[g] feci tibi noua extunc,& cõseruata sunt quę nescis:nunc creata sunt[h],& nõ extunc,& ante diẽ et nõ audisti ea: ne forte dicas,Ecce ego cognoui ea. Neque audisti neque cognouisti, neque extunc aperta est auris tua:

Duriſsimi enim extiterũt in colẽdis idolis & pertinaces ꝓpositi,vt & modo pertinaciſsimi in sectanda superstitione sua sunt, Chri fidẽ abnegãtes.Ideoait.¶*Nervus ferreus cervix tua,& frons tua ærea.*d)Idesthabes ceruicem inflexibilẽ ad bona exercẽda, vt ferrũ: habesque frõtẽ,per fictã, quæ pudere nescit. Quibus tñ Deus sese olĩ attẽperãs,tãquam paruulos bonorũ tpaliũ allexit ꝓmisionib[9]: & flagelli tpalister riculamẽto illo rũ coercebat pertulãtiã.¶*Quæ audiisti.*e) Idest quę prędictionibus propheticis auribꝰ excepisti, illa vide,& cõtẽplare, vt opere sũt expleta. Nõ em̃ sunt,vt oracula idolorum quę mẽdaciasua ãphibologijs tegunt.¶*Vos.*f) Id est nunquid vos nõ annũtiabitis, idest, cogemini fateri ex veritate ipsa cõpulsi ita esse,vt iã vobis dixi,idola scilicet ignara esse & stupida.Nãq; ꝺ captiuitate Babylonica sermo est, quam ipsi suo senserũt malo. Et quod subiũgitur ad hoc idẽ referas.¶*Audita.*g) Idest per vates meos quædã noua tibi prædixi mala: quæ tu nesciebas. Neq; idola tua illa præsenserũt:vtvidelicet quod eras abducẽdus in prolixam & tœdiosam captiuitatem. ¶*Nunc creata sunt.*h) Idest à me nuper

Iudæi durissimi corde.

Idola ignara & stupida

sunt

ſunt decreta quia tametſi æterno decreuerit Deus, ait nunc eſſe creata, ſeu ſtabilita: quia per vates ſuos recens captiuitatis mala promulgarat. ¶ *Scio.a*) Hebræus populus præuaricator, & traſgreſſor diuinæ legis à primis (vt aiũt) vnguiculis fuit. Nãp incultas ſolitudines agens vitulos ſibi erexit aureos. Et hoc eſt quod ait. ¶ *Ab vtero trangreſſorẽ vocaui te.b*)

Exod. 32.

ſcio[a] enim quia præuaricans præuaricaberis, et tranſgreſſorem ex vtero vocaui te[b]. Propter nomen meum[c] longe faciam furorem meum et laude mea infrenabo te[d] ne intereas.

Obſerua tamen vocantem Deum ad bonum ſcriptura eſſe docet. Dominus enim aliquando ait. Ab vtero vocauit me, & recordatus eſt nominis mei. Et rurſum quos vocauit, hos & iuſtificauit. At non itidem accipiendum quod modo ait, Eſa. *Tranſgreſſorem ex vtero vocaui te.* Nõ em̃ deus mali autor eſt. At ideo tranſgreſſorem vocat populum illum, quia ob facinora ſua Deus tranſgreſſoris nomine illum eſſe dignum iudicat. Non ergo vocare in ſcriptura ſemper eſt facere, vt hic locus indicat: tametſi frequentius vocatio diuina operationem ſignificat. Quale illud eſt, vocat ea, quæ non ſunt tanq̃ ea, quæ ſunt ad Roma. 4. & ſæpe aliàs. ¶ *Propter nomen meũ.c*) Expreſſerat Iudęos peruicaciſſimos eſſe, exprimit modo quanta clemẽtia vſus fuerit Deus in eos. Et vtitur metaphora eorũ qui laſciuiẽtes, & indomitos habẽt equos, quorũ laſciuiã & indomitũ furorẽ frẽnis immiſis ſeſſores cõpeſcunt. *Propter nomẽ meum.* Longe, inquit, faciam furorẽ meũ. ¶ *Et laude mea infrænabo te.d*) Iſtud eſt, qđ vtraq; ſcriptura, & vetus, & noua nũquam nõ cõmemorat, Deũ iuſtificare homines gratis. Hoc ſupra dixerat. *Ego ipſe ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Et mõ ait, *Propter nomẽ meũ longe faciam furorẽ meũ.* Et propter laudem & gloriã nominis ſui infrænat Deus peccatores, ne per vitiorũ abrupta præcipitio ſe dent. Etenim rectè Auguſti. in homilijs ad Ioannem docuit, Cur iſtum trahat, & illum non trahat, noli ſcrutari, ſi non vis errare. *Nulla nanq; cauſa eſt ſcrutanda alia humanæ iuſtificationis, niſi diuina voluntas* ad ſenſum mox ſubdendum. Quæ quos vocauit iuſtificauit. Nam etiam ſi noſtra vt iuſtificemur requiratur volũtas, atq; conatus citra quæ adultorũ iuſtificatur nullus: at verò hæc voluntas ante iuſtificantem gratiam ingrata Deo eſt, & indigna, quæ iuſtificetur quanuis conatus noſtri arbitrij ante iuſtificantem gratiam non ſunt Deo ingrati quando conamur inquam fide, ſpe timore q̃; Dei culpam de finibus cordis depellere noſtris: cæterũ etſi nõ ſunt ingrati, quia boni ſunt: at illos gratos eſſe Deo ãte gratiã iuſtificãtem ne dixeris, quia meritorij nõ ſunt vitæ æternę etſi cõtẽdãt theologorũ nõnulli meritorios eſſe cõgruitate q̃dã. Iuſtificamur igitur à Deo ꝓpter gloriã nominis ſui, cui indigna dignificare placet, vt nos faciat dignos ſortis ſanctorũ. Iſtis porro accedat ne aliquis forſan indiligẽter hæc legẽs exiſtimet iuſtificationẽre ferẽdã eſſe tãtũ in Dei volũtatẽ. Id qđ neq; Aug. in verbis prænotatis ſenſit neque ego ſentio: at vero pauli ſper mecũ fige pedẽ, & aduerte diuina oracula hoc præſeferre nõnũquã oĩa iuſtificatiõis chariſmata in Deũ eſſe referẽda. Eſt tibi Paulus (vt interim alia ſileamus) ad Rom. 9. clarè teſtificãs, nõ eſt volẽtis neq; currẽtis, ſed eſt dei miſerẽtis. Quę verba Aug. q. 2. ad Simplicianũ de verbis apoſtoli diſſerẽs, quæſtionẽ Pauli cur Iacob iuſtificatus, & Saul nõ iuſtificatus fuit cũ Paulo abſoluit, referẽs in Dei volũtatẽ. Quare ait obduratio nẽ eſſe nolle miſereri Deũ, vt nõ irrogeẽ hoĩ quò deterior ſit: ſed tãtum quo ſit melior nõ erogetur. Iuxta quod nõ abſudè di

Rom. 8:

Eſaiæ. 49. Rom. 8. Aduerteſcripturæ ſenſũ

In ſcriptura nõ ſemp vocare eſt id qđ facere.

Deus iuſtificat gratis.

Ephe. 1.

xeris iuſtificare,eſt velle Deũ miſereri,tol lendo culpã,& donando gratiã vt. Ioã. 6. colligitur,Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eũ & tractatu. 26.ſuper Ioã. Domini verba eadẽ tractãs, Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eũ, tractũ iſtum gratiã eſſe iuſtificãtẽ inſinuat. Vñ verba illa priora dicens cur iſtũ trahat, & illũ nõ trahat,æquè eſt atq; ſi dixiſſet,cur iſtũ per gratiam prẽueniẽdo iuſtificat, & illũ etiã præueniẽdo,nõ iuſtificat. Aut ap tius ſi voles quẽſtio eſt cur iſtũ efficaciter mouet,& illũ nõ efficaciter mouet?Etẽ nõ oẽs Deus ad gratiã efficaciter mouet: tametſi oẽs præueniat,& oẽs vocat.Et tra ctus hic Auguſtino eſt efficax motus diui næ gratiæ iuſtificãtis. & Ariſtot.7.Phyſi. tex.10. tractũ,corporũ efficacẽ cenſuit eſ ſe motũ:ita & in ſpiritualib⁹ trahitur is ad Deũ qui deſerta culpa in Deũ cõuertitur, & exẽpla ſunt Augu. de oue quæ ramorũ virẽtiũ pellecta voluptate,ad illos carpen dos trahitur.Et puer qui viſis nucibus aui ditate edẽdi raptus,ab illis trahitur. Et ne multis te morer ipſa iuſtificatio eſt ipſatra ctio.Præuẽtio autẽ,ſeu gratia præueniẽs, ſola adeſſe põt ſine iuſtificatione. Nã vni uerſos homines Deus præuenit,& vocat. At audiſcripturã tonãtẽ cœlitus Pro.1.vo caui & renuiſtis. Nõ ergo locus eſt dubi tãdi,cur iſtũ præueniat,& illũ non præue niat?Siquidẽ oẽs præuenit Deus,& oĩbus auxilia præſtat,vt in Deũ cõuertãtur & vi uãt.Cur ergo quoſdã præuenit efficaciter q; mouet ad gratiã Dei cõciliãdã, alios ve ro nõ itẽ.Auguſtinus in diuinã videtur ex Paulo retuliſſe volũtatẽ. Et ſui nõ oblitus li.de eccleſiaſticis dogmatibus.c.32.Deus (ait)agit in nobis,vt qđ ipſe vult,ipſi quo q; velimus,& agamus. Etẽ operatur in nobis & velle & perficere ad Phil.c.2.Cẽ terũ ne tibi imponãt Auguſtini verba ob ſeruabis nõ ſolã diuinã volũtatẽ eſſe cau ſam iuſtificationis,iuxta decretũ concilij Tridẽ.Seſſ.5.c.7.Vbi plures enarrant cau ſæ nr̃æ iuſtificationis,præter diuinã volun tatẽ.Nã Chr̃i paſsio,iuſtificat liberi arbi trij motus,ſacramẽta & id genus.Tu lege verba cõcilij.5.cauſas iuſtificationis tradẽ tia verũ tñ in oĩbus effectibus quærit cau ſa prima,iuſtificationis.Igit̃ ſi cauſam pri mã quæris ad quã ſtat reſolutio vltima,di uinavolũtas eſt.Statue eẽ tibi,vt rẽ hãc p cipias Iudã & Petrũ, ambos graui coram Dño preſſos delicto,ambosque inimicos Dei.Hic quidẽ negãdo Magiſtrũ,illevero vẽdẽdo,& prodẽdo,at excitat̃ Petrus, Iu das vero iacet in peccato ſuo.Cur ita obſe cro.Exhibebo tibi cauſam ꝓximã.Quip pe Petrus cõuerſus fleuit amarè, Iudas ve rò abiẽs impœnitẽs laqueo ſe ſuſpẽdit.At ais,Potuit quoq; Deus Iudæ donare ſpũm pœnitẽtiæ,vt Petro: at cur donauit Petro & nõ Iudæ?Nã ſi Petro nõ donaſſet De⁹, neq; Petrus cõuerteretur,neq; fleuiſſet a marè.Et certè iſtud eſt qđ Aug. quærebat cur iſtũ trahat,& illum nõ trahat?Sciebat nẽpe Augu.in Petro adfuiſſe pœnitentiã & nõ in Iuda,& poterat quẽrẽti ſibi reſpõ dere,quia hic pœnituit, & ille obduruit. Ideo hũc traxit,& illũ nõ traxit. At vero, hæc nõ eſt vltima reſolutio iuſtificationis nã ſupereſt quẽrere,cur hic pœnituit,& il le nõ,id qđ ſi putas abſoluẽdũ qa horũ qui libet eſt liberi arbitrij, rectè abſoluiſti,ſi hõ ex propria liberij arbitrij facultate pœ nitere citra donũ Dei quiuiſſet. Verũ quia pœnitẽtia vera donũ Dei eſt, nec illi pa res ſunt arbitrij nr̃i vires,niſi præſidio fo ueãtur diuino,idcirco quæſtio adhuc re ſtat,cur Petrũ donauit pnĩa De⁹,& nõ Iu dã?Ideo reſolutio poſtrema eſt in diuinã volũtatẽ,quæ eſt cauſa prima & præcipua efficiẽs iuſtificationẽ.Nã motus liberi ar bitrij diſponũt mẽtẽ,vt gratiã diuinã cõci liẽt,& ſacramenta inſtrumẽta ſunt gratiæ Dei ineũdę. At diuina voluntas eſt cauſa prima & præcipua efficiẽs iuſtificationẽ. Hæc volũtas igitur excitauit Petrũ à pec cati ſomno.Sed qa volũtas Dei ordinatiſ ſima eſt excitauit Petrũ,illũ primo præue niẽs,& molliẽs,& fide,& timore,& ſpe il lũ afficiẽs,vt tãdẽ poſt amaros flet⁹ ad deũ cõuerterẽt.At Iudã etiã præuenit Deus,at

non

nō efficaciter vt Petrū. At vero qđ ſic nō moueretur,& excitaret ipſe ſibi autor Iudas fuit peccato ſe mergēs,nō Deus, q̄ ne minē in peccatū mergit:ſed potius peccatores limo peccati infixos, extrahit : quæ eſt ſua erga hominesmiſericordia. Id qđ concilīū indicatū inſinuare ſatagēs in abſoluto habet,miſericordē Deū eſſe iuſtificationis cauſam,quigratuitò abluit,& ſanctificat. Quid eſt gratuitò ſanctificat,niſi gratuitò iuſtificat? Etq̄d eſt gratuitò iuſtificare? Nū eſt hominē ſocordē & inertē ſine vlla præparatione animi iuſtificare? nō arbitror. Sed q̄ ipſe præparat mētes nr̄as tātomunere indignas,& præparatas iuſtificat. Sic tñ præparat,vt ſocordes & inertes nō præparet, ſed eos qui præſtāt ſeſe Deo quo ad licet morigeros, iuxta illud, Dñs aperuit mihi aurē & ego nō cōtradico & cætera,quæ enarrātur. Eſa. 50. Vt in caput aūt hæc redigamus,neutiquā dicere piū eſt, Deū eſſe totā cauſam nr̄æ iuſtificationis. Quippe liceret tum in vtrāq̄; aurē obdormire. At vero præcipuā primā efficiētēq̄; cauſam Deū eſſe nr̄æ iuſtificationis,ad quā demū vltima ſtat reſolutio iuſtificationis nr̄æ fidei pietas hortatur vt credamus. Sed iā Eſaiam audiamus. ¶ *Ecce excoxi.*a) Peccatores,vt ſibi vocanti emolliat flagellis & tribulationibus pręparat:quia autore Gregorio mala, quæ nos premūt, ad Deū ire cōpellūt. 70. interpretes hūc locū ediderūt, *Ecce vendidi te non propter argētū:erui te de fornace paupertatis* Et trāſlatio quędā Vatabli huius loci ſatis cōſentit cū. 70. interpretibus. *Ecce conflaui te:at non pro pecunia.* Septuaginta em̄,quia cōcīniorē aduertebant lectionē,nō trāſtulerunt,Excoxi te,aut cōflaui te:ſed vendidi te,nō propter argētū. Et tranſlatio diui Hieronymi ſi diſpiciatur videlicet,excoxi ſed nō quaſi argētū ſenſum prophetæ optimè tenet. Significat enim Iudęos affligēdos quidē,at nō ad purū penitus vt argētū,quod ab argentarijs ad purū depurgatur,& excoquitur. Poſt captiuitatē enim Babylonicam multis ſemiſcuerūt delictis, multa enim perpetrauerūt facinora: quæ curauit rurſum Deus excoquere per Græcos,& Romanos. Quā obrē ſeruator ꝏ ſter inqt, Quoties volui cōgregarete,vtgalina cōgregatpullos ſuos ſubalis ſuis,& noluiſti. Excoxit igitur illos nō tñ poſtrema excoctione,vt argentū defęcatur ab argētarijs. Quod ergo Septuaginta ediderunt. *Vendidi te, ſed nō propter argentum,* Aut ſi legas, *Conflauite at nō pro pecunia.* Vt alius edidit,eodē ſenſu donanda ſunt. Deus nanq̄; vēdidit Hebræos, tradēs illos ab hoſtibus cōculcandos,& redigēs illos in dominiū Chaldæorū. Iſtud eſt, Vēdidi,præteritū pro futuro. Nam ætate Eſaiæ,qui hæc cōminabaī mala (quæ iam diximus) nondum Chaldæis Iudæi erant diuēditi ſeu mācipati. Et quia hæc vē vēditio nō erat pecuniaria ſed afflictatoria quędā hoſtibus mancipatio,propterea ait, Vēdidi,nō ꝓpter argētū. Quippe non interuenit pecunia in huiuſmodi vēditione. Itidem, Conflaui te, at non pro pecunia, habet hunc ſenſum. Argentarij & aurifici ſi conflant aurum & argentum gratia pecuniæ comparandæ ex opificio eſt: Deus autem non conflabat Iudæos ob pecuniæ lucrum,ſed vt illorum ceruices flecteret,vt ſibi ſubiugaret illorum proteruum animum. Eſt autem editionis varietas : quippe Hebræa vox cheſef argentum,& pecuniam ſignificat: inde cheſaphim pecuniæ. Vt autem locus hic cum alio conueniat, *Ego excoquam ad purum ſcoriam tuam,* promptum eſt. Quippe ſub reuelata Euangelij gratia ſpiritus ſanctus apoſtolicas defæcauit prorſus mentes,& omnem depulit vitiorum ſcoriam à diſcipulis ſuis,quantum vitæ huius peregrinatio diuino adiuta patiebatur præſidio. At vero hoc loco non de hac excoctione ſermo habetur. Per fornacem vero aut paupertatis caminum , extremam He-

Ecce excoxi a te, ſed non quaſi argentū,elegi te in camino paupertatis.

Matth. 23.

Varietas editionū ex varia ſignificātia Hebraicarū vocū. Eſai. 1.

Ezechielis locus Eſaiã explicans.

Diuini numinis gloria nulli impartienda.

Verba ſcriptutæ iuxta præcedẽtia & conſequẽtia intelligẽda.

Loci obſcuri varijs expoſitionib⁹ patent.

brærorum miſeriam,quam apud AEgyptios tulerunt cum Hieronymo intellige. At vero ſi illius populi denarratas exactè miſerias voles.Ezechielis.c.13.lege: neq; alio huius loci Eſaiæ egebis vberiore commẽtario. ¶*Propter.*a) Geminatio dictiõis energiorem(vt ſicdixerim) reddit orationem. At Deus ,ppter gloriã nominis ſui ne dicant inter gentes, Vbi eſt Deus eorũ, non propter populi illius bona merita,ſe illis præſtiturum clemẽtiã oſtẽdit. ¶*Ne,ait blaſphemer.*b) de blaſphemia aũt expoſtulat De⁹ cum Hebræis, vt Ezechielis lectio admonet. cap.39.indicãte quoq; Paulo ad Rom.2.Nomẽ, ait, Dei per vos blaſphemaĩ intergentes.Cõſulẽs igitur De⁹ ſuo honori mortalibus etiã ſceleſtiſsimis miſereẽ. ¶*Et gloriã meam.*c) Diuini numinis gloria eſt, tam ſingularis, quam nulli impartienda. Id quod Paulus ad Rom.c.1.gentibus vitio vertit.Et mutauerunt,ait,gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis &c.quæ conſequuntur apertum habent ſenſum. Nanque quod idola infirma ſint,& impotẽtia dæmonesq; nõ eſſe cœlorũ cõditores,aut rerũ vniuerſitatis, iam ſupra demõſtrarat. Idcirco idololatras cõgregãdos iubet. ¶*Congregamini*,ait, *omnes vos,& audite,quis de eis annuntiauit hæc.*d)

tatis. ,ppter[a] me ,ppter me faciã, vt non blaſphemer[b]: & gloriã meam[c] alteri nõ dabo. Audi me Iacob , & Iſrael quem ego voco ego ipſe,ego primus, & ego nouiſsimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mẽſa eſt cœlos : ego vocabo eos, &ſtabunt ſimul. Congregamini omnes vos , & audite : quis de eis annuntiauit hæc[d]. Dominus[e] dilexit eum , faciet voluntatem ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chaldæis.Ego ego locutus ſum[f],& vocaui eum: adduxi eũ & directa eſt via eius.Accedite ad me[g]& audite hoc : non à principio in abſcondito locutus ſum:ex tempore antequam fieret, ibi eram & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius[h].

Ideſt idolorũ,quod eſt,quod annũtiet prę terita aut futura? ¶*Dominus.*e)In Cyrũ referendus eſt vatis ſermo,quẽ Dñs dilexit: quippe Dei volũtatẽ impleturus erat,Babylonios ſubiugãs,& Hebręos à captiuitate.70. ānorũ ſolueṇs. Dilectio porrò hæc ſolũ intelligẽda ſecũ dũ illud qđ materia hęc poſcit. Diligit nãq; is, qui concreditũ ſibi ſtrenuè abſoluit negotiũ, vt Cyrus fecit. ¶*Ego ego Vocaui eũ.*f) Quippe nõ humano,autidolorum conſilio, actum eſt vt Cyrus benè animaretur erga Iudęos,& malè aduerſus Babylonios:at Deo ita diſponẽte. Quapropter Cyri directa eſt via.i.opus,qđ animo đ creuerat, Deus in proſperũ deduxit exitum. ¶*Accedite ad me.*g)Locus hic obſcurus eſt ,ppterea varijs expoſitionibus patet. Hebræi eĩ deluſi errore quodã expoſitionẽ quãdã cõmẽtitiã inuexerũt. Aiũt enim ,phetarũ animas corpa præceſsiſſe: Deoq; in mõte Sinai aſtitiſſe, in lege ferẽda. Et erroris huius fomẽtũ exhoc loco Eſaię acceperũt. Credũt enim verba hæc. ¶*Accedite ad me.*Eſaiæ eſſe:qui Iudęos vocãs ait, *Accedite ad me,& audite hoc nõ à principio in abſcondito loquutus ſum:ex tempore antequam fieret.*Ideſt antequàm lex vetus eſſet *Ibi eram cum* Deo ſcilicet, *& nunc Dominus miſit me & ſpiritus eius.*h) At hoc eſt detra-

Delirium Origenis refutatur.

deliramentum, quod Origeni placuit in libro de principijs. Nec eſt cur moremur in elidendo illo, ſiquidem contextus ipſe Eſaiæ illud elidit manifeſto. Etenim ſi de Eſaia verus eſt hic locus, quid ſibi vult, A principio, nõ in abſcondito loquutus ſum? Et eñ neq; in principio mũdi, aut legis latæ Eſaias verba fecit aliqua: ſed longo poſtmodũ tempore. Aptiſsimè tamen Chriſto conueniunt, qui omnes ad ſe vocat dicens, Veni te ad me omnes qui laboratis, & egeni eſtis. Ipſe eſt, qui cum ſit ſapientia patris in monte Sinai coram omniplebe Iudæorũ, proteſtantibus clangore tubarũ, & nubium ſplẽdore legẽ per Moſem promulgauit. Cum autem venit plenitudo temporis miſit Deus filiũ ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Idcirco ait, *Et nunc Dominus miſit me & ſpiritus eius.* Quòd ſi Eſaiæ verba hęc ſunt accõmodanda, non cogimur falſa excogitare inuenta: ſed plano ſermone interpretari. *Accedite ad me*, ait, *& audite hoc, non à principio mei vaticinij in abſcondito loquutus ſum.* Quippe claro ſermone captiuitatem Babylonicam, quam eſtis perpeſſuri edixi. Ex illo tempore quando cœpi prophetam agere apud vos, antequam fieret captiuitas ipſa, ibi eram captiuitati præſens. Nam lumine prophetico illuſtratus quæ futura erant mihi præſentiſsima erant. Nunc verò eodem lumine illuſtror, vt eadem vobis referam, quæ à Deo, & ſpiritu eius accepi. Atqui modus hic loquendi etiam aduertendus eſt quarto Regum capitulo quinto. Eliſęus nanque ſeruo ſuo Giezi ait, Nõne cor meũ in præſenti erat quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tuũ? ¶ *Hæc dicit Dominus.* a) Demonſtrat ſterilitate, bello alijsque varijs affectos fuiſſe Iudæos, propter incredulitatem, & ſuperbiam eorum, quæ in cauſa extitere, vt nomen Iacob à facie Dei attritum eſſet ideſt populus Iſraeliticus. Vſurpatur nanque nomen pro reipſa. ¶ *Egredimini de Babylone.* b) Nouerat Eſaias ſpiritu inſtructus Dei plærosque ex Iudaicis familijs Babylonem amaturos, etiam ſoluta captiuitate, aut quia iam diu erat, quòd in Babylone degebant, aut quia natale ſolum plurimis erat, quos Eſaias monitos vult, vt Babylonem deſerant: nè idololatrarum contagione contaminentur. Mandat quoque Iudæis, vt vbilibet gentium fuerint exultantes in Domino, tantum beneficium denarrent, quantum eſt à duriſsima captiuitate erutos eſſe. Hoc eſt quod ait, Dicite, redemit Dominus ſeruum

Hæc dicit Dominus a Deus redemptor tuus, ſanctus Iſrael, Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Vtinã attẽdiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris & fuiſſet quaſi arena ſemen tuũ, & ſtirps veteri tui vt lapilli eius: nõ interiſſet, & nõ fuiſſet attritum nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultatiõis annuntiate: auditũ facite hoc, & efferte illud vſque ad extrema terrę. Dicite. Redemit Dominus ſeruum ſuũ Iacob. Non ſitierũt in deſerto, cùm educeret eos: aquã de petra produxit eis & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ.

Cõciliantur ſcripturæ.

Matth. 11.

Nomen pro re vſurpat.

Gala. 4. Eſai. 63.

ſuum Iacob. Et vt fidem diuinis verbis ha beant memoria repetit vates magnifica a lia Dei geſta Exod. 17. & in Numeris. 20. egreſſum, inquam, de AEgypto, fontium q; apertionem, vt ſitibundi po puli ſedaret ſi- Non eſt pax im- tim. Et vt omnia abſoluat. ¶ *Non eſt pax impijs addit dicit Dominus.* a) Quaſi diceret, Non vos deterreat, ne mihi credatis Babylonici imperij pax & ſecuritas, nam illis ſuperueniet repentinus interitus.

pijs, dicit Dñs[a].

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 49.

Audite inſulæ.[a]) Commentaria diuo Thomæ aſcripta in Cyrum verba hæc referunt: quem ante natalia nominatum quadrageſimum quintum Caput Eſaiæ monuit. Cuius ſermo inſtar gladij acuti fuit: nã q; iuſtitiam, & iudicium adminiſtrauit: & cęte ra ad hunc modum. Cæterum

Vaticinium de Chro ſub Cyritypo.

Audite inſulæ[a], & attendite populi de longe: dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.

germanius Chriſto congruunt: cuius perſonam induens Eſaias, eccleſijs omnibus congregandis inquit, *Audite inſulæ, & attendite populi.* Quaſi dicat, O vos mortales omnes etiam inſulani audite euangelium meum. Dominus enim ab vtero vocauit me, & de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Eſt enim Chriſtus appellatus Ieſus ab angelo priuſquàm in vtero cõciperetur Luc. 2. Quòd verò de Chriſto audiendum ſit hoc Eſaiæ vaticinium apoſtolica geſta. c. 13. ſuffragari videntur. Paulus nanq; ex hoc capite decerpſit teſtimonium de gentium vocatione per Chriſtum celebranda. Quã vero germanum ſit veritati, Chriſti os gladium acutum cognominare, quis non videt, qui apud Paulũ legit ſermonem Dei eſſe ancipitem gladiũ, qui pertingit ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus, compagum quoq; atq; medullarum? Et quid illud rurſum eſt, Non veni pacem mittere in terram: ſed gladium &c, niſi quod os Chriſti eſt tanquam gladius acutus, qui ſe inſinuãs in humani cordis penitiſsimis loculis illud, priſus à ſeculi affectibus abſcindit? Et Paulus egregiè huius gladij vim ſentiens aiebat, Viuo ego, iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus. Et Petrus, Rurſum ad quẽ ibimus Domine: verba eñ vitæ æternę habes? Gladius hic citra cruorem ſecat: at nullus ita cruentus. Gladius hic rurſum neminem occidit: at nullus ſibi moritur, & Deo viuit, niſi hoc gladio primum ſecetur. Ad hæc gladius hic inuiſibilis eſt, & ideo inuiſibilem Deo parat victimam. Olim enim mactabantur Deo boues, & oues, in ſacrificium. Veruntamen gladius hic non armenta, non pecudes, at ipſum hominem Deo mactat. Sacrificium ſanè Deo in odorem ſuauitatis, Et Ioannes in Apocalypſi ſpectabat quondam ſedentem in glorioſo throno Dominum, ore gladium geſtantem. Hoc gladio iubetur Petrus animalia linteo comprehenſa occidere. Petre, ait, occide, & manduca. Hoc gladio ſuccinctos legimus viros illos ad bella doctiſsimos, & Salomonis lectulum ambientes. Nanque ſancti Apoſtoli, & eccleſiæ doctores, non alijs ſe obmaniunt armis ad Sa-

Gala. 2.

Diuini gladij proprietates.

Chriſti ſermo tãquam gladius. Heb. 4.

Matth. 10.

Apo. 6.

Acto. 10.

Canti. 3.

De gladio q̃d ē Verbum Dei:

ad Satanicos deludẽdos ictus, aut ad tenebrarum repellendas poteſtates, niſi hoc gladio (quod eſt Dei verbũ, Paulo ad hoc monente & hortante, Epheſios. Galeam ſalutis aſſumite, ait, & gladium ſpiritus, quod eſt verbũ Dei. Hic eſt gladius, qui pĩguiſſimi Agag traiectus in viſcera, illũ vitali orbauit ſpiritu, ex Samuelis Prophetæ opera. Eſt nanq; Agag iſte obeſiſsimus mundus hic, qui opibus, delicijs, fraudibus, nequitijs, pingueſcit admodũ. At Chriſto autore gladio iſto penitus confoditur, vt illi aiebant, Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Acutus porrò eſt gladius hic: acuta enim ſubtilem habent actionẽ: & exigua mora rem conficiunt. Verbum autem Dei non moratur in perſuadendo homine. Vocat nanq; Petrũ, & Andream, Chriſtus, & cõtinuo vocãti parent, vocat Matthæũ & ſubito cedit, vocat Paulũ & derepente morigerus fit. In vmbra quoq; diuinæ manus protectus eſt Chriſtus, vt homo: vt Pſal. olim prędixerat, Protexiſti me à cõuẽtu malignãtium, à multitudine operãtiũ iniquitatẽ: & cætera alia quæ in hoc Pſalmo. 63. de protectione hac denarrantur. Quæ omnia illo carmine abſoluũtur, Sagittæ paruulorũ factæ ſunt plagę eorũ: & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorũ. Quidquid em̃ hoſtes Chriſti Iudæi cũ principe ſuo Satana aduerſus Chriſtũ machinati ſunt mali, ineffícax fuit, quemadmodũ ineffícaces ſunt ſagittæ, quæ à paruulis iaciuntur, & exilem habent ictum. Etenim Chriſtus breui interuallo morte detentus, ad vitam repulſa morte reuocatur glorioſam, vt ſuos hoſtes in nihilũ redigeret. Sub vmbra ergo diuina protectus eſt, aut vt clarius dixerim, ſub vmbra ſua ſeipſum ꝓtexit Chr̃s: quia Deus & homo eſt. ¶ *Et poſuit me.*[a]) Poſuit itaq; Chriſtum Deus pater tanq̃ ſagittã nõ paruulorũ infirmã: ſed electiſsimã. Eſt aũt ſagitta miſſile inſtrumẽtũ, quæ à ſagittario excuſſa velociter agitur in ſcopũ, in quem dirigitur. Habet ferreũ etiã cuſpidẽ pẽnulis auium ſibi adhærentibus: & pernici volatu, inſtar auis agitat. Quę oĩa verbo Euangelico egregiè concinunt. Verbũ enim Euãgelij ocyſsimo curſu in orbẽ volauit totũ: & ſcopum, quẽ intẽdebat collimauit. Erat aũt ſcopus ſagittæ huius rebellantia Deo hominũ corda timore diuino cõfigere, timorisq; huius ſpiculo pluſquã ferreo confixa cœleſtiũ bonorũ amore mulcere. Pẽnulæ aũt ſibi cohærẽtes ſpũs ſancti glutino ſacræ muſæ ſunt, ita veteres, vt nouæ: ſunt pennæ, quibus innixus Dei ſermo penetrantes æthera homines reddit. Hæretici ergo, qui vetus teſtamẽtũ negabãt vt Marciõ, & Doſithæus cõmemorãte Hieronymo. 3. apologe. contra Rufinũ & Iudæi nouũ nõ admittentes, implumẽ diuinã hanc fecerunt ſagittam. Eſt ergo ſermo Chriſti & gladius acutus, & ſagitta electa. Etem̃ gladio cõmin⁹ vtimur, ſagittavero eminus. Chr̃s quoq; velut agebat gladio qñ Iudæis, Ego nõ ſum miſſus, aiebat, niſi ad oues, quæ perierũt ex Iſrael Matt. 15. At qñ Apoſtolis iuſsit, Ite, & docete oẽs gẽtes, veluti ſagitta hominũ mẽtes impetiuit. Veniẽs em̃ Euãgelizauit pacẽ & gẽtibus, quæ lõge erãt, & Iudæis, q̃ppe ad Ephe. c. 2. Eſt aũt hæc ſagitta ĩ pharetra abſcõdita. Etem̃ annũ dñs agẽs tricesimũ (Luca teſtãte, Erat incipiẽs quaſi annorũ triginta) prędicauit Dei verbũ. Ante quod tẽpus, prædicationẽ Euãgelicã ſuppreſsit, ceu ſagittam in pharetra. Non em̃ Dei verbũ in omni hora effundẽdũ eſt: at opportunitatẽ amat. Cæterũ qñ fructus verbi ſperatur, opportunitas eſt. Poſt baptiſmũ igitur acceptũ à Ioãne, poſtq̃ vox illa paterna claruerat, Hic eſt filius meus: poſtquam inediam quadragenariam tulerat,

Et poſuit os meũ quaſi gladiũ acutũ: in vmbra manꝰ ſuę ꝓtexit me, & poſuit me [a] ſicut ſagittam electã, in pharetra ſua abſcõdit me.

Cap. 6.

Typ⁹ ex. 1. Reg. 15. exponitur.

Diuinus gladius eſt acutus.

Matth. 9.

Actor. 9.

Locus pſalmi exponitur.

Chriſtus ſagitta electiſsimã.

Marcion & Doſithæus hæretici.

Verbũ Dei Dei ſagitta & gladius.

Lucæ. 3.

Matthæ. 3. Mar. 1.

rat,postq̃ denique Satanas aggressus est Dñm,q illius quassauit cõgressus. Cœpit Euãgelizare, vt hi discãt,q ferũdi sunt ad Euãgelizãdũ, q̃ta maturitate hoc muneris sit subeũdum, qñ ipse Euãgelij primarius doctor, & autor Christus, magnas traxit moras priusquã hoc tẽtaret officium, & quidẽ non propter se has moras traxit: quibus ipse non indigebat, at vt formã nobis exhiberet: ne facilè hoc munus prædicandi tentemus. Sed proh Deũ immortalẽ,q̃ lõge ab hac forma exactissima plærosq; reperias, qui discincti, & inexperti Euangelicas studẽt iaculari sagittas, quas nesciũt in pharetra cõdere prius, diutiusq; premere, quã iaciãt. Et cũ nondũ discipuli sint veritatis, verorũ arrogãt sibi tumidũ magisteriũ. Interlinealis glossa carnẽ Iesu Christi pharetram hãc putat esse: in qua Dei ve. bũ abscõdebatur, alij virgineũ vterũ indicare putant. ¶ *Et dixit.*a) Verba sunt patris ad filium, qui secundũ carnem Israelita est, & patre minor & patris seruus. Et rectè Pater glorificatur in filio: nã per Christũ manifestata est paterna gloria, & in oẽs gentes diffusa est. ¶ *Et ego.*b) Verba Christi sunt Dei patris respõdẽtia verbis. Et miranda res huius diuini colloquij est, pater ait per Christũ glorificãdũ. At Christus respõdet se in vacuũ laborasse: & in cassum fortitudinem insumpsisse suã. Vt ergo hæc cõueniãt supereſt inquirẽdũ. Etem̃ si filius Patrẽ glorificat labor filij non inanis extitit. Nanq; scopus totus Christiani studij est diuinã gloriã augere. Quid qđ alibi legimus filij ad patrem verba hæc opus cõsummaui quod dedisti mihi, & rursum quid illud, Sermo meus ad me non reuertetur vacuus? Quod si deniq; vacuus labor extitit, quid mors, quid prædicatio, quid sacramenta Christi fidelibus prædicãtur prodesse? At vero si obseruas quosdam esse filios gehennæ, si obseruas multos esse vocatos ad dominicã cœnam, paucos verò electos, tunc demũ aduertere potes rius vniuersa christianæ Ecclesiæ mysteria illis vana esse, qui fidẽ negligunt, illis rursum, qui fidẽ amplexi: quæ fidei sunt documenta nõ sectãtur, istis in vanũ laboratũ est à Christo, & Apostolis eius. Et statim subdit. ¶ *Ergo iudicium meũ cum Domino.*c) Quod perinde estacsi dixisset. Non putent impij mestultè egisse, illos vocãtẽ, & trahẽtẽ, & pro illorũ salute sanguinem fundentẽ, (siquidem ipsi non exceperunt) nam dabunt contemptores isti pœnas. Iudicium nanque meum cum Domino. Nanque Deus pater omne iudicium dedit filio, & autoritatem diuinam habet iudicandi, & damnandi omnes, qui auersati sunt Christianam legem, vt sapientia in Prouerbijs Salomonicis clamitans, contemptoribus ait, Et ego in interitu vestro ridebo. Hinc tu pende, quam insaniant qui liberi arbitrij nihil nos habere erga diuina tradunt, Etenim si Deo repugnare possumus, & illi non acquiescere, liberi compotes sumus arbitrij. Alioqui quid est. ¶ *In vacuum laborauí?*d) Quid est expandi manus meas, & non fuit qui aspiceret? Desinant igitur nugari isti & Catholicam mordere Ecclesiam. ¶ *Et opus.*e) Idest cuncta opera mea etiam si inutilia sunt iniquis, & perfidis, at vero Deo patri meo gratissima sunt. Et est ille pſis singulare pro plurali. ¶ *Et nunc.*f) Verè Christus formatus fuit à Deo in vtero intemerato virginis sacræ. Nanq; obumbrãte spiritus sancti virtute, sine viri coitu fuit conceptus, & in ipso vtero formatus,

Et dixit [a] mihi. Seru⁹ me⁹ es tu Israel quia in te glorificabor. Et ego[b] dixi, in vacuũ laboraui, [d]sine causa, & vane fortitudinẽ meã cõsumpsi: ergo iudiciũ meũ cũ domino, [c]& op⁹ᵉ meum cum Deo meo, & nũc [f]hęc dicit Dominus,

Matthæ. 4. Quãdo dominus Euãgelizauit.

Matthę.10. &.22.

Prædicationis munus non facilè tẽtãdũ est.

Quomodo & quibus Christus in vacuum laborauit.

Humanitas Christi pharetra diuini verbi.

Ioan.5.

Prouerb.1.

Dogma Lutheranũ reijcitur.

Ioan.17.

Apparens scripturæ collisio tollitur.

Ioan.19. Esai.55.

nõ ſolũ homo, ſed Dei patris ſecũdum hũmanã rationẽ ſeruus. Nãq; ſine peccati rubigine cõceptus eſt imo plenus gratia, & veritate. Et ĩ vtero cõditus patrẽ ſuũ clara viſiõe nouit: & ſe patris ſeruũ, & patri ſuo æqualẽ eſſe, ex eminẽti ſciẽtia tũc aduertit quare ait. ¶ *Formãs, ex vtero me ſeruum ſibi.*[a]) Oẽs ſanè hoĩes, imò & iumẽta, & aues, ex vtero formatDeus. At in ſignẽ q̃dam formationem hoc vaticiniũ ſubindicat, & oẽs denique mortales adhuc ex vtero Deo natura ſunt ſerui. Egregiũ igitur aliquid notare curat Eſaias nobis, qñ ait, *Formãs me ex vtero ſeruũ ſibi.* Quale iã prædiximus in Chr̃o micuiſſe. Nullus nãq; ita formatus eſt, vt Chr̃s, nã is qui formari nequibat vt deus, formatur in vtero Marię vt homo. ¶ *Vt reducã.*[b]) Dixerat in vacuũ ſe laboraſſe, docet modo nõ oĩno inanẽ impẽdiſſe operã. Etem̃ formatus eſt ex vtero vt reduceret Iacob. Nam pl̃roſq; ex Iudaica p̃le ſibi aſciuit Chr̃s: vnde Matth. 15. Nõ ſum miſſus, aiebat, niſi ad oues quæ perierũt ex Iſrael. Porrò in plæriſq; biblicis codicibus, qđ ſequitur aſſertoriè legiť. ¶ *Et Iſrael ad eũ congregabitur.*[c]) Cęterũ Hiero. ad veritatẽ Hebraicã edidit, & Iſrael nõ cõgregabiť. Septuaginta verò interpretes, etiã affirmãdo tranſtulerũt, *Vt congregẽ Iacob ad eum: & Iſrael cõgregabor & glorificabor corã Dño.* Et q̃dẽ vtraq; editio verũ habet ſenſum. Nanq; ſi deſoluenda captiuitate Babylonica vertať ſermo, Iacob. 1. duę trib⁹ illæ Iuda, & Bẽjamin, reductę dũtaxat ſunt, Cyri opera. Id-q̃; tẽporis Iſrael nõ eſt cõgregatus. Nanq; decem tribus Aſſyrijs ſeruitute mãcipatæ mãſerunt: quæ tñ coruſcãte Chr̃i luce aſſertæ ſunt à peccati captiuitate. Aut Hebraicã ſectãtes lectionẽ Cyri ſupprimam⁹ mẽtionẽ, & hũc accipito ſenſum formãs me ex vtero ſeruũ ſibi: vt reducã Iacob ad eũ, & Iſrael nõ congregabitur, ideſt, curaui ſummopere, inq̃t Eſaias p̃ſonã Chr̃i gerẽs, vt reducerẽ errãtes ab Euãgelica mea doctrina: at vero ipſi mihi reſtiterũt. Iſtud eſt qđ ait, *Iſrael nõ congregabiť.* Itaq; ſub Iacob & Iſrael vt ſæpè alibi, ita & hoc loco Hebraicũ populũ ſignificat. Nã tametſi nõnulli huius populi Chr̃o hæſerũt: at vero collati ad nõ hærẽtes minima portio Iudæorũ ſunt, vt Paul⁹ Roma. ſcribẽs. c. 9. Si fuerit, inq̃t, numerus filiorũ Iſrael tanq̃ arena maris, reliquię ſaluę fient. Et eſt locus apud Eſaiã. c. 10. ¶ *Et glorificatus.*[d]) Quanq̃ em̃ Iudæi Chriſtũ cũ dedecore extra vineã eiecerũt, dicẽtes, Hic eſt hæres venite occidamus eũ: cæterũ dedecus totũ ceſsit in immẽſam gloriã. Subrogatæ em̃ ſunt gẽtes, in Chr̃i fidẽ, ad q̃ præſtãdã cõſtringebant Iudæi: & p̃ exiguo populo Hebraico incredulo, vniuerſus orbis in Chriſtum credidit. Propterea ſubdit. ¶ *Et Deus meus factus eſt fortitudo mea.*[e]) Siquidẽ nõ viribus humanis, ſed diuinis radicata eſt fides in cordibus credentiũ, teſtãte Paulo priore ad Cor. c. 2. Et ſermo meus & prædicatio mea, nõ in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis: ſed in oſtẽſione ſpũs & virtutis. Cõſonat ſatis cũ hac expoſitiõe nr̃a qđ adiecit. ¶ *Parũ eſt.*[f]) Id qđ Paul⁹ in geſtis Apoſt. c. 13. egregiè expoſuit. Vobis inq̃t oportebat primũ loq̃ verbũ dei: ſed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis ęternæ vitę, ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic em̃ p̃cepit nobis Dñs.

Et dixit, Parum eſt ſeruum mihi ſuſcitãdas tribus Iacob & feces Iſrael conuertendas. Dedite in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.

Chriſt⁹ etiãnum in matris ſuæ vtero Deũ patrem ſuum clara viſione nouit.

Cõciliãtur editiones variæ.

Cõcors Paulus cum Eſaia.

Non ex viribus humanis ſed ex diuinis fides figitur in cordibus hominum.

Concors Paulus cũ Eſaia.

¶ *Hæc*

¶ *Hæc dicit Dñs.*a) Iudaicũ errorẽ elidit ſermo hic: Meſsiã nanq; tẽporalibus diuitijs ſplẽdidiſsimũ ſperabant. Oſtẽdit aũt modo Chriſtũ,& ſuos fideles futuros contẽptibiles,& abominãdos ſeruituteq; infidelium opprimendos. Id qđ Paulus docet ĩ hæc verba, Puto eñ q̃ Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanq̃ morti deſtinatos. Et demũ inq̃t, Tanq̃ purgamẽta huiꝰ mundi facti ſumus. 1. ad Cor. c. 4. Cæterũ qa magiſterruerũt ſua paupertate mũdũ primitiui fideles, q̃ principes ſeculi ſuis magnificis opulẽtijs mirabiles ſe exhibuerũt, qa ſpectaculũ facti ſunt mũdo & Angelis & hoĩbus. 1. ad Cor. 4. Hoc eſt qđ ait, Regesvidebũt,& cõſurgẽt prĩcipes,& adorabũt ꝓpter Dñm. ¶ *Hæc dicit Dñs.*b) Chriſtũ ad patrẽ p̃ces fudiſſe Euãgelica lectio cõmemorat, & Paulus Apoſtolus ad Hebr. 5. In diebus ait, carnis ſuæ preces, ſupplicatiõesq; ad eũ, q̃ poſſet illũ ſaluũ facere à morte, cũ clamore valido & lachrymis offerens, & exauditus eſt ꝓ ſua reuerẽtia, vt & modo Eſaias ait. ¶ *In tẽpore placito exaudiui te.*c) Vocat aũt tẽpus placitũ tẽpus legis nouæ, qđ Deo patri gratiſsimũ eſt: vt exaudiat p̃ces Eccleſiæ (quę corpus Chriſti eſt) & exaudiat preces capitis. Quippe Chr̃us modo ad dexterã patris reſidẽs ꝓ nobis efficaciter ĩterpellat, (quatenus homo eſt). Aduocatũ eñ habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtũ iuſtũ, Ioã. teſtãte, & Paulo ad Hebr. Nõ ait, in manufacta ſancta introiuit exẽplaria verorum ſed in ipſum cœlũ: vt appareat nũc vultui Dei ꝓ nobis. Hoc tempus gratiæ dies eſt ſalutis, quæ auxiliũ fidelibus donat, vt ſalutẽ cõſequãtur æternã. Vt verò pater Chriſto homini auxiliũ pręſtiterit, ſupra expoſuimus illũ Eſai. agẽtes locũ in vmbra manus ſuæ protexit me. Eſt aũtẽ Chriſtus datus in fœdus populi à Deo patre. Eſt etenim ſanguis Chriſti, ſanguis noui teſtamẽti teſtamẽtũ vero in ſcripturis pactũ ſignificat. Colloquit igit̃ pater filio dicẽs. ¶ *Dedite in fœdus populi, vt ſuſcitares terram.*d) Nẽpè in fœdus nouũ, quod nõ ſtabili tũ eſt in promiſsionibus tẽporalibus terrę manãtis lac & mel: ſed in promiſsionibus ſpũalibus vitæ æternæ. Ad ſuſcitãdã, inq̃, terrã, ideſt terrena corda ad cœleſtia deſiderĩa, & ad reſtaurãdas hæreditates diſsipatas. i. humanas mẽtes fraude diabolica deceptas: quas Chr̃us ſanguine ſuo emẽs iure ſibi reuẽdicauit, & eos quos peccatũ primi parẽtis reuinxerat ſtrictiſsimè, à peccati vinculis liberauit. Et demũ eos, q̃ in tenebris ſedebãt, qui erãt animæ ſanctorũ patrũ limbicis detẽti locis, ſua luce Chriſtus perfudit, deſcẽdẽs ad inferos. Hoc eſt quod ait. ¶ *Et his qui in tenebris reuelamini.*e) Quia quos tenebræ abſcõderãt Chriſti lux manifeſtauit. ¶ *Super vias.*f) In principio capitis huius indicauimus, quoſdã q̃ de Cyro caput hoc Eſaię intellectũ voluerũt. At vero quæ hîc ſcribunt̃ Cyro nõ cõſentiunt, Super vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum. Non enim legi-

Hæc dicit Dñs[a] redẽptor Iſrael, ſanctus eius, ad contẽptibilẽ animã, ad abominatã gẽtẽ, ad ſeruũ dñorũ: Reges videbunt & cõſurgẽt principes, & adorabũt ꝓpter dñm, quia fidelis eſt, & ſanctũ Iſrael qui elegit te. Hęc dicit dñs.[b] In tempore placito exaudiui te,[c] & ĩ die ſalutis auxiliatꝰ ſum tui: & ſeruaui te & dedi te ĩ fœdꝰ populi, vt ſuſcitares terrã,[d] & poſſideres hę reditates diſsipatas vt diceres his qui vincti ſunt, Exite, & his q̃ in tenebris, Reuelamini.[e] Sup vias[f] paſcentẽ, & in oĩbꝰ planis paſcua

Matth. 26.

1. Ioann. 2. Cap. 9.

Teſtamẽtũ in ſcriptura pactum ſignificat.

Animæ ſanctorũ patrũ liberatæ ꝓ Chriſtum.

mus Iudæos à captiuitate ſolutos non eſu riuiſſe, neq; ſitiuiſſe, neq; percuſſos ab æſtu, & ſole, & cætera quæ hîc Eſaias cõmemorat, quæ tñ Euangelicæ gratiæ temporiſatis germana ſunt. Fideles enim quanq; ſublabente ſeculo hoc inedias ferãt, & ſitim, & æſtus & glaciei detrimẽta experiantur, (vt & infideles) at vero illo tẽdunt quò immortales redditi, nullis injurijs patebũt, qñ auferet Deus lachrymã ab omni facie iuſtorũ Eſaiæ. 25. & Apocaly. 7. ¶ *Ecce iſti.*a) In Euangelio quoq; Dominꝰ hoc ipſum prædixit Matthæ. 8. Dico vobis, q̃ multi ab oriẽte, & ab occidente, veniẽt & recumbẽt cũ Abrahã, Iſaac, & Iacob in regno cœlorũ: filij autẽ regni ejcientur in tenebras exteriores. Et in Malachia quoq;. c. 1. Ab ortu ſolis, vſq; ad occaſum magnũ eſt nomẽ meũ, in gẽtibus & ĩ omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mũda. Quia ergo Euãgelica gratia in omnes erat effundenda gentes, propterea inquit. ¶ *Laudate cœli, & exulta terra iubilate montes laudem.*b) Et proſopopœia eſt in verbis iſtis, vt in verbis ſimilibus. c. 1. adnotatum eſt. Et verè digniſſima materia laudis: quia cõſolatus eſt Dñs populũ ſuũ, & pauperũ ſuorũ miſerebitur. Quos oẽs Chriſtus ad ſe vocat dicẽs, Venite ad me oẽs qui laboratis, & egenis eſtis, & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ ſuper vos, &c. ¶ *Et dixit Sion.*c) Si de captiuitate terrena, q̃ Cyrus ſoluit, audiẽdꝰ eſt Eſaias, prõpta eſt loci intelligẽtia. Nam Iudæi captiui magnifica promiſſa Eſaiæ audiẽtes, & legẽtes, ex dilata tñ ſpe libertatis cõque rebãtur, ſe de relictos à diuino fauore. Iſtud eſt qd̃ ait. ¶ *Dixit Siõ dereliquit me Dominus, & dñs oblitus eſt mei.*) Quibꝰ Eſaias è veſtigio reſpondet diuinã perſonã agẽs, Nunqd obliuiſci poteſt mulier ĩfantẽ ſuũ? Spẽ em̃ illorũ fouet exẽplo inducto mulieris nutricis, & gerulæ infantuli. Quæ ſanè tametſi ad horã reliquerit infantulũ in cunabulis vagiẽtẽ: at nõ linqt oblita, ſed ad maius ſolatiũ infantulũ receptura. Deus quoq; inſtar huius reliquit Hebræos premi captiuitate veluti vagiẽtes in cunis paruulos: vt poſtmodũ vberiorẽ ex libertate cõceſſa præſtaret cõſolationẽ. Et magna vtiq; Dei eſt in hoĩes miſeratio, quæ nobis ſeſe attẽperare dignatur, inſtar fœminarum ad paruulos, quos genuerũt, in quos q̃ blãdũ gerãt affectũ qs ignorat? Et qd̃ mirerisvehemẽtius, adhuc ꝑpẽſiorẽ ſe eſſe ad miſerationẽ demõſtrãs ſubdit. ¶ *Et ſi illa oblita fuerit, ego nõ obliuiſcar tui*d.) Et ſi myſticos ſcrutari iuuat ſenſus, ꝑfecto Synagoga quaſi mater Iudæorũ extitit, vt modo Eccleſia ſuorũ fideliũ. Illa nã q; cæremonijs, ſacrificijs, & id genus ſuos fouebat liberos. Atverò oblita eſt ꝑ plisſuę poſt-

eorum. Non eſurient neq; ſitiẽt, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorũ reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponã omnes mõtes meos in viam, & ſemitæ meæ exaltabũtur. Ecce iſtia de longe veniẽt, & ecce illi ab Aquilone & mari, & iſti de terra Auſtrali. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate mõtes laudem: b quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, & pauperum ſuorũ miſerebitur. Et dixit Siõ, c De reliquit me Dominus, et Dominꝰ oblitꝰ eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamẽ nõ obliſcat tui. d

Matth. 11.

Aduertẽda Eſaiæ collatio.

Proſopopeia eſt in ſcriptura.

poſtquam conſummata ſunt omnia per Chriſtũ. Iã em̃ effœta eſt: Deo enim pare re nequit adoptionis filios. Porrò Deus nuſquam obliuiſcitur Iudæorum, ſiquidem nunquam non vocat eos, vt lauacro regenerationis proluantur. Amat nanque omnes homines ſaluos fieri. ¶*Ecce.*[a]) Vnum iam propoſuerat amoris exẽplum alterũ modo illi ſociat, vt gemino exemplo certam erga fideles ſuos ſuam beneuolẽtiam faciat. Ait em̃. *Ecce in manibus meis deſcripſi te.* Memoriæ ſubuenimus ſcriptura: quæ enim excidere memoria nolumus, chartis mãdamus, vt inde excipere liceat, quando opus facto fuerit. Mandauit em̃ Deus, vt præcepta, legitimaque omnia libro committerent̃ à Moſe: ne temporũ excurſus obliuionem conciliaret. Et Aaron nomina duodecim tribuum in pectore, ſacra facturus geſtabat: vt memoriam ſcriptura excuteret, qui nam ſcilicet illi erant, quorum gratia pontificia eſſent celebranda munera. At verò mecum expende obſecro Dei ad homines humanitatem ineffabilem. *In manibus meis*, ait, *deſcripſi te*, nõ in codicibus, aut tabellis. At in manibus ſuis deſcriptos dicit habere quos amat. Quæ enim prompta nobis eſſe volumus, in manibus noſtris deſcribimus. Vnde annuli quidam dicuntur eſſe memoriæ. Nãque manus ſunt nobis pręſentes ſemper. De' ergo nullo ita ſenſili paradigmate p̃ſentiſſimos habere ſuos, vt illis, quando neceſsitas ad id vocat opem ferat demõſtrare maluit: quam hoc quod eſt. *In manibus ſuis deſcribere ſuos.* Non quod Deus obliuione corripi poſsit, ante cuius cõſpectũ vniuerſa extantia, & non extãtia ſunt quã præſentiſsima: ſed ſua ĩuiſibilia ex viſibilib⁹ carpẽda à nobis eſſe inſtituit. ¶ *Muri.*[b]) Nabuchodonoſor Hieroſolymam deuaſtãs muros quoque peſſum dedit: quorũ conſtructionem nouam impoſsibilem ducebant forte Iudæi. Quos tamen animatos reddit ſermo hic. *Muri tui coram oculis meis*, ideſt mihi cura eſt, vt nobiliſsimæ vrbis muri reædificentur. ¶ *Venerunt ſtructores tui.*[c]) Videlicet Zorobabel, & Ieſus ſacerdos magnus filius Ioſedech. ¶ *Et deſtruentes, & diſſipantes*, ſubaudi Chaldæos, *à te exibunt.*[d]) Itidẽ & Sa-

Synagoga iam eſt ſterilis quia deo parere filios nequit.

Ecce [a] in manibus meis deſcripſi te: muri [b] tui corã oculis meis ſemper. Venerunt ſtructores tui: [c] deſtruentes te, & diſsipantes à te exibunt. [d] Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi? viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his, velut ornamento veſtieris & circundabis tibi eos quaſi ſponſa. Quia deſerta tua, & ſolitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc anguſta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur qui abſorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuę, Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpacium mihi vt habitẽ. Et dices in corde tuo: qs genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariẽs trãſmigrata & captiua: & iſtos quis enutriuit? ego deſtituta & deſolata: & iſti vbi hic erant? Hæc dicit Dominus Deus,

Mirabilis Dei clementia erga homines.

& Samaritæ, qui templi nouam ſtructuram perturbabant. 1. Eſdrę. 3. capitul. non præualebunt aduerſum vrbem & templũ. Imo leua oculos tuos in circuitu circũuolue aſpectũ tuum, & in fauorem tuum multos congregatos videbis: qui omnes præſto tibi aderunt, vt inimicꝰ nõ præualeat aduerſum te. Quibus omnibus, vt ſpõſa ornatur torquibus, tu ornaberis. Id qđ dixit, quippe gẽtes iuſſu Cyri regis non modica pręſtiterũt auxilia Iudæis, in exitu à captiuitate, itidem Darius patrocinijs nõ minimis proſequutus eſt Iudæos. Et iuxta hanc intelligentiam quæ iſtis cohærent patent. Quod vero ſubdit. ¶ *Ecce leuabo.*[a]) Signum hoc Cyri regium vexillum eſt, quod leuauit ad Chaldæos: & illos ſubiugauit. Vnde Iudæi aſſerti ſunt & in priſtinum libertatis honorem reſtituti. Et quia maximis fauoribus ſunt donati à gentibus Cyri opera, ideo hyperbolica vtens phraſi ait. ¶ *Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.*[b]) Quod Hiſpani vernaculo ſermone dicunt, (traer en palmas) qñ delicioſum alijs exhibitũ cultũ inſinuare amant. At vero, vt non ſemel tradidimus aptiora ſunt hæc & germaniora Eccleſiæ Catholicæ, q̃ Synagogæ: etiã ſi nonnihil captiuitatis illius terrenæ immiſceat vates, vt ſibi gradũ, ex vmbra, ad lucẽ faciat. Nã quod cõtinuo ſequit. ¶ *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutritiæ.*[c]) Delicias regias planè ſignificat, quibus Chriſtiana Eccleſia affecta eſt à ſeculi regibus, atque reginis. Nã ſanctis pleriſq; legimus ab imperatorìbus delicias oblatas regias, quas deſpuerũt viriliter quorũ typus in Moſe adũbratur qui maluit affligi, quã regias delicias. Ad Hebræos. 11. Cæterum Hieronymus ad Apoſtolos retulit rẽ hãc, qui reges ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ, & prĩcipes chriſtiani ſenatus. Iſti ſunt nutritij fideliũ. Iudæos quoq; honoratos fuiſſe à regibus ſimulq; reginis, vt à Cyro & Dario, & horũ vxoribus palã eſt. Alexãder quoque Macedo orbis monarcha (denarrante Ioſepho) ad pedes põtificis Iudęi ſeſe ꝓuoluit, vt verũ ſit puluerẽ pedũ tuorũ lingẽt. At lõgè verius Eccleſiæ catholicæ accõmodabimus, cui omnis temporalis ſubditur celſitudo, ſiue ea regia ſit, ſiue imperatoria maieſtas. Etenim Eccleſia à ſuo ſponſo Chriſto, claues habet regni cœlorũ, vt aperiat dignis, indignis verò occludat. Has claues non regibus, nõ imperatoribus, aut ducibus, ſed ſacerdotibus Chriſtus cõmiſit. Ideoq; verè dixeris puluerẽ pedũ lingẽt. Vt em̃ ſuorũ delictorũ venia donent̃, ad pedes ſacerdotũ neceſſario ſecularis q̃libet præfulgẽs ſit ſe deuoluit poteſtas. Habes Theodoſium magnũ, q̃ vt recõciliationẽ impetraret ad pedes antiſtitis Ambroſij humiliter ſe dedit. ¶ *Nũquid.*[d]) Trepidãtis populi verba ſunt hæc: cuius perſonã agit Eſaias modo. Quaſi apertius dixiſſet, nũ à Nabuchodonoſore principe potẽtiſsimo tolletur præda, quã ex Hieroſolymis reportauit captiuã? & verbo diuino ſpẽ Iudaicã firmat prędã tãdẽ eſſe tolendam à Chaldæis dicens.

Ecce, leuabo[a] ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum. Et afferẽt filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.[b] Et erũt reges nutritij tui, & reginę nutrices[c] tuę: vultu in terra demiſſo adorabũt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et ſcies quia ego Dñs, ſuper quo non cõfundẽtur qui expectant eũ. Numquid[d] tolletur à forti præda, aut quod captũ fuerit à robuſto, ſaluũ eſſe poterit?

Reædificatores tẽpli qui fuerũt.

Eſaias ex vmbra ad lucem ſibi gradum facit.

Iudæi honorati ſunt admodum olim à regĩbus & ſeculi monarchis.

Claues Eccleſiæ.

¶ *Quia*

¶*Quia hæc dicit Dominus equidem captiuitas à forti tolletur.*a) Aduerte autem in Hebraico codice Eſaiæ duas eſſe dictiones, & Saddic, & haris. Priorem, & poſterem eodem edidit modo vulgatus interpres, ſcilicet robuſtum. At reuera prior iuſtũ ſignificat Hebræis, poſterior verorobuſtum, & ad malũ potentem, qui tyrannus eſt. At verò obſcurior redditurlitera ſi legamus ad Hebraicã veritatẽ, aut qđ captum fuerit à iuſto ſaluum eſſe poterit? Ideo vulgatus interpres differentiam nõ fecit, eſt autem antiphraſis ſiue ironica loquutio tyrãnum, iuſtum appellare. Sed quia diximus ſenſum literalẽ huius capitis inſigniter Chriſtianæ Eccleſiæ aptari: idcirco verba hæc, Eccleſiæ Chriſtianæ ſunt obijcientis Deo vim hoſtium, ideſt principum mundi, & philoſophorũ, & hæreticorũ, deniq; deliciarũ, voluptatũ, & periculorũ omniũ, quibus diuexatur, & impetitur tãtiſperdum Chriſtianæ militiæ ſtipendia facit. Sunt ergo verba hæc, *Nunquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robuſto ſaluum eſſe poterit?* per ſillepſim audienda, ideſt à fortibus & robuſtis, ideſt à portis deniq; inferi poterim⁹ ne eripere animas noſtras? Pollicetur autem Deus ſe liberaturũ Eccleſiam ſuam à fortibus & potẽtibus, verbis ſubiunctis. *Hæc dicit dominus equidem, & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatũ fuerit à robuſto ſaluabitur.*

Saddic haris eodem modo interpretantur à vulgata editione.

Pollicetur Deus ſuis ereptionẽ ab omnibus malis.

> Quia hæc dicit Dñs. Equidẽ & captiuitas à forti tolleẽ: a & quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnib⁹ ſuis: b & quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabũtur: & ſciet omnis caro qa ego Dominus ſaluãs te, & redemptor tu⁹ fortis Iacob.

Id quod idem eſt, acſi dixiſſet, quod apud Matthæ. legimus, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meã: & portæ inferi nõ pręualebunt aduerſus eam. Reliqua huius capitis verba per hyperbolen lege, & intellige, hęc inquam. ¶*Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis.*b) Sũmã emẽ & extremã cædẽ futurã Chaldæorũ inſinuãt. Qui trop⁹ loquẽdi eſt in Apo. 16. Cõmãducauerũt, inqt, linguas ſuas p̃ dolore. Et Zachariã lege. c. 2. vt planiora ſint quæ Eſa. hîc habet.

Matthæi. c. 16. explicat Eſaiam.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput quadrageſimum nonum Appendix.

TROPOLOGICA declamatio vnica, De ſanctis Eccle. Catholicæ doctoribus, cuius prothema eſt. Poſuit os meum, quaſi gladium acutum. Eſaiæ. 49.

Gradus varij in Eccleſia Dei.

SANCTA CHRIſti Eccleſia, ſponſi ſui inſtituta ſaluberrimis documẽtis miro ordine gradibus quibuſdam diſtinguitur, & ornatur, Paulo teſtante ad Epheſi. capi. 4. Ipſe, inquit, dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autẽ prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autẽ paſtores, & doctores, ad conſummationem ſanctorum. Idẽque ſibi ſapit ſcribens Corinthijs priore Epiſtola capi. 12. Eſt autem in Eccleſia

Dei

Dei doctorum functio in primis neceſſaria. Ab ore nanque ipſorum fideles legem diuinam atq; conſilia hauriunt. Quibus germaniſsimè verba prothematis noſtri accõmodantur. Poſuit os meum, quaſi gladium acutũ. Porrò, vt ſacrorũ doctorũ maieſtatẽ diſcamus, illum petere oportet, qui ſapientiæ dux eſt: & ſapientum emendator. Cuius terentes ſcholam eccleſiaſtici doctores ea, quæ quotidie eccleſiam docent didicerunt. Doctor ergo ille cœlicus Chriſtus in monte ſedens quondam, quales futuros eſſe debeant eccleſiæ ſuæ doctores non ſegniter tradidit dicens, Vos eſtis ſal terræ &c. Tribus nanque præclariſsimis epithetis ſuos doctores commendat. Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi, & demum ciuitatem illos eſſe prominentem commemorat quæ hominum aſpectus latere nequit, Quæ vt ſigillatim diſcas, ſigillatim quoq; differã. Vtique ſal guſtui conuenit, lux vero viſui amica eſt, ciuitas demum hominum commercijs aptus locus eſt. Quæ tria abundè admonebant domini diſcipulos de apoſtolico inſtituto: id qđ ipſi ſtrenuè præſtiterunt. Etenim mortalium guſtum ad deguſtanda cœleſtia corruptiſsimum offendentes, euangelico ſale immiſſo corruptionem abſterſerunt, adeò vt nihil ſapidius humanæ mentis palato, quam cœleſtia bona eſſe efficerent. Rurſum & cæcucientes in fidelium oculos, euangelica claritate illuſtrarunt, & demum exulantes à cœleſti illa Hieruſalem, ad apoſtolicum cœtum tanquam ad vrbem fugitiuorum, tanquam ad ciuitatem refugij, ad verumq; aſylum refugientes, venia donantur facinorum ſuorum: & ad ciuitatem illam cœleſtem tanquam ciues conſignantur æterni. Propterea ait, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Eccleſiaſtici nanque doctores, qui in docendi munere apoſtolicas gerunt vices, velut ciuitas ſunt ſublimis, non in planitie, ſed ſupra montium iuga collocata. Iter nanque facientibus, & ciuitatis ingreſſum alicuius appetentibus miro eſt ſolatio, ſi quam ingredi appetunt, à longè ſpeculentur. Nanque itineris prolixa tœdia, vel hoc vno leuant ſolatio, quod locum ſpectant procul, quem cito tamen ſperant aſſequuturos. Quod ſi terrenæ vrbis aſpectus, vel procul eminens exhilarat illò tendentes, quã to putas hilareſcere fideles gaudio, quando à doctoribus eccleſiæ audiũt ſperanda & in proximo fidelibus affutura cœleſtia bona, diuina placita obſeruãtibus. Ciuitas ſanè ſunt doctores fideles ſupra mõtẽ poſita, nõ in planitie cõſtituta: vt ciuitatẽ Babylonicam ſcriptura cõmemorat in cãpo Senaar fitam fuiſſe. Eſt nãq; Babylon confuſionis ciuitas: quia qui terrena amat, & terrena ſapit, ad Babylonẽ pertinet: vt cõtra qui cœleſtia, ad Hieruſalẽ (quæ ſurſum eſt) pertinens eſt. Vbi nulla confuſio, nullus horror, ſed ſempiternus ordo, æternaq; pax atq; ſecuritas inhabitat. Propterea-que ciuitas eſt ſupra mõtem poſita eccleſia catholica: cui præſunt ſancti doctores, ſub quorum ore eccleſiaſtica decurrunt momenta. Et quemadmodũ qui præſunt populis illorũq; perſonã gerunt, ex ipſius ciuitatis nomine appellantur: vt Salmantica noĩatur, pcurator Salmanticenſis vrbis, & alij ſimili modo appellantur, qñ ex vrbibus ſuis quarum perſonam gerunt comitia aguntur: in hunc prope modũ, quia eccleſiaſtici doctores eccleſiaſticas curãt coram Deo cauſas, illorũq; humeris res fidelium veluti firmiſsimis columinibus incumbunt, ciuitas ſunt hæc glorioſa: quam ſupra montem conſtitutã eſſe Matthæus docet, vt iam vel hinc aduertere liceat aſcenſum arduum eſſe, hanc ciuitatem tenere volenti. Neque minimi negotij eſſe, huius ciuitatis ciuem conſcribi, ſi quidem ſupra montem, & illum ſanè procerrimũ ciuitas hæc fundamẽta iacta habet. Eſt autem hic mons Chriſtus qui chriſtianæ eccleſiæ autore Paulo fundamentũ eſt. Hũc montẽ conſcẽdere iuſsit Eſaias. c. 2. Venite, & aſcendamus, inquit, ad montẽ dñi, & ad domũ Dei Iacob: vt in dilucidatione ſa

Matth. 5.

Tria epithe ta euangeli ca quibus il luſtrãtur ec cleſiædocto res.

Doctoresec cleſiæ ſunt ſal chriſtiani populi & lux fidelũ.

Doctoresec cleſiæ ſunt fidelium ciuitas.

Gene. 10.

Bella collatio explicãs quomodo doctores ſunt ciuitas dei. Matth. 5.

1. Corĩ. 3.

tis expoſitum eſt. Atqui neceſſarium eſt hunc montẽ conſcẽdere ſi ciues ciuitatis iã prædictæ eſſe amamus. Conſcendit autem per fidẽ & charitatẽ. Idcirco non exiguo ſudatum eſt ſudore, neq; ſudandũ eſt in præſentia: ſed multo perfundẽdi ſumus, ſi per hunc montem ad ciuitatẽ ſublimẽ properandũ nobis eſt. Sunt eñ faciles qui dã, vt aſcenſum ordiantur, & faciles quoq; vt incœptum retractent aſcenſum, vt qui peracta pœnitẽtia ad vomitum redierũt. Sancti verò doctores multò maiori labore grauioriq; opera hunc montẽ conſcenderunt. Etenim non ſolum & fide & charitate (quæ omnibus fidelibus neceſſaria ſunt) quin & doctrina claruerunt. Docuerunt enim ore, & opere plebes chriſtianas. Quapropter os ipſorum ab Eſaia gladius acutus eſt cognominatus. Nãq; qui docet & nõ facit edocta ab ipſo gladium habet, at hebetem. Etenim fidem maximã autore Ariſt. Ethic. lib. 6. præſtãt opera verbis. qui ergo docet & non facit, non habet os inſtar gladij acuti, qualis eſt ſermo Dei pũgens ad diuiſionẽ animæ & ſpũs. Cõpagum quoq;, & medullarum. Vnde & ipſe ſermo Dei Chriſtus cœpit facere & docere Acto. 1. Et diuus Grego. in paſto. ſcitè admonuit dicẽs, Prædicator quiſq; plus actibus, quã vocibus intonet: & benè viuẽdo veſtigia magis ſequacibus imprimat, quã loquendo, qua gradiantur oſtendat. Vnde dñs apud Matth. cap. 5. Qui ergo ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic hoĩes, minimus vocabitur in regno cœlorũ: qui aũt fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorũ. Quibus verbis tria colligito diuerſa in re hac faciẽdi, & docendi. Sunt eñ docẽtes, & opere præſtantes quæ docẽt. Sunt quoq; alij, qui cũ doceãt operibus tñ vacui extãt, deniq; alij ſunt, qui tametſi doctores non ſint: verbi tñ factores ſunt. Sunt ergo à Chriſto minimi doctores ij dicti, qui docẽtes mandata minima, illa tñ ſoluunt. Maximi verò doctores, qui eadẽ minima tradentes, opere quoq; abſoluunt. Sunt porrò mãdata minima (annotãte Theophilacto) euãgelica p̃cepta. Et rectè: cõferunt eñ grano ſinapis quod cum alioqui minimum ſit, ſatum tñ ad maiorẽ ſe extollit magnitudinẽ, & caudice, & ramis, quã cætera olera. Euãgelica quoq; pręcepta (quę alioqui maxima ſunt quippe quæ diuina) minima tñ reputata ſunt à mundanis hominibus. Iudæi nanq; illa ſcãdaloſa eſſe duxerunt: vt illa eſſe ſtultitiã gẽtes crediderũt, docente Paulo. 1. ad Cor. 1. Iſtis ergo minima ſunt euangelica mãdata, fidelibus vero magna, nẽpe in quibus veneranr̃ Dei virtutẽ & ſapientiã. Etiã ſi diuus Aug. denarrãs ſermonẽ dñi in mõte habitum, maximavoluerit eò dicta, ꝙa de animi internis affectibus traduntur. Quale illud, Ego autẽ dico vobis, quia oĩs qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. In materia igitur occidendi fratrẽ hoc maximum eſt, non iraſci fratri: minimum vero ipſum opus non occidẽdi. Lex igit̃ vetus, quæ minima erãt, aut præcipiebat, aut prohibebat: quia ad exteriora maiori ex parte incumbebat. Lex autẽ gr̃æ ad maxima ꝓuocat, neq; minimis eſt cõtenta. Purgare enim ſatagit internos animi affectus. Propterea dñs inquit, ꝙ iraſcit̃ fratri ſuo reus erit iudicio: qui autẽ dixerit fratri ſuo raca, reus erit cõcilio: qui autẽ dixerit fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Tribus eñ lædere fratrẽ poſſumus, & animi affectiõe, vt iraſcentia, & huius quoq; iraſcẽtiæ demõſtratione, quæ fit aut ſermone, vt ꝙ conuitiat̃ fratri dicẽs illi, fatue: aut citra conuiuiũ exprimit̃ iraſcentia, interiectiõe quadã, quæ eſt animi irati nota, vt dñs cõmemorat, ꝙ dixerit fratri ſuo raca. Hebræis verò vox hæc, raca, aut ric, vacuũ ſignificat, ſiue inane aut inaniter, quia aduerbialiter etiã capit̃. Et. 2. Reg. 6. pro hoĩe vacuo à pudore vſurpat̃. Sunt & alia ſignificata eiuſdẽ vocis, quæ huic loco aſſuere facto non eſt opus. Racac quoq; Hebraicũ verbũ eſt qd̃ eſt ſpuit: inde, ruc, ſputum eſt ſeu ſaliua. Et rec hebræi hoĩem inopẽ opibus, vel mẽte vocãt: quẽ trãſlatio nr̃a. 2. Reg. 6. ſcurram edidit. Tametſi euãgelicus ordo per vocẽ hanc

Ad ciuitatẽ Dei aſcendit̃ur per fidẽ catholicã & charitatẽ.

Doctores ſancti ſicut gladiũ acutum habent os ſuum.

Duogradus doctorum.

Qui ſunt minimi doctorum.

Matth. 13. Lucæ. 13.

Quæ ſunt mandata minima.

Locus Matthæi expoſitur.

Tribus lędere fratrem poſſumus.

Ruc Raca Racac' Rechebrææ voces quid denotent.

hanc,raca,iratam animi oſtenſionem, nõ perfecta oratione prolatam: ſed inſinuatã potius geſtu corporis, quam voce abſolutam, ſubindicat. Primamq; ordine collocauit iram animo conceptã, poſtremo verò vocis perfectæ conuitiũ. Qui dixerit inquit,fatue reus erit &c. Medio igitur ordine collocãdum erat, quod neq; prorſus animus gerebat conceptum,& latẽs, neq; prorſus expreſſum verbo, & patens, ſed quod mediã inter hæc ſedem habet. Quales ſunt interiectiones & dolentis, & irascentis. Alioqui & gradus ſecundus, & poſtremus confunderẽtur:& alter ſuperfuiſſet. Nanq; cum raca ſit idem, quod inops mente, ſiue ſtultus ſiue ſcurrilis, idẽ eſſet primus,atque ſecundus gradus. ¶Aduertendum igitur homines, vt plurimum ad iraſcentiam, & ad conuitia aduerſum fratres faciles eſſe, ad homicidium verò perpetrandum difficiles. Quam ob rẽ (ſiquidem arduum eſt laceſsitos non iraſci, aut non conuitiari, aut ſaltem non inſinuare conuitia) præcepta euangelica, quæ hæc ardua vetant (quippe quæ de arduis ſunt) commodè maxima præcepta ſunt appellanda:illa vero quæ facilè euitãtur, vt non occides, non furaberis, &c. minima Dñs nominat,ſiquidem illa prohibent, quæ cauere non eſt admodum operoſum. Et idẽ cenſendum eſt de cæteris alijs præceptis, quæ de affectibus corruptis vitandis traduntur. Quæ omnia magna ſunt: quia difficilius eſt affectus vitioſos arcere, quã vitioſa opera. Auguſtinus igitur & Theophilactus tametſi verbis diſcrepantiã præ ſe ferant qñ quidem ille euangelica præcepta magna vocat, iſte vero minima: re tñ ſibi conſentiunt. Nãq; ſi minima appellantur,non ex ipſa veritate docẽte,ſed ex mũdi profana opinione perſuadente. Hinc iã quales ſint Doctores magni, atq; minimi diſcere poſſumus. Magni nanq; ſunt q̃ magna docentes,magna quoq; operanť, vt q̃ docẽtes nõ eſſe iraſcendũ fratri,neq; pmẽdã irã verbo, aut corpis geſticulatiõe, ipſi quoq; neq; iraſcũť, neq; cõuitiãť. Minimi verò doctores vocabuntur in regno cœlorum,qui docentes minima præcepta, quæ ſunt de operibus implendis,aut cauendis, vel ipſa minima,quæ docẽt, non implent qñ quidẽ bona ſunt, neq; cauent qñquidẽ mala. Tales ſunt quos Paul. notat apoſt. ad Roma. 2. Qui ergo alium doces,te ipſum non doces? qui prædicas non furãdum furaris? qui dicis non mechandũ mecharis? at obijcies forſitã mihi, Quid ergo iſti doctores minimi ſoluentes diuinã legem, regna poſsidebunt cœleſtia, etiã ſi gradum obtinentes minimũ? Vtiq; ſi ad regna cœleſtia locum tu referas,nõ ſubeat tibi cogitatio ſoluentes diuinã legem adepturos regnum Dei, vel minimã illius portionem. Quare ſenſus erit, minimus erit in regno cœlorũ. i. abijciendus erit à cætu ſanctorũ in die iudicij. Et vt gloſſa tradidit Theophilactum ſequens,minimus erit. i. nullus erit in regno cœlorum. Atqui euidentior interpretatio erit, ſi ad eccleſiã militãtem euangelicum aptemus ſermonem,quæ in ſcripturis nonnunq̃ regnum cœlorum cognominať,vt alibi diximus. In eccleſia igitur militante, is eſt minimus doctor. i. par uæ reputatiõis & frugis,qui ſoluit legẽ dei quã docet. Etẽm neceſſariũ eſt autore Gregorio,vt cuius vita deſpicitur, prædicatio quoq; cõtemnať,is vero magnus, & ĩ oculis habeť qui verbis opera iungit. Tametſi euãgelico admonemur præcepto, vt ſi doctoris vita offenderit, doctrinæ tñ veritas in pretio habeatur. Super cathedrã inquit Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi: quæ dixerint vobis facite: ſecundum autem opera eorũ nolite facere. Sed num magnũ eſt docere præcepta decalogi & illa implere? num de præceptis iſtis ſermo eſt audiendus euãgelicus,/Qui autem fecerit & docuerit,hic magnus vocabiť in regno cœlorum? Vtiq; vt magnus doctor ſit in regno cœlorum non ſatis eſt hæc expleuiſſe mãdata decalogi,niſi & euangelica præcepta fidei,& morum expleuerit quoq;, vt Iacobus monuit. c. 2. Quicunque, inquit, totã legem ſeruauerit,offendat autem in vno,

Maxima euangelica præcepta quæ.

Auguſti. & Theophilactus concordes.

Doctores magni & minimi qui.

Eccleſia eſt regnum cœlorum.

Matth. 23.

factus eſt oīm reus. Quapropter,vt minimus ſit cēſendus legis doctor ſufficit vnū trāſilire mādatū. At verò vt magnus dicaī vniuerſa eſt,quæ ſibi incūbunt mādata cō pleturus. Ideoq; & dñs eccleſiæ doctores ſalis,& lucis epithetis illuſtrauit:lucis quidē,vt doctrinā illorū oſtenderet,ſalis vero vt operationē demōſtraret. Quod ſi ſciſciteris,Ecquid ſalē luci prætulit? primo namque dixit,Vos eſtis ſal terræ,poſterius vero, Vos eſtis lux mundi: qñ quidē ordo ſi inuerteretī legitimus videbaī, lux nāq; dignior eſt q̄ ſal. Sal nāq; concreta eſt aqua ex luce, & calore ſolis, qui dulce quod eſt in aqua extrahit:& quod terrenū eſt in ſalem cogit. Porrò Chr̄s nō ordinem hunc naturæ, ſed gr̄æ ordinē inſinuare nobis appetebat. Qui ordo ſalē præfert luci, in ſale nāq; diuinorū guſtus doceī, vt in luce diuinorū cognitio demonſtraī. Qui volet igitur ad diuinā ſe ꝓparare lucē, non poterit illa perfundi, niſi primum affectu, & animi guſtu, velut ſale quodā diuino, ad cœleſtia capeſſenda condiaī. Qui eī moribus, & affectibus eſt ī ſalitus, aut inſulſus ineptus eſt, qui cœleſtiū myſteriorū intelligentia doneī. Vnde beatus Dionyſius de ſuo magiſtro Ierotheo per huius ſalis guſtū diuina didiciſſe fateī. Regiusq; vates ab hac ea dē re nihil abhorret dicēs, Guſtate, & videte qm̄ ſuauis eſt dñs, guſtum præmittēs viſui. Guſtus verò ad affectus pertinet, Viſus verò ad intellectū. Eteī volēti diuina vtcunq; aſſequi, amore primū guſtāda ſunt, & amāda:& plus amāda voluit Deus, quā intelligēda, plus guſtāda q̄ ſcrutāda, tantiſ perdū labiī infirmū carnis nr̄æ tabernaculū. Nāq; diuina nobis proponunī modo, vt à nobis amenī, in cœleſti verò patria, vt etiā palā intelliganiī. Nūc eī plus amādus Deus eſt, q̄ intelligēdus: tūc verò diuini amoris guſtus, & intelligentia æqualia erunt. Beatorū enim quilibet tantū dē fruitionis diuinæ aſſequeī, quantum viſionis aſſequutus eſt. Apoſtolis ergo ſuis dixit, Vos eſtis ſal terræ, dein vero vos eſtis lux mūdi: vt eccleſiæ doctores nouerint plus guſtāda eſſe diuina ſacramēta, quam perſcrutāda, plebeſq; ſibi cōmiſſas, plus ad diuinos amores excitādas illorū opera, quā ad nimias articulorū fidei, aut prȩceptorū diſquiſitiones inſtituēdas. Iā igitur in ſale diuinorū guſtū, cœleſtiūq; ſaporē aduertiſti, vt in luce doctrinæ illuſtrationem, vt deniq; in ciuitate ſupra montē collocata, vitæ ſoliditatem, & ſublimitatē, quę paſtores & doctores ſummè ornāt, & venuſtāt, vt res eccleſiæ moderenī. Iam verò ꝓgredi vltra collibuit ne te moueat, aut remoreī, quo minus euāgelica verba teneas hæſitatio illa, quid voluerit dñs in verbis prioribus illa tria diſtinguēs, iudiciū, conciliū, & gehennā. Nā tres culpas iā diſtinxerat dñs: primā, iraſcentiā ſcilicet in fratrē, alteram eiuſdē iraſcentiæ inſinuationē, pervocē raca, poſtremā vero eiuſdē iraſcētiæ expreſsionē per illā vocē ſtultus. At eo ordine iſtorū grauitas increſcit, quo proponūtur. Etenim minimū eſt iraſci in fratrē: grauius vero iraſcentiā inſinuare: horū vero grauiſsimum perfecta oratiōe conuitiari. Pœnæ quoq; harū culparū eodē quoque ingraueſcūt ordine. Nā minimū eſt iudiciū (quod vnius hoīs pōt eſſe) grauius eſt conciliū, quod multorū neceſſario eſt: grauiſsima verò gehenna quæ à Deo vno eſt infligēda. Quo ordine docere voluit peccata, quæ propoſuerat, non æqualem ſortiri grauitatem. Iraſcentia nanque, quæ ſæpè rapit rationem, cum illam rapit crimē non eſt: quia deliberata non eſt. Idcirco inter leues culpas annumeranda, venialis enim eſt, & inter primos ſenſuales motus recenſenda. At hoc ſibi voluit Chriſti ſermo, Reus erit iudicio. Diſcutiendum nanq; eſt, ſi deliberata eſt fraternæ iniuriæ appetita vltio, an rationem præuenerit. Etenim ſi librata ratione vltionē appetimus fratris, & de iniurijs noſtris vindictam ſumere proponimus, crimen eſt: at ſi anticipata ratione ex ſanguinis feruore bullientis circa cor, ſcōmata in fratrem iacere & conuitia affectamus, iſtud ſanè leue eſt, quippe à ratione non eſt: & ſanguine defera-

Magnus doctor eccleſiæ quis,

Cur primo loco ſal deinde lux in euāgeliocol locetur,

Salis generatio.

Guſtus diuinorum præcedit intelligentiam.

In cœleſti patria guſtus erit diuinorum æqualis intelligētia.

Iudiciū conciliū gehēnæ.

Culpa maior maiori afficitur pœna.

Contra ſtoīcorum placitum quod peccata æquat.

ferueſcente deferueſcet quoque ira hæc. Reus igitur erit iudicio: quia tametſi peccatũ veniale ſit, pctm̃ tamẽ eſt, & impoſita pœna purgandũ. Græci expoſitores ad uerbiũ, temerè, adiecerũt. Legerunt eñ, qui iraſciť fratri ſuo temerè obnoxius erit iudicio. Eſt nanque ira quędã iuſta, quã in ſctis aduertimus apoſtolis. Paulus nãq; Elimæ mago, & cuidã pontifici Iudæorũ, & Galatis iratum legimus, verbaq; cõtumelioſa in illos ieciſſe. At verò ira hæc iuſta erat, ex zelo Dei deſcẽdẽs, cuius meminit pſalmus iraſcimini, & nolite peccare. Iniuſta verò ira illa eſt, quæ iniuſtã habet cãm, vt qui gra terrenæ ſubſtãtiæ, aut gloriæ fratri ſuo iraſciť, vt Theophilactus tradidit, Chryſoſtomi veſtigijs hærens. Ego verò crediderim irã eſſe, quæ à iuſta ꝓgreditur cauſa, iniuſtã tñ aliqñ eſſe. Vt qui iraſcitur impingẽti ſibi colaphũ, aut quãuis aliã iniuriã inferenti iuſtã quidem habet iraſcentiæ cãm: at verò iniuſtè iraſcitur, ſi vlciſci facinus vicemq; altero colapho, aut quouis alio grauiori ſupplicio rependere affectat. Eam igitur dũtaxat dixerim iuſtã irã, quæ in crimina incãdeſcit illorũ pœnã iuſtã deſiderans: illã rurſum iniuſtã, quæ in perſonas ſe ꝓrapit vltionẽ de iniuria illata acceptura. At vltionẽ capere particularibus perſonis, iura diuina, atq; humana ꝓhibent, iudicibus illã reſeruãtia, quorũ intereſt repenſionẽ iniuriæ autori inferre. Qđ verò continuò adiecit dñs, Qui autẽ dixerit fratri ſuo raca, reus eſt concilio, quia non reum illũ dixit gehennæ, docere voluit nõ eſſe criminoſum fratri raca dicere: ſed grauius eſſe dicere raca quã ſolũ iraſci aduerſus fratrẽ. Etenim qui intra pectoris clauſtra fratrẽ ſcõmate ferire appetit, ſiquidem contumelia non ſe ꝓdit fratris honorẽ non obſcurat: at ſi ſe exprõpſerit dicendo, raca, iã quidẽ non nihil obſcurat fratris honorẽ, & vtcunq; contẽnit. At verò non ꝓrſus contẽnit, quia nõ ꝓrſus contumeliã exprimit. Raca enim plus contumeliã inſinuat, quã exprimat: imò qui hmõi eſt reveritus fratrẽ, contumeliã perfectè nõ expreſsit, imò inſinuatã repreſsit. Eſt quoq; apud Hiſpanos quædã vilipẽſiõis inſinuatio, inter melioris notæ hoĩes, quę eſt, llamar ſe de vos, Dedecus eñ ducit, voſearſe, quãuis hoc inter leuia ducito conuitia. Inter hæc igitur duo contumeliæ gñra, ſecundum, cuius Matthæus meminit pctm̃ grauius primo eſt. Primũ nanq; leuiſsimũ diximus eſſe, ſi intra ſuos ſe contineat cancellos. Quippe humanã ſuperat naturam motibus iſtis primis nõ agitari, & ſubito, ex iniuriæ auditu offenſi accẽdiť animus. Nãque aĩa in opatiõibus ſuis interioribus eſt ocyſima. At verò qa ad exteriores tardior eſt, & illas reprimere facilius põt: id circo grauiore mulcta plectẽdus, qui illis habenas laxat, aduerſus fratrẽ ſcilicet, vel inſinuãs cõuitia. At verò quia iſtud quoq; nõ ex animi deliberata rõne ꝓgrediť, aut ſiqua eſt imperfecta deliberatio eſt, vt illius, qui in colliminio vigilię, & ſomni eſt: ob hãc cãm venialẽ ducamus quoq; culpã eſſe raca dicere fratri. Cæterũ qui iã perfecta oratiõe fratri contumelioſus exiſtit, vt qui illi dicit ſtultum eſſe crimen admittit, quippe reus gehẽnæ à dño ꝓclamatur. Et eñ aperto ſermone fratris detrahit honori, qui illũ ſtultũ palã vocat. Nã ſtultus eſt mentis inops, inſtar beſtiarũ: vnde perinde eſt atque ſi dixeris fratri, beſtiã eſſe: id quod dedecoris eſſe quis non videt? Qđ ſi dixeris, Ecquid ſi mente nõ deliberãte dixerit? Vtiq; ſi ita dixerit de crimine non eſt arguendus, tametſi ipſum verbũ contumelioſum crimen eſt: ſed crimini non dabitur, ſi deliberatè & aduertenter non pronũtiatur. Vt nec Iacob vitio datur, q Liæ hæſerit coitu, cuius coniux non erat: quippe neque ſciens neque volẽs hæſit: etiã ſi adhærere non coniugi per ſe crimen eſt, quia adulteriũ eſt. Præter hæc quoq; non ſolũ indeliberatio contumeliã purgat, verũ etiã & ſyncerus animus: quippe qui nõ animo cõuitiãdi, ſed corripiẽdi fratrũ ſtultũ, aut inſenſatũ, aut beſtialẽ vocat, ĩ vitio non eſt: quia animus ſyncerus, & vitioſus non eſt. Id quod creditu facile eſt, quando

Græcorum lectiodoctorum.

Actor. 13. Actor. 23. Galat. 1. Pſalm. 4.

Iuſta ira & iniuſta.

Cur minue peccatũ ex animo quã ex opere.

Qui dicit fratri ſuo raca non perfectè conuiatur.

Delicta ex animo pendũtur.

ſuperiores (quorũ intereſt inferiorũ cõponere mores) hoc genus, quod diximus cõtumeliarũ erga ſuos iaciunt inferiores. Et profecto qñ candido animo proferunt, etiam ſi præſeferãt contumeliã, ab illa prorſus abhorrent: ſiquidẽ caſtigatoria verba ſunt & non cõtumelioſa. Secus autẽ ſi frater priuatus in fratrẽ hmõi verba ꝓferat, niſi ioco illa protulerit. Iam ergo vt receptui canamus, quia de hac re aliubi texenda eſt prolixior diſputatio, doctor is magnus ducendus eſt & in eccleſia militãte, atq; triumphante, qui hæc quæ vident hominibus minima, vt iraſci fratri dicere raca, aut ſtultũ, docet cauenda, & maximè obſeruat, ne labatur in illis. Quæ quanquã minima videant maximi tñ negotij eſt ea cauere: vt ſuperius iam demonſtrauimus.

Doctores eccleſiæ ſacri magni ſunt.

¶ Iam vero, vt ad nr̃m inſtitutũ nr̃a regrediatur oratio, vtiq; beatiſsimos eccleſię catholicæ doctores magnos in regno cœlorum extitiſſe multis, & iuſtiſsimis ſanè nominibus affirmare operæpretium erit: qp pe & eximiè docuerunt, & ſedulò fecerũt legem dñi. Fuerunt nãq; lux orbis docendo: fueruntque ſal terræ, nã exẽplo vitæ in corruptiſsimæ populos ad illorum ſectanda veſtigia coegerunt: fuerunt deniq; ciuitas ſupra montẽ collocata diuinis propugnaculis obmunita. Nãq; neq; minis, neq; terroribus, à chriſtiana veritate diuulſi ſunt. Et quanquã magnifica illa Ezechielis viſio de primarijs illis quatuor euangeliſtis à me in declamatiõe euãgeliſtis propria denarrata eſt, at ſacri eccleſiæ doctores, qui apoſtolos, & euangeliſtas dilucidarunt quidam ſecundarij euangeliſtæ ſunt: quemadmodũ prophetarum interpretes, prophetæ à Paulo apoſtolo appellantur. Summatim autẽ non piget Ezechielis diuinum repetere viſum, vt quã conſentiat Doctoribus eccleſiæ palã ſit. Vidit igitur ille in Babylone conſtitutus animalia quæ dã terrifica, & hoĩbus nuſquã viſa: vultum nanq; quadrifidũ oſtentabãt. Singulo em̃ animali quaternus erat vultus, & hoĩs, & leonis, & bouis, & aquilæ. Pedibus quoq; rectis ſingulum conſiſtebat, plantis vituli nis innixis. Pennata quoq; quaternis alis erant, manuſque hoĩs, ſub alarum vmbris geſtabant. Duabus pennis iungebant quidem, duabus verò alijs ſecernebãtur. Animalium vero motor horum diuinus ſpiritus erat, & vbi erat impetus ſpũs, illuc gradiebant. Rotæq; erant iuxta animalia vultibus diſtinctæ: vt & animalia ipſa, progredientibusq; aĩalibus, & rotæ progrediebãtur iuxta ipſa: & eleuatis ſurſum aĩalibus & rotæ ipſæ leuabantur. Opportunè autẽ hæc aĩalia eccleſiæ doctores præſignabãt. Vt enim hæc animalia terribilia deſcribũtur vultibus, alis, pedibus, & motitante ſpiritu: & ſancti quoque doctores & vita, & moribus, & doctrina, terribiles ſunt eccleſiæ Dei. Etenim ſi vultus horum aĩalium cõſideras ĩ ſingulis doctoribus quadrupli cẽ vultũ admiraberis eſſe. In ſingulis em̃ doctoribus eſt facies hoĩs, & facies leonis, & facies bouis, & facies aq̃læ. Vtiq; facies hoĩs, humanitate em̃ & benignitate præditi fuerunt: quia humilitate animi (quæ hoĩbus eſt germaniſsima) donati fuerunt: non em̃ alta ſapiebant, ſed humilibus conſentiebant. Rurſum faciem habent hoĩs. Etenim mortalitatis ſuę ſe identidẽ admonentes, mundana ſpreuerunt penitus. Et quia humanæ prouidentiæ eſt futuris conſulere, futuris quoq; ipſi conſuluerunt, nã cœleſtia amantes, terrena fugerunt. Itidẽ & vultum leoninum in illis aduertimus. Leonis nanq; fortitudo eſt, qua ipſi polluerunt, non ex corporis, ſed ex animi viribus. Nãq; leoni illi rugienti (qui diabolus eſt) circuens quærens quem deuoret) ſtrenuò repugnarunt, iuxta Petri monita, Fratres ſobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Quorum leonum Salomõ memoriam faciens in prouerbijs ſuis. ca. 28. Iuſtus, ait, quaſi leo confidens, abſq; terrore erit. Et thronus etiã ille Salomonis ſplẽdidiſsimus leonibus diſtinguebaſ, & ornabaſ, vt in throno illo typico veri Salomonis

In ſingulis doctoribus eccleſiæ quadrifidus eſt vultus.

Vultus hominis quid præſignat. Roma. 12.

Vultus leonis quidſ denotat.

Sãcti doctores vt ſecundi euangeliſtæ.

1. Cor. 12.

Viſio Ezechielis exponitur.

2. Reg. 10.

nis thronus adumbraretur, qui eccleſia catholica eſt, quæ leonibus, ideſt doctorũ varietate diſtinguit, fulcitur, & ornatur. Vnde quidã horum doctorum eccleſiã Ieſu Chriſti fulciunt literalẽ ſeu hiſtoricũ ſenſum explanantes. Qualis diuus eſt Hieronymus q̃ indefeſsis ſudauit laboribus, plurimãq; ætatẽ in exponẽdis hoc genus ſenſibus protriuit. Nã linguarũ peritia fulgẽs ſacros codices & Hebraicos & Græcos, nobis Latinos fecit. Alij verò ad myſticos ſenſus enodandos ſuã contulerunt induſtriã & operã, vt Ambroſius, Gregorius, & Auguſtinus. Quorum vtiq; opera moribus corrigendis, & cõponẽdis fidelium apprimè neceſſaria eſt eccleſiæ Dei. Vt enim fides catholica literali ſenſu hilareſcit, ab illo nanque gignitur, nutritur, & augetur: ita & mores ſenſibus myſticis delectantur. Quis enim nõ delectatur cum mirabilem tropologiam Diui Gregorij (qua donauit librum Iob) legerit? Imò & plærunq; tremit lector cum tanta tamq; ſubtilia morũ præcepta in moralibus Gregorij aduertit. Sed de Auguſtino quid dixerim? inopẽ me copia fecit, de quo illud ab Eccleſiaſtico memoratũ verbũ. ca. 46. aptiſsimè dicendum eſt, Chriſtus purgauit pctã illius, & exaltauit cornu eius in æternũ. Quæ ſanè eccleſiaſticus in gratiã Dauidis protulit: q̃ admonitus à Natham propheta de perpetratis ſceleribus homicidio, & adulterio reſipuit. Quapropter purgauit Deus (qui tũc futurus erat Chriſtus) Dauidis pctã: & exaltauit cornu eius. Accepit enim carnẽ de ſemine Dauid. At verò quia de ſenſibus tropologicis vertit ſermo Auguſtino hæc verba congruẽtiſsima ſunt: cuius Chr̃s verè purgauit pctã: & exaltauit cornu eius, in æternum. Fœdiores vtiq; erant Auguſtini ſordes, quã Dauidis crimina. Illius nanque mens imbuta erat Manichæorũ erratis peſsimis. Quas ſordes Chr̃s lauacro ſacri fontis abſterſit. Et exaltauit cornu eius in æternũ. Et rurſum Auguſtino appoſitè congruere conſiderabis, quæ Pſalmus 104. de inſigni illo patriarcha Ioſeph commemorat. Eloquiũ dñi inflammauit eum: miſit rex & ſoluit eum. Inflammauit nanque Patriarcham illum Ioſeph diuinum lumẽ: quippe ſermone prophetico ditatus venturum piſtoris, atque pincernę ſtatum præuidit: orbiſque futuram famem, & vbertatem præſenſit. At verò Pharao rex ſoluit illũ, ab iniuſto, quo detentus erat carcere, in quẽ ꝓpemodũ Auguſtinus ex teterrimo hæreſeon ſolutus carcere, ſanctarũ doctrinarũ frumenta nobis diſtribuit. Obſerua interim obſecro eloquiũ Dei quoq; inflãmaſſe doctores eccleſiæ ſanctos. Quoſdam nanq; Dei eloquium illuſtrat, & docet: at non inflammat, vt ij ſunt, quos Paulus Romanis ſcribens ſubnotabat dicens, qui doces non furandum, furaris. At beatiſsimos eccleſiæ ſanctæ illuſtrauit doctores, & inflãmauit Dei ſermo. Non em̃ illuſtrauit ſolum. Atqui quam inflãmatus Auguſtinus extiterit (vt interim cæteros omittam) illius præclara denarrant geſta. Quem dñs præcipitem ſe dare per hæreſeon abrupta ſiuit aliqñ impunè, vt fidei catholicæ in Auguſtino diuina ſuccedẽs illuſtratio, Auguſtinũ vehementius, & ſecurius ditaret. Namvbi abundauit delictum Auguſtini ſuperabundauit diuina gratia. Quod ſi delectat te ſcire cur Deus Auguſtinũ iacere diu in fæcibus peccatorũ dimiſerit obſeruabis, nihil Deum habere in naturæ vniuerſitate ĩ hoſtẽ capitaliorẽ quã pctm̃: nẽpe quod Deo & naturæ, ex diametro aduerſat̃, vt Chryſoſtomus te docebit homilia ad cap. Pauli 2. ad Epheſ. epiſto. & eſt ſanctorum vulgata conſenſio & aſſertio: quod tñ ſub moderamine quodã intellige. Eſt nãq; pctm̃ naturæ à Deo integerrimè olim inſtitutæ contrarium: vitioſæ vero naturæ & iam à priſtina ſanitate collapſę pctm̃ non eſt repugnãs: imò morbidæ naturæ quaſi natiuum eſt. Naſcimur nãq; filij iræ: & ſenſus, & cogitatio hoĩs ad malum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua. Hunc ergo naturæ, & Dei hoſtem nonnunquã Deus (quæ eſt eius inſcrutabilis ſapientia) creſcere valde, & augeri

Doctorum ſanctorum diſcreta munera.

A ſenſu literali fides catholica gignitur nutritur defenditur & roboratur.

Auguſtinĩ laudes.

Typus ex Gene. expo nitur.

Roma. 2.

Roma. 8.

Sanctorum intelligẽtia doctorum.

Epheſi. 2.

Gene. 8.

Gene. 40.

geri ſinit,vt pctm̃ iã robuſtiſsimũ deuincẽs Deus,quãta ſit diuina potẽtia in deijciẽdis pctis nr̃is,hoĩbus pateſcat. Nanque ex potentiore deuicto hoſte, illuſtrior dubio procul reportat victoria:& ignis is potentior eſt,qui humidiorẽ, & corpulentiorẽ,et magis rebellẽ materiã inflãmat. Siuit igitur Deus Auguſtinũ proprijs pro ſuo libito præualere erroribus,vt ita demum ſuperueniens ignis cœleſtis diuina poteſtas in Auguſtino vberius clareſceret. Eloquiũ igit̃ dn̄i illuſtrauit Auguſtini mẽtẽ: & horror tenebroſus errorũ (qui illũ inuaſerat) noua ſuperueniente cœlitus luce totus diſparuit. Deus em̃,qui dixit in principio cõdendi orbis, ex tenebris lumẽ ſplendeſcere,is ipſe in Auguſtino interne loquẽs ex tenebris plusq̃ cimmerijs deſiſsimis lumẽ æternæ claritatis infulſit: & ex hæreticorũ patrono ſingulari,eccleſiæ ſuæ doctorem parauit illuſtriſsimũ. Et fortis armat' Satanas, q̃ Auguſtinianũ pectus cuſtodiebat, aduenientẽ fortiore armato Chr̃o, deiect' eſt,& diabolica oĩa figmenta, quæ Auguſtini mentẽ opplebãt,Chr̃i diuina arte diſſoluta ſunt. Et ablata caligine peſtiferi dogmatis Manichæorũ, puriſsimũ illũ reddidit Chr̃ianæ fidei fontẽ. Doctorũ em̃ catholicorũ, tã ſtrenuè contra hæreticos pugnauit nullus q̃ Auguſtinus. Vnde & malleus hęreticorũ cognominari promeruit, & Africã (quæ illi natale fuit ſolũ) à Pelagianis & Manichæis,Arianis,Nouatianis, purgauit mõſtris: imò & vniuerſum orbẽ doctrinæ ſuæ radiãtiſsima illuſtrauit luce. Libros illius cõſule,& tunc demũ videbis inſtar aluearij eſſe, qd̃ vberrimè dulciſsima mella cõdit,inſtar floreti, qd̃ vernantibus,& luxuriãtibus floribus,odores miræ ſuauitatis fragrat,inſtar ærarij, qd̃ oĩ gñre armorũ ſpũaliũ cõtra hæreticos refertiſsimũ eſt. In illis ſales diuinos licebit reperire,euãgelicãq; lucẽ rutilantẽ licebit aduertere. Quibus quoque muneribus Auguſtinianũ pect' caruiſſe qs credet. Imò ſi diſcere vis quã ſalitũ fuerit hoc ſale Auguſtini pectus eiuſdẽ te docebũt verba. Aiebat nã q; ille,Introducis me aliqñ dn̄e in quandã dulcedinẽ internã,quã neſcio quæ ſit: ſcio tñ illam huius ſeculi non eſſe. Aduertis ne quã ſapiunt diuina Auguſtino? quãq; diuino ſale reſperſum internũ gerebat palatũ? Et demũ codices illius vt dixi facilè oſtendũt Auguſtinũ arcana cœleſtia mirũ ĩ modũ guſtauiſſe. Meditatiões illius volue, ſoliloquia &cõfeſsiões illius lege,& mirabit & dilatabit̃ cor tuũ, qñ videris Auguſtinũ hoc diuino ſapore impletũ, quaſi Phiſon, q̃ Gãges eſt,& ſicut Tigris i diebus nouorũ. Et impletus eſt diuino ſenſu quaſi Euphrates,& q̃ſi Iordanis in tpe meſsis, euãgelica & apoſtolica doctrina multiplicatus. Sũt em̃ q̃tuor quos memorauimus doctores latini,ceu illa q̃tuor potẽtiſsima flumina,quę ex paradiſi alueo ſcatebant. Et em̃ ĩ eccleſiaſticũ orbẽ doctrinæ flumine irrigãtes, germina æternæ vitæ producũt. ¶ Iã verò ad cætera,q̃ ſupſunt ex Ezechielis viſiõe ſtylũ paremus: nã meus in Auguſtinũ affectus,calamũ diuertit, & me totũ in eius laudes arripuit. Quid autẽ p̃ſignabãt vultus hoĩs,& vultus leonis,in ſctis doctoribus memoratũ iã eſt ſuperius: quid vero vultus bouis,& aq̃læ ſubindicẽt aperiamus. In boue,ſeu vitulo laborẽ ſignificari apertũ eſt in ſcriptura. Boum em̃ arare terrã eſt,& triturare ſegetes, quæ laborioſa opa ſunt. Vñ in Iob legimus, Boues arabãt,& aſinę paſcebãt iuxta eos. Et em̃ Deuter. c. 25. & 1. ad Cor. c. 9. Non alligabis os bou̯ triturãti. Et in lib. Prouer. c. 14. Vbi nõ ſunt boues præſepe vacuũ eſt: vbi autẽ apparẽt plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. At verò quãtis laboribus ſudatũ eſt à ſctis doctoribus ĩ diuinis diluciandis ſcripturis,geſta eorũ, q̃ habent̃ facilè indicãt. Atq; præſepe horũ boũ,diuina ſcriptura eſt: quæ ſanè beatis iſtis bobus circũdata,vacua nõ eſt. Tota nãq; p̃clariſſimis ſenſibus, ex illorũ labore referta eſt. Segetes rurſũ horũ boũ fideles ſunt, quos ipſi adveritatẽ euangelicã quotidie cõuertũt. Qd̃ ſi apparẽtes ſegetes boũ fortitudinẽ dmõſtrãt, fortiſsimi ſũt iſti ſacri boues:

Bellæ collationes.

Gene. 1.

2. Corin. 4.

Lucæ. 11.

Auguſtiniſapientia ex multisextolitur.

Eſaiæ. 60. Eccleſ. 24.

Phiſon,Gãges fluuius eſt.

Vultus bouis & Aquilæ quid denotent.

Segetes doctorũ ſunt fideles.

oẽs

oēs nāq; ſegetes eccleſię catholicę, ab illis elaboratæ ſunt. Boū quoq; ſacrificia, olim Deo grata erāt, pſalmo cōmemorāte, Tūc imponēt ſuper altare tuū vitulos, & Leuitico identidē referēte. At modo horū myſticorū boū ſacrificiū, Deo ita gratūeſt, vt quæ à ſacris doctoribus ſana, & integra, vitæ gerendę documēta ducūtur, Deus quoq; talia ducat eſſe. Vultus porrò aquilæ ſublimitatē contēplationis, & mētis perſpicaciā in denarrādis diuinis voluminibus in doctoribus ſanctis denotat. Qui oēs vultus tametſi doctoribus cōmunes ſint, verū, vt de ſacris euāgeliſtis iā prædiximus, ſpecialius horū vultuū quidā attribuūtur vni, alij vero alij. Etñ aquilinus vultus D. Auguſt. aptabitur propriè propter feruorē, & acumen ingenij, acerrimaſq; illius diſputationes aduerſum hæreticos: & tanq̄ aquila in arduis poſuit nidū ſuū. Nam ſacroſanctæ Triadis myſteria libris multis, eccleſiæ catholicæ reſerauit. Leonina verò facies D. Ambroſio cōgruit, qui tanq̄ leo fremens, & rugiēs, rugitu ſuo Auguſtinū deterruit: & ex hæretico peſtilētiſſimo catholicum reddidit fideliſſimū. Adde quoq; Ambroſianā lectionē fortē eſſe, & hirſuta inſtar leonis. Gregorius verò humanam oſtentat faciem, ad humanos enim reformandos mores totus incumbit. Demum Hieronimo bouinus reſeruādus eſt aſpectus. Quippe indefeſē incredibiles exantlauit labores, vt diuinas literas nos doceret. Habent quoque animalia hæc pennas (vt diximus) doctores nanque ſacri omnes pēnati ſunt. Quas ſanè pennas vnus horum pennatorum Bernardus, libro de conſideratione expreſsit admirationem eſſe diuinæ maieſtatis, diuinorumque iudiciorum expenſionem, diuinorum beneficiorum recognitionem, deniq; quartam eſſe aliam diuinorum promiſſorum expectatiōem. Quarum alarum duæ animalium corpora tegunt. Quandiu enim peregrinamur à domino, tandiu diuinæ maieſtatis immēſitas nos latet: & diuinorum iudiciorum profunditas nos fugit. Cæteræ porrò alæ, quibus animalia volitant, & eorpora retegunt promiſsio ſunt diuina & beneficiū. Quibus & doctores conſolatus eſt Deus. Quæ ſimul iungūtur quippe poſt promiſſionem conſolatoriam, ex opere præſtita promiſsio, expectancti facit ſatis. Quia ergo ſanctis doctoribus adhuc in carne degentibus, multa præſtitit Deus, & illa prę-clariſsima munera, propterea iſtis volabat alis. Diuus autem Gregorius has aliter expoſuit alas dixit nanque, amorem, ſpem, timorem, & pœnitentiā, has animales eſſe alas. Quarum poſtremæ tegunt peccata ſanctorum: alię vero primę ad volatum agunt. Nam amore, & ſpe ad patriam volamus cœleſtem. Tu lege apud Gregoriū interpretātē Ezechielē. Iuxta animalia rotas ſociatas vidit præter hęc diuinus vates. Quandoquidem plebes à doctoribus erudiēdæ rotæ iſtæ ſunt. Nanq; populus motū doctorū perſequitur, ſi leuātur in ſublime doctores, aut ex doctrinę veritate, aut ex operis integritate, leuantur ſimul & rotæ: ſin vero deprimuntur doctorū doctrinæ, aut qa nō ſunt aquæ fideles, aut qa exē pla vitę vitiata ſunt, mens etiā, & mores discipulorū eādē ſequunt diſpoſitionē. Atverò hoc ob oculos habeāt huius ſeculi hęretici, & diſcutiāt obſecro, qualia ſint animalia, quib⁹ ipſi hęreāt, hoc eſt iuxta quos doctores, ſuas ſociāt rotas, at ph deū immortalē pudore ſuffundor hæc ſcribens, iuxta Lutherū monachū apoſtatā, & huius cōplices Zuingliū Caroſtaldiū & reliquos hui⁹ notæ hæreticos. Quāto cōſulti⁹ vobiſcū ageretis, ſi nō hæc animalia tetra amaretis, ſi iſtis nō copularemini, ſed iuxta beatiſsimos eccleſiæ doctores, & Græcos, & Latinos vos collocaretis. Rotæ veſtræ mihi creditæ nō poſſunt ſpūm vitæ habere, niſi iſtis beatis hæreāt animalibus. Nā vīa quę amatis animalia, ſpū vitæ carent, vt ergo illū rotis donabūt? cęci ſunt, vīi doctores rotas oculatas igitur cōfortes nō habebūt. Nō ſunt ſanè ſi rē oculate cernitis veſtris doctoribus vult⁹ hominis, nō leonis, nō Aquilæ, nō vituli, imò vultus ſunt vipe-

Vultus aquilæ Auguſti. cōgruit leonis Ambroſio, hominis vero Gregorio Hieron. bouin⁹ quadrat aſpectus.

Pœnæ doctorū ſunt quatuor.

Quæ ſunt pœnæ iuxta Gregorium.

Quæ ſunt rotæ quas Ezechiel vidit.

Hæretici peſsimos habent doctores.

Inuectiua cōtra hæreticos huius æui.

Gene. 3. rini, & serpentini, & laruales alij vultus. Vestris nanq; vaframentis miseris plebibus imponitis & hactenus imposuistis, ò hęresiarchæ, & vestra terra industria rotę quæ sociabantur iam pridem sanctis animalibus, ab illis iam dissociatæ venenosis cohærent, à prioribus miserè diuulsæ. Germania nanque quæ fidei antiquitate micabat & sanctorũ doctorũ nõ solum pedisequa, sed & genitrix erat, iam hæreseon est magistra, & errorum sequacissima. Porrò hæc missa faciamus, nã proprijs sunt exacta declamationibus. Sũt quoq; rotæ diuinæ scripturæ, quę habent rotã in rota: veritatẽ. s. fidei sub vmbra typorũ, & beneficia humanæ reparationis per euangelium nobis collata sub vetustis patrũ promissionibus cõtenta tenent. Sunt aũt rotæ istę oculatissimæ, siquidẽ æterna (quæ oculus non vidit) scripturæ docẽt. Porro sunt iuxta animalia rotæ istę: quia illas prophetę & euangelistæ & apostoli dictarunt, & sancti doctores luculenter interpretati sunt. At qui ęquũ nõ duxi prolixius ex hoc diuino Ezechielis spectaculo lectorẽ remorari, quia quæ hoc supprimo loco illa ex declamatione de euãgelistis petere tibi licebit. ¶Iã vero perspicuũ tibi cãdide lector esse puto, q̃ congruant sanctis doctoribus prothematis nostri verba illa, Posuit os meũ quasi gladiũ acutũ. Ab ore nanq; sacrorũ horũ magistrorum Chr̃ianæ plebes pendent. Sunt nanq; internuntij inter Deũ & fideliũ populos. Isti sunt exploratorũ illorum adũbrati typo, qui terrã illã fœliciss imã, patribus à Deo promissam explorantes eiusdẽ incõparabilẽ vbertatẽ Hebręis nũtiauerũt: vt ex vbertate & amplitudine terræ illecti animatissimos illos redderẽt, ne segnitie torpentes, illã negligerent. Ita cœlestes isti magistri per diuina oracula exploratissimã habentes regni æterni beatitudinem hoc identidẽ nos suis monent scriptis, vt ad illã capessẽdã ne simus inertes. Isti sunt, qui succinctos habẽtes lũbos iuxta domini iussa, lucernas gestant manibus. Sunt enim qui discinctis lumbis lucernas sanè doctrinæ ferunt: at quãtum ex lucernæ splendore auditoribus proficiunt, tantundem discinctis viuẽtes moribus inficiunt, atque deficiunt. Isti sunt, qui accẽdunt lucernã doctrinæ euangelicæ, & non constituunt eã sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus euangelicus splendor, qui in domo Dei sunt. Philosophi enim lucernam hanc diuinam sub modio suo collocarunt: idcirco vmbra modij oppressa extincta est. At sacri doctores non sub modio, sed super candelabrum. Est autem humanus modius indita nobis à patre luminum ratio. Hæc est mensura nostra, hac metimur cuncta: & quę illi cõueniunt amplectimur: contra verò quæ cum illa non faciunt, respuimus. Et hoc sanè nostri natiui dictaminis pensum est cũcta hæc visibilia librare: at inuisibilia ad eũdem exigere canonem, ad quem visibilia exiguntur, stultum equidem est. Etenim si liquidorum pondus & aridorum stultũ esset eadem metiri mensura, an non stultius est cœlestia Christianæ philosophię sacramenta, & terrenæ philosophiæ documenta, ad eandem redigere mẽsuram? Id quod philosophis vertendum vitio esse haud dubium est: nanque quæ natiuã non sapiunt rationem planè respuunt. Atqui beati nostri doctores non sub hoc modio lucernam dominicam presserunt nam supra rationem natiuam, doctrinam euãgelicam esse tradiderunt, neque etiam submodio temporalis vtilitatis. Non enim vt illis esset temporaneo vsui diuinum enarrabant verbum: sed potius vt in rem diuinam cederet, inquam rem omnem mouerunt lapidem. Non enim quęrebãt quæ sua erant, sed quæ Iesu Christi. Non quærebant humanam gloriam, aut substantiam, sed homines ipsos. Qui ergo ecclesiam Dei docet, vt ipse diretur, sub modio collocat lucernam, & qui sub modio temporalis lucri, lucernam lucri æterni cõdit, nõ est huiuscemodi doctor, magnus in regno cœlorũ doctor reputãdus: quia quæ docet contẽnenda ille in primis amat. Ergo qui

Diuinę scripturæ sunt rotæ.

1. ad Cor. 2.

Esai. 49.

Num. 13.

Doctores ecclesiæ sunt exploratores cœlestis patrię.

Lucæ. 12.

Matth. 5.

Philophi lucernam posuerunt sub modio, at sacri doctores super cãdelabrum.

Phili. 2.

2. Ad Corint. 12.

Verbũ Dei non est collocandum sub modio temporalis lucri.

go qui lucernam Dei à modio mundano eripit, illam collocet ſuper candelabrum illud aureum, cuius Zacharias meminit capitulo. 4. quod in capite lampadem tenebat micantiſsimam, ſeptemque compoſitis lucernis vtrinque exornabatur. Et quale putas hoc candelabrum auro fulgens, niſi eccleſiam Ieſu Chriſti eſſe, cuius caput Chriſtus eſt, qui lampas diuina eſt illuminans omnem hominem veniẽtem in hunc mundum? Huius candelabri ſeptem lucernæ ardentes, doctorum ſancto rum vniuerſitatem ſignificant. At verò in hoc candelabro locãtur ſacri doctores. Etenim in eccleſia Ieſu Chriſti fulgẽt, in illaque præeminent, illam amant, illam ſectantur, certò ſcientes eccleſiæ totius au toritatẽ ſcriptis proprijs & doctrinis præcellere. Vnde Hieronymus in hoc candelabro lucens ſuas lucubrationes Damaſo Papæ ſubiecit: & Auguſtinus Innocentiũ magnum huius mominis Papam primum conſuluit calamo hęrens: donec Papæ autoritate, & decreto de ſcribendis admone retur ipſe, cum Carthaginenſi cõcilio: & in cęteros diſcurre ſi vacat, & perſpicuum tibi idẽ ipſum erit. Domini enim memorantur ſalutare documentũ illud, Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, mi nimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vo cabitur. Qui ergo nos docuerunt, nos mo rigeros debere eſſe eccleſiæ, ipſi quoque & morigeri eccleſiæ Dei fuerunt. At verò animus eſt differendi amplius, quod ferè in huius declamationis principio diſſe rebatur: quid eſt quod diuina præcepta à domino dicantur minima, quibus vt maxima ſint, ſatis videtur eſſe quod à deo iuſſa ſint. Quid quod ſciſcitãti cuidã à Chriſto quod eſſet maximum mandatum in lege præceptum de diligẽdo Deo primum & maximum eſſe dixit: & præceptum de diligendo proximo illi docet eſſe ſimile. Accedit quoque iſtis, tranſgreſſores mandatorum diuinorum graui ſupplicio affectos fuiſſe, tametſi minima videbantur, quæ mandabantur. An non minimum videbatur pomi guſtus, quem non guſtandum iuſſerat Deus parentibus primis? At quanta animaduerſione guſtus hic punitus fuerit ignorat nemo, qui ſacram hiſtoriam Geneſeos legerit. Rurſum leui culum etiam in die ſabbati ligna colligere videbatur, atqui capite plexus eſt, qui collegit. Præter hæc, propheta ille, qui ad mẽſam Samaritæ acceſsit, vt panem deguſtaret à leone diſcerpitur: id quod nullius criminis quiuis duceret eſſe: at maximi ducẽ dũ eſt: quia à Deo hoc & cætera, quæ dixi mus prohibita erant. Et quid eſt quod denarramus tẽporales pœnas, quas luerunt violatores diuini præcepti, cũ multò maiores illos maneant, nempè æternæ? Iuſta ergo eſt inquiſitio, cur dominus minima vocat mãdata, in quorum violationẽ tam grauiter eſt animaduertendum. Sunt porrò minima mandata euangelica, non qualitate: ſed numero: quia pauciſsima ſunt ſi illa conferas numeroſis legis antiquę mãdatis, cũ quibus ex poſtulabat Petrus grauia eſſe dicens, & importabilia. At euãgelica præcepta iugo ſuaui, & oneri leui contulit Chriſtus. Nam ſi exactè rationẽ ſubduxeris, moralia præcepta pauca ſunt addita in euãgelicis literis decalogi præceptis, quæ ius naturæ comprehendit. Additum nanq; eſt præceptum de diligendo inimico. Nam non iraſci fratri, non conuitiari, hæc non ſunt additamenta præceptorum decalogi, ſed illorum expreſsiora autoramenta, quæ expreſsit Chriſtus, docens in præcepto nõ occidendi etiam affectus, & verba (quæ iniuriam fratris ſapiunt) prohiberi. Id quod & in præcepto de non mechando, & in cæteris intellectum voluit. Dilucidauit igitur Chriſtus decalogi præcepta Matthæo docente. c. 5. & 6. quibus adiecit prȩcepta fidei, & ſacramentorum: vt baptiſmi, euchariſtię, pœnitẽtię, & idgenus alia. Sed vtinã iſtud aduerterẽt hi, qui prȩſunt populis, quorum gubernacula gerũt, vt rempublicã pauciſsimis (quoad fieri licuiſſet) adminiſtrarent legibus. Etẽ legum

Viſio Zach. exponitur.

Coloſ. 2: & 2. Ioan. 1.

Eccleſia autoritate ſpir doctores.

Cur minima dicãtur quędam p cepta. Matth. 22.

Matth: 11.

Chriſtus explicauit decalogi præcepta.

Gene. 3.

Num. 15.

3. Reg. 13.

Actor. 15.

Soluitur quæſtio.

Reſpublica pauciſsimis & moderandalegib⁹ & aliquot optimis

legum immenſitas politicam adminiſtrationem non auget, ſed minuit, ne dicam corrũpit. Legum virtus, & neceſsitas eſt quærenda non numeroſitas, vt legitima ſit reipublicæ adminiſtratio. Ex numeroſitate enim legum, & pragmaticarum ſanctionum, legum obſcuritas & earum diſſultat obliuio, repugnantia, iudicum perplexitas, aduocatorum controuerſiæ, qui ex varietate legum ſuis cliẽtulis variè quoque patrocinantur. Vnde & gloſſematum prolixitas, & litigantium deniq; immenſæ lites emergunt. Vtinam quoque & Epiſcopi noſtri eccleſiaſticam rempublicam minimis regerent mandatis. Etenim nimietas mandatorum à ſubditis faſtidio & obliuioni habetur. Vnde & violatio frequens illorum ſequitur, & contemptus. Mandatorum enim multitudo ad profectum morum non promouet: imo ad deſpectum. Vtinam igitur ea eligerent mandata, quiæ circunſpectiora eſſent, & vtiliora: ea vero, quę offendiculum & laqueũ ſubditis præbent reijcerent. Aduertere nãque oportet hominibus circundatis infirmitate, & ad peccandum promptiſsimis, mandata ferri. Quapropter ſuperfluis mãdatis parcendum eſt, ideſt, non admodum neceſſarijs, minimiſque mandatis reuerẽdiſsimos noſtros epiſcopos contentos eſſe oportet. Quod ſi antiqua mandata ſatis eſſe iudicauerint, ab addendis nouis abſtineant. Pręclarius enim reſpublica adminiſtrabitur ſi vetuſta, & quæ iam olim recepta ſunt ſtatuta nouè ſtatuãtur, quã ſi noua aſſuantur. Sunt enim ſtatuta tanquam vinum quod cum veteraſcit, bibitur cum ſuauitate, vt ſapiens dixit. Et in hunc prope modum beati noſtri doctores concreditos ſibi diſpoſuerunt greges. Auguſtinus nanque quæſtionibus ad Ianuariũ minima quoque vult eſſe eccleſiaſtica mandata. Os enim ipſorum erat tanquam gladius acutus, vt putida & ſuperflua reſecarent, & neceſſaria & Deo grata plebibus facienda imponerent. Cuius glorioſi laboris ęternum modo in cœleſti patria reportant fructum, cuius nos ipſe CHRISTVS conſortes faciat, cui gloria eſt in ſecula Amen.

Epiſcoporũ gubernatio qualis.

Eccle. 9.

TROPOLOGICA DECLAMATIO altera, De Epiphania Domini, Cuius prothema eſt.

Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis eſt: & ſanctum Iſrael, qui elegit te. Eſaiæ. 49.

IES HIC EPIPHANIæ, qui nobis hodie reſplẽdet dilectiſsimi dies planè eſt ſumma obſeruatiõe venerandus. Qui ſtella duce Magos ad infantuli Chriſti pręſepium mirabiliter deduxit tãtæque beatitudinis eſt dies iſte, vt nos beatum hoc geſtum fuiſſe credentes, beata etiam ſpe impleat: ſiquidem ſi hi qui longè erant monente Spiritu ſancto Chriſtum properant viſuri, nos qui per fidem, quam profitemur propè iã ſumus, diuinam tandem ſpectaturos clari tatem operæpretium eſt, vt ſperemus. Naſcitur Chriſtus, & qui primi natum venerantur chori angelici ſunt, dein paſtores, qui ſupra greges ſuos excubabant, tãdem Magi ab oriente adoraturi venerunt. Et quẽadmodum cũ ad regiam celſitudinẽ reges erigũtur, omnes, qui ſub regis noui militant imperio, fidem ſeruaturi nouo regi accedunt, primordiaque regni magna cultus pompa venerantur: nato itidem & nouo rege Chriſto ſecundum carnem ſe cun-

Epiphania domini beata ſpe nos implet.

quandũ diuinitatẽ alioqui ſempiterno poſt cœleſtes illas beatorũ ſpirituũ militias, terreni quoq; principes patrias, & natalia loca deſerũt, & propero curſu natalitijs noui regis gratulaturi acceſerũt Matth. docẽ te. Cũ ergo, inqt, natus eſſet Ieſus in Bethlehẽ Iudęæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriẽte venerũt. Acceſerãt iã adoraturi infantulũ populariũ nomine paſtores, qui deſiderio nimio flagrabãt videndi verbũ dei ſub recẽti carne natũ. Nã ex oraculo angelico cõcepto trãſeam' aiebãt vſq; in Bethlehẽ, & videamus verbũ hoc ꝙ factũ eſt. Lucæ. 2. Par quoq; erat, & rõni conſentaneũ, vt nomine principũ ſeculi, & regum terræ Magi adoraturi venirẽt dñm Chriſtũ paulo ante natum. Vt ita de generali ſalute omniũ atq; gaudio, ꝙ iam præſens per tẽporalem natiuitatẽ erat orbi, vniuerſalẽ quoq; profiterentur oẽs gratulationẽ. Iã verò quod angeli hilareſcãt, quod angelicis reſonent vocibus in tanto pueri huius natali, non eſt cur me admiratio detineat. Mihi nanq; admirabile non eſt, angelos, qui verbum dei patris iugiter cõtẽplantẽ, ipſum verbũ Dei patris caro factũ venerẽtur, & colãt modo. Nihil enim verbũ ęternũ proprię diuinitatis noua carnis aſſumptione minus habuit, propter q̃ angelici ſpũs antiquo deũ natũ ex virgine defraudarẽt obſequio. Præter hæc quoq;, ꝙ paſtores adoraturi venerint forſitã non eſt, ꝙ vehemẽter admiremur, tũ ꝙ admoniti angelico monitorio venerunt, tum ꝙ quiſpiã fortaſsis cauſabitur illos ſimplices, pauperes, & ignobiles fuiſſe. At verò quis nõ expaueſcet cõſiderãs homines ſapiẽtiſſimos, nobiliſsimos, & opulentiſsimos, regia celſitudine fulgentes (vt nonnulli ſanctorũ tradiderũt) immẽſis terrarũ ſpatijs dimẽſis patria deſerta, & regno, vxoribus, & liberis neglectis ſeſe ĩ mediã Hieroſolymã miſcuiſſe, nihilq; veritos ſciſcitari, vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? O beatorũ verè regia corda, nihil formidatis terrenũ regẽ, q cœleſtẽ quęritis. Inter aduerſarios veſtros agitis, inter ignotos vobis, inter pericula mortis diuerſamini, & nihil veremini mortis dãna, ſed audaci voce, natũ nouè regẽ petitis. Sed quid quęritis ò beati? quis vos docuit infantulũ, quẽ quæritis vniuerſorũ eſſe dñm? Prophetas nõ habuiſtis doctores, nõ patriarchas, manus veſtræ non cõtrectauerunt verbũ vitæ, & oculi veſtri ſpeciẽ, & formã eius nõ viderunt, quis obſecro eſt, qui vos ad hoc faciundũ iter ſtimulauit? Vnde vobis tãta ſolicitudo? tã cõcitus greſſus? vt tredecim dierũ morula à regionibus lõginquis Chr̃m cõueneritis videndũ? Sed ſcio vtiq;, quis eſt veſter ſtimulator, ille quidẽ eſt contra cuius ſtimulũ durũ eſt calces mittere. Ipſemet, quem adorare ardẽtiſsimè deſideratis, ipſe eſt, q vos ſtimulat, qui vos trahit. Lõge quidẽ à vobis forſitan videbitur diſtare, quia locorum magna ſunt interualla inter vos, & illum interiacentia. At non longe diſtat à vobis quippe hic ipſe paruulus veſtris pectoribus intimus eſt, veſtris viſceribus ad eſt: voſque diligens, atque amans, hoc arripere beatum iter monuit, vt vos à regno terreno, ad regna cœleſtia traduceret. Venitis iã ab oriẽte, vt recumbatis cum Deo Abraham, Deo Iſaac, Deo Iacob, tãtoque fœlicior atque beatior eſt veſtra vocatio, quam cæterorum, quanto nullo externo vſi doctore, interna dũtaxat potiti eſtis illuſtratione vt verbum dei caro factum crederetis. Etenim etſi ſtellam vidiſtis micantem, loquebatur tamen vobis nihil: & tametſi angeli paſtoribus de verbo ex virgine nato multa nuntiauerunt: cæterum vobis Spiritus ſanctus vnus eſt, qui adeſt doctor & magiſter, qui cœleſtia hæc arcana vos doceat. Quapropter & germano cognomine hoc feſtum Magorum cognominatur epiphania videlicet domini. Eſt enim epiphania vocabulũ Græcũ ꝙ ſupernã apparitionẽ, aut manifeſtationẽ ſignificat. Omniũ nanq; diuinarũ manifeſtationũ illa p̃cipua eſt, quę deũ hominibus manifeſtat, nõ p̃ intermedios angelos, aut homines: ſed p̃ ſemetipſũ reuelat. Quã quoq; & ſe habuiſſe Dauid egregi' pſaltes Iſrael

comme

Magi nomine magnatum omniũ & ſapiẽtum Chriſtum adorant.

Act. 9.

Vocatio Magorũ excellens fuit. Matth. 8.

Spiritus ſanctus doctor Magorum.

Magorum myſterium maxime eſt admirationis.

Cur Epiphania dicatur Magorum festum.

commemorat libro. 2. Regum capitulo. 23. Qua quoque etiam potiti sunt Magi beati. Stella nanque præuia erat ad viam indicandam Bethlehemiticam: at spiritus domini ipsum indicauit dominum. Legimus apud Dionysium Areopagitam, in quærendo Deo nobis tres vias adesse: vt inuenisse quem quærimus contingat. Prima quidem est per visibilium manuductionem, altera verò per intellectualem operationem, postrema deniq; per ipsam cum Deo vnionem. Primæ meminit Paulus ad Romanos. 1. inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. At verò creaturæ ipsæ non sat hominibus sunt, vt altissima quęq; Dei mysteria hauriamus, Iob testante capitul. 11. Nunquid vestigia eius comprehēdes? nunquid omnipotentem reperies? Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior abysso est, & vnde cognosces? Nanque tametsi quædam quæ manifesta Dei vocantur à Paulo ex manuducētibus creaturis, hominibus pādantur, vt diuina sapientia, bonitas, potentia, & id genus attributa: at vero profundiora Dei secreta creaturæ silent: quia illa fari nequeunt. Quapropter scripturas sacras hominibus præstitit Deus, quæ magistræ nobis essent, viamque præberent mēti humanæ, vt intima Dei scrutaretur. Psalm. 118. Quas insinuans Dauid aiebat lucerna pedibus meis, verbum tuum: & lumen semitis meis. Hæc igitur est via secunda, quæ per intellectualia est, idest, per sanctarum scripturarum magisterium. Atqui scripturæ ipsæ, quia interprete egent spiritu sancto, ideo postrema via est illuminatio interior diuina, quæ illuminat inuisibili luce mentis humanæ penetralia. Christum igitur quæsituri Magi has arripuerunt vias. Habuerunt nanque visibilem lucem stellam: habuerunt quoq; ductricem scripturam. Audierunt enim Michæam prophetam loquentem, Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Atqui præter hæc omnia, & ante hæc omnia, Spiritum sanctum habuerunt intimum doctorem. Etenim quid illis profuisset aut stella in solita fulgens, aut propheticum oraculum quantum iuuasset, nisi primum intimo lumine spiritus diuinus Magorum illustrasset mentes, vt morem gererent stellæ ducenti, & vt natalem locū Saluatoris Michęæ demonstranti crederent? Vnde Leo Papa in sermone Epiphaniæ, Præter speciē, inquit, quæ illorum excitauit obtutum, fulgentior veritas corda eorum perdocuit. Vias igitur habetis, ò Magi certissimas idcirco regem quem quæritis procul dubio inuenietis, regemque Iudæorum quem disquiritis palam habebitis. Scio sanè regem Iudæorum vos exquirere, non Dauidem illum fortissimum, qui vrsum, & leonem interfecit, non Salomonem, cuius admirabilis sapientia reginam Sabæā ad se pellexit, non Ezechiam, in cuius gratiam Sol à consueto cursu decem lineis retrocesserit: qui & Chaldęos longissimè sitos vt tantum miraculum discerent, ad se traxit. Non hos mirabiles quæritis reges, sed alium longè mirabiliorem, cui vel paruulo, & visibus hominum infirmo, omnium tamen cedit fortitudo regum: omnium hominum, atque angelorum sapientia illi colla subdit: omnia denique natura miracula hunc habent autorem. Illum quæritis, quem oracula prophetarum lōgè præuiderant: quem peruetustus ille vates Balaam præsenserat ab antiquo dicens, Orietur stella ex Iacob, & virga ex Israel consurget, & percutiet duces Moab. Hic est demum rex, quem vos anxia solicitudine inuestigatis, qui cum sit rex stella est: cum sit rex & virga est, percutiens Moabitas. Nam hostes suos omnes collocabit sub pedibus suis. Locum hunc affatim nos disseruimus in declamatione de natiuitate Domini ad caput. 9. Neque solum regem hunc præsensit Balaam propheta, quin & Esaias in verbis prothematis haud dubium subindicat, Reges, ait, videbunt, & consurgent principes, & adorabūt, &c.

Tres viæ ad inuestigandum deum ex Dionysio li. de diuinis nominibus.

1. Reg. 17. 3. Reg. 10. Esai. 38. 4. Reg. 20.

Locus ex Numer. 23. exponitur.

1. ad Cor. 15

Matth. 2. Mich. 5. Magi tribus vsi vijs Christum inuenerunt.

& Tobias

Locus Tobię. 13. exponitur.

& Tobias in captiuitate Assyriaca detentus apertè hodiernæ diei mysterium denarrauit. Nationes, inquit, ex longinquo ad te venient, & munera deferentes adorabunt in te dominum: & terram tuam in sanctificationem habebunt: nomen enim magnum inuocabunt in te. Quæ tametsi secundum literalem sensum de terrenæ Hierosolymæ reparatione prædixit, multo fœlicius & germanius de Bethlehemitico oppido intelligi quibunt, in quod nationes hodie ex longinquo veniũt in quo dominum natum adorauerunt, illi munera deferentes aurum, thus, & myrrham, terramque illam in sanctificationem habuerunt. Etenim, vt natale tanti regis nati solum, coluerunt: & nomen Iesu Christi inibi inuocauerunt. Quis enim non credet Magos ad Christi pedes procidisse? quis in dubium vertat Christum quoque infantulũ multa deprecatos fuisse? Vt verè dixeris nomen domini Iesu Christi ab illis in Bethlehem inuocatum fuisse. Porrò diuus nos admonet Paulus scribens Romanis capitulo. 11. Gentilem populum esse tanquam oleastrum, qui diuina opera insertus est oliuæ pingui, atque frugiferæ, quæ fides erat sanctorum patrũ. Id quod hodie gestum cernimus. Gentes nanque erant propter suam infidelitatem, tanquã oleastri amaricantes, & sine fructu sanctorum operum viuẽtes. Inseruntur autẽ hodie contra naturam sanè, cæterum ex diuino munere & secundum Dei gratiam, in oliuam pinguem frugiferam. Quã memorans prophetarum quidam, Oliuam, inquit, vberem pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit dominus nomen tuum. Si quidem pueri nati huius nomen est Iesus Christus, quod est nomen vocatum à domino. Est autem Iesus Christus Saluator vnctus. Nulla autem maior pinguedo, quam salutis æternæ donatio: nihil præclariore fructu feracius, quam reconciliationis diuinæ adeptio: nihilque præclarius, quam nostri cordis macularum absterſio. Quæ omnia hoc nomen venerabile Iesus Christus mortalibus crediturus conciliat.

Gentilis populus vt oleaster ex Paulo.

Hiere. 11.

¶Expendenti autem mihi prothema prefixum tria sunt, quæ differenda proponit. Primum est videre: alterum est consurgere, postremum est adorare, propter dominum, subaudi ipsum dominum. Quæ tria sibi natiuo, vt ita dixerim glutino connectuntur. Siquidem primum omnium est perfidem videre, dein sequitur, per affectum cõsurgere, quem syncerum esse charitas donat. Post fidem vero & charitatẽ (quæ interna sunt) quid expectandum est nisi ipsa diuina adoratio exterior. Hæc autem tria ipsa hodierna euangelica lectio nos docet. Venerunt enim Magi ab oriente, & hic ab oriente profectus, Magos cõsurrexisse prius per affectum ad Christum facilè indicat. Eo nanq; profecti sunt, quò Christum quærerent, quem amabant. Itidem & viderunt stellam in oriente fulgẽtem, etsi prius viderant aliam multò longe fulgentiorem. Quæ tanquam Lucifer lucens in caliginoso loco, ita resplenduit in Magorum cordibus. Hanc inuisibilem stellam prius viderunt in mentibus suis ortã, quam stellam visibilem in cœlo exortam. Vidimus, inquiunt, stellam eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare dominum. Stellam visibilem profertis, inuisibilem tacetis: sed quam tacetis quæritis, vt inuenientes non taceatis, sed clara voce omnibus annuntietis, quam magnifica sunt quæ apud Bethlehem vidistis. Vidistis igitur, & consurrexistis, & demum adorastis, quod interna visione adhuc in oriente constituti videbatis. Beati vtique oculi, qui vidẽt, quæ vos videtis: nam multi reges, & prophetæ desiderauerunt videre, & non viderunt. An non beati? imo terque quaterque beati, qui natum infantulũ cernunt, in præsepio iacentem, & inde in gremio matris collocatum. Et inter paupercula vilissimaque crepũdia hominum omniũ salutem cõditam, & in sordito stabulo pretiosum plane latere diuinũ margaritũ vidẽt: factiq; sunt similes illi quem euangelicum cõmemorat oraculum, quæ

Magi viderunt, cõsurrexerunt & adorauerũt.

Stella inuisibilis prius resplenduit Magis quam visibilis.

renti

Matth. 13

rentibonas margaritas,inuẽta autem pretiosa margarita abijt & vendidit vniuersa, quæ habebat, & comparauit eam. Hodie nanque beatissimi isti principes sibi comparant Christum, quem ante illos scrutati sunt vates nobilissimi, & exquisierunt exequentissimè. Neque tamen illis datum est,hanc margaritam sibi parare. Nanque defuncti sunt omnes non acceptis promissionibus,ad Hebræos. 11. Viderunt igitur reges isti Deum,consurrexerunt, & adorauerunt,vt prothema nostrum prædicebat. Quippe fidem Christi iam assequuti, per fidem Christum viderunt, Deum & hominem esse, & amore eximio complexi sunt,quem ex fide receperant, & oculorum aspectu inspiciebant. Et demum interna adoratione non contenti religionẽ externi cultus etiam Christo exhibuerũt. Nam ad pedes infantuli prouoluti,eundẽ adorauerunt. At verò ęquabile est Magorum ieiuno calamo fidem, & charitatem in Christum externãque religionem nõ pertransire. Etenim si fides est credere ꝙ non vides,expende si vacat horum fidem sanctorum? & perspicuum tibi vt cõiecto erit, quam immenso tramite distabant illa, quæ credebant, & quæ videbant. Vident infantulum pannis inuolutum,&credunt Dei patris esse verbum: vident stabulum iumẽtorum pabularem locum,&credunt palatia esse diuina: vident puellã matrem honestissimam, & credũt virginem esse: vident infantuli algoribus exigua mẽbra concussa & tremulum, & lachrymulis ore suffusum,& credunt humanæ salutis gratia,infantulum recẽtissimè natum, hæc æquè & spontaneè nemine ad id cogente perferre. Vis quoque charitatẽ Magorum discere verte mentis oculos,&mecum obserua sedulò. Quis nam Magos,vt tam longissima dimetirenturitinera compulit? nisi Christi charitas? A Chaldęa nãque siue Persideillos profectos fuisse, sanctorum quorundam extat sententia. Vt Chrysostomi & sui compilatoris Teophilacti. Quid ꝙ nomen ipsum Magus, Persicum est. Vnde,vt in chronico Eusebij aduertere poteris,post Cyrum, Cambysem eius filium Persis imperasse: post quem duo Magi fratres, Et Hieronymus est autorcommentari. ad Danielem Smerdem magnum Persarum Regem à septem Magis occisum fuisse: quæ si pendis Persas fuisse Magos non ambiguè colligunt. Quod si istis obstiteris, Chaldæam non orietalem, sed aquilonalem esse ad Iudęã relatam,scire oportebit te, vt non te morentur sanctorum verba,qui à Chaldæa ꝓfectosvel à Persidehos magos venisse adoraturos Christum testantur,euangelio tamen docente, illos ab oriente venisse. At vero repetendus est Esaiæ locus.c. 46. Vt res hæc promptior sit, Vocans,inquit, ab oriente iustum, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Qui locus de Cyro à me inibi expositus est: qui à Persidevenit Babylonem asserturus Iudæos à Babylonica captiuitate. Est igitur Persidisregio orientalis Iudęæ regioni,vbi Esaiasvaticinia sua literis mandabat. Magi igitur vt Alberto Magno placuit commentario ad Matthæi capitulũ. 2. à finibus Persidis, quæ collateralis est Indiæ interiori, & sita ad orientem & Aquilonem Iudęæ,venerunt in Iudæam. Plinio vero autore Magi orientem Persidis incolebant, castellum Passagardam possidentes libr. 6. capit. 25. & apud Persas Magi erant archimistæ,aut Mistagogi, id est, præfecti sacris obeũdis. Porrò autem originem & prosapiam horum Magorum clarissimam fuisse, & antiquissimam à Balaam propheta deriuatã, diuus denarrat Chrysostomus: id quod apud illum vberius ipse tu legere poteris. Quanquam regia dignitate illos potitos fuisse neque euangelica commemorant oracula,neque sanctorum concors est cõsensus,vt tanquam fidei decretum recipiẽdum sit. Etiamsi ecclesiæ catholicæ pius est consensus Magos regia celsitudine nobilitans. Et quale quale hoc fuerit, Magos crediderim præclarissimos fuisse viros, olim & potentia, & sapientia, & opibus.

Magi pretiosum instabile inuenerunt margaritum.

Magorũ fides & charitas.

Vnde Magi venerunt.

Noui geographi aut topographi in regno Corozã (quod ad Chaldęã situm est) esse ciuitatẽ Grassam describunt. vnde Magos euangelicos istos adoraturos infantulum Deũ venisse testantur.

De qui-

De quibus lege ſtrabonem libr.15.&.16. Geographiæ,quos gerẽdis refert diuinis prę fuiſſe apud Perſas:vt gymnoſophiſtas apud Indos:erantq; Magi diuinorum ora culorũ interpretes. Id qđ apud Romanos Hetruriæ aruſpices præſtabãt & Plinius lib.25.c.2. Magos putat rerũ naturalium ſciẽtiſsimos ſuiſſe. Cõmemorat enim Pythagorã & Democritum libros de re herbaria ſcriptitaſſe peragratis tamen prius Perſidis,Arabiæ,Ethiopiæ, AEgyptiq́ue Magis. At vero quod ad noſtros attinet, Magos potentes,atq; præexcelſos putauerim fuiſſe viros. Etenim turbatã Hieroſolymã legimus apud Matthęũ cũ Herode in Magorũ aduentu. Atqui ſi ſublimes nõ fuiſſent viri,maximisq; opibus & ſodalitijs nõ fulſiſſent,non eſſet ꝙ tãta rex Herodes & regnũ ſuũ turbatione agitaretur. Fuerũt igit̃ Magi viri ſublimes illi, quorũ Eſaias numinit.ca.45. Viri ſublimes ad te tranſibũt,& tui erunt:poſt te ambulabũt, vincti manibus pergent:te adorabũt,teq́; deprecabuntur. Quis ergo hos tanta ſublimitate præditos viros ad Chr̃m trahebat, niſi nimia,qua ferebantur in Chr̃m nõdũ cognitũ charitas,feruentiſsimusq́; amor? Hic eſt qui cogebat,nõ cogẽs,& vrgebat, nõ vrgẽs,vt dulces linquerẽt patrias, vxores,atq; liberos,chariſsima pignora. Nam aliud dulcius & charius multo pignus diſquirebant, cuius collatione vniuerſa alia vileſcũt:cuius gratia cætera oĩa contemnebãt. Et quod eſt vehemẽtius omniũ,ppriæ diſcrimini patere vitæ, vt patuerũt & in regno Herodis aliũ quęrere regẽ, nihili pẽderũt:vt cũ Paulo verè fateri potuiſſent,oĩa vt ſtercora reputaui,vt Chr̃m lucri facerẽ. Accepiſtis iã Magorũ fidẽ,qualis extiterit,quamq́ue feruida charitate in Chr̃m rapti ſint:vt quod Eſa. dixit genuinè iſtis aptetur. Poſtte enim ambulauerũt ò Chr̃e,& vincti manicis poſt te perrexerũt:te adorauerunt Magi,teq́ue deprecati ſunt. Sanè vincti manicis,nõ ferreis,nõ lignеis,at vincti ſpiritus vinculis, vincti charitatis manicis(quæ eſt perfectionis vinculũ) Chr̃m iã magiſtrũ,& ducẽ Magi nr̃i ſequũtur,nõ greſsibus pedũ,quia dux æternus,fideliũ infantulus iacet modo:at greſſibus ocyoribus & dignioribus,(qui ſunt mẽtales ad Deũ affectiones)ſuũ veraciſsimũ ſectãtur doctorẽ Chr̃m:nõ ſanè docẽtẽ vocis verba formãdo. Infantilia em̃ mẽbra,& nõ ex adulta ætate firmata fari nequibãt. At Magos infantulus mẽtis verbo internè docebat. Chr̃m demũ Magi venerãtur ſummo cultu,qui tãtũ paruulũ docebat,ſummaq́; religione obſeruãt,& trepidã ad pueri maieſtatẽ,quã nõ viſibus corporis,ſed mẽtis aſpectu credebãt,Ad hęc cõdolebant interim paupertati paruuli q̃ oculis carnis ſpectabãt, & ideo propius, accẽdunt: & apertis theſauris ſuis,eximia obtulerũt munera. Vt oĩbus ſuis numeris abſoluerẽt ſacrã,quã mortales debẽt Deo religionẽ. Quæ in tribus locatã ſedem habet,ſcilicet fide,& charitate, & ſpe ambarũ prole,quas cõſequitur exterior diuinorũ cultus. Quæ oĩa fideliſsimè Magi exequuti ſunt. Iã vero mecũ diligẽter obſerua,Paſtores Chr̃m viſuros veniſſe. At neq́; adoraſſe legimus,neq́; munera vel minima obtuliſſe. Ecquid ita?nũ nõ adoraue rũt?adorauerũt ſanè. Angelicũ nãq́; oraculũ pueri nati iã expreſſerat maieſtatem quã ipſi adorarẽt. Quid ergo ſcriptis adoratio paſtoralis nõ mãdat? cur adorationẽ hãc euãgeliſtæ ſuppreſſerunt?arbitror eo factũ quo librãtib⁹ pateret nobis,multo celebriorẽ &feſtiuiorẽ eſſe ducẽdũ Magorũ aduẽtũ,quã paſtorũ. Illi em̃ Reges,& principes erãt,& nobiliſsimos quoſq́; gẽtium ad Chr̃i fidẽ eſſe traducẽdos denotabant. Nã ipſi tãquã eccleſiæ ex gẽtibus congregãdæ primitiæ,ad Chr̃m veniũt. Poſt hos nanq́; ad Chriſtũ iã triũphãtẽ in cœlis,reges Tharſis,& inſulæ,reges Arabũ, & Saba cõuenerunt præclara deferẽtes munera:& laudẽ eximiã Dño nũtiãtes. At vero Magos non Tharſenſes reges, aut inſulanos,aut Arabes, aut Sabæos, ſed Perſas, aut Chaldęos legimus fuiſſe. Cęterũ cęteri reges horũ Magorũ fidẽ ſunt amplexi.

Phili.2.

Eſa.45.

Chriſt⁹ dux & Magiſter Magorum.

Religiodeo impendẽda ex tribus ab ſoluitur.

Lucæ.3.

Rom.9. Eſai.10. 1.ad Cor.1. At Iudæorũ docẽte Paulo reliquiæ ſeruatæ ſunt,à ſeruatore Chriſto,& Corinthijs ſcribens,ait,Videte fratres vocationẽ veſtram,quia non multi potentes non multi nobiles: ſed infirma huius mundi elegit Deus vt fortia confundat.Idcirco pauperculos ſibi aſciuit diſcipulos in ſocios Chr̃s Quam obrem Angelus paſtores incitat ſub noctis profundiſsimo ſilentio,vt Chriſtum recens natum viſuri ſe conferãt,quaſi adumbrans ex Iudaica natione pauperes,& ignobiles, bona ex parte Chr̃o adhęſuros. Vnde Dn̄s hoc ipſum ſubindicãs Matth.11. Pauperes,ait,euangelizantur. Porro autẽ non reliquiæ gentium hodie accedunt ad Chriſtum,ſed proceres gentium,ſtella ductante conueniunt,non pauperes,aut idiotæ,imo peritiſsimi,& ditiſsimi. Magus nãq; etiã ſi malè audiat in ſcripturis, cęterũ hoc Matth.cap.quod verſamus,non malè Leui.9. 1.Reg.18. Act.8.&.13 audiunt Magi. Quippe Magos ſapientiſsimos quoſq; Perſarum. Matth.vocat,nomẽclatura gentilitia vtens.Perſis nanque & Chaldæis,ſuos ſapientes Magos appellitare in vſu erat,vt Græcis ſuos ſapientes philoſophos,& Indis Gymnoſophiſtas,ĩ vſu erat & varijs gentibus varia non ſolũ ſapientum,imò & aliarum rerum ſunt nomina. At Xenophon,& Plato à maleficio deriuatum nomen hoc aſſerunt,& Hieronymus in Danielem,conſuetudo ait & ſermo communis Magos pro maleficis accipit:qui aliter habentur apud gẽtem ſuam &c. & in eandẽ ſententiam indicatus eſt ſupra Plinius.Eſt autem Magia quædam, ſuperſtitioſa atq; ſacrilega,quæ ſacris quibuſdam execratis,& occultis cum diabolo initis pactis exercetur:quam quidã Magos noſtros profeſſos fuiſſe dixerunt. Neq; mirum,admodũ homines idolis deditos,ſacrilegis magijs huiuſmodi mancipatos fuiſſe:quouſq; cœlico illuſtrati lumine reſipuerunt.Id quod ſi ita exiſtimas factũ fuiſſe nõ hos Magos vocat Matthæus quod eſſent tunc Magi quando adoraturi Chriſtum venerunt,ſed quod fuerãt.Ego vero Magos credo fuiſſe hos beatiſsimos viros, non equidem ſuperſtitioſa magia, quam goetiam,aut Theurgiã vocant ex dæmonũ inuocatione,ſed alia, quam naturalem vocant.De qua amplam inſtituit Apologiam Picus Mirandulanus,& ante eum Albertus magnus præclaram eſſe artem teſtatus eſt: atqui rariſsimus eſt hoc æuo qui illam calleat. At ego ex aliorum fide accepi in bibliotheca ſacelli regij Granatẽſis vrbis patriæ meæ librũ hãc cõtinẽtẽ Magicã artẽ naturalẽ extitiſſe: qui formam mirabilem tradebat,vt multa ederẽtur miranda ex naturæ opera,nullis tamẽ interuenientibus cum dęmone funeſtis pactis. Vſus libri erat(vt tradebatur)mirę vtilitatis.Nempe ſub Antichriſto, qñ multa monſtroſa ex diabolico ingenio oſtenta ſunt celebranda,quę tamen imperiti decepti miraculo diuino dabunt liber ille magicus oſtendebat nullo miraculo nullaq; ſuperſtitioſa arte, ſed ex natiua rerum facultate Antichriſti miracula poſſe fieri. Quem librum Rex Hiſpaniæ quondam Ioannes à viris ſapientiſsimis componendum magnis ſuis ſumptibus iuſsit. At vero quidam indoctus ſacerdos, ſacellarius tñ eiuſdem ſacelli regij(quod dudum memorabam)& primam ſedem habens,credens pręſtigia eſſe quæ liber comprehendebat tradidit flammis vrendum:ſuperſtite tñ libri indice,qui Magna naturæ arcana libro contenta indicabat,qui legentibus dolorẽ incutit:nempe quod liber ſummi præcij,& rariſsimæ, vt præſefert index eruditionis, iubente indoctiſsimo homine periit.Extat libellus quoq; Alberto Magno de mirabilibus naturę inſcriptus qui nõ nihil redolet(ſi verus eſſet)magiam naturalem.Cuius muneris eſt virtutes lapillorũ, herbarum,fruticum,ita componere,vt ad mirandi prodeant effectus.At vero Magi noſtri ſancta magia polluerũt, vt vel hinc comendabiliores apud nos ſint: quia arcanæ huius ſcientiæ,quam magiam naturalem diximus,erant ſciẽtiſsimi, quam vel quod regia eminebant dignitate, aut qđ opibus erant florentiſsimi. Illuſtriſsima

Magia duplex alia naturalis quæ notitia virium herbarum & lapidũ &c. alia Theurgica.

Magi magiã naturalem præclarè ſciebant.

igitus

igitur eſt huius diei feſtiuitas, quæ luce noua à Deo cõditæ ſtellæ coruſcat. Quæ rurſum viros hos præclariſsimos ad Chriſtũ deduxit. At vero huius diei ſacroſanctum myſterium, adumbratum fuiſſe puto in Angelo illo, quem Ioãnes fortem in Apocalypſi vidit de cœlo deſcendentem, amictum nube & iris in capite eius: & facies eius erat, vt Sol, & pedes eius tanquã colũna ignis: & habebat in manu ſua librum apertum & poſuit pedem ſuum dextrum ſupra mare, ſiniſtrũ autem ſuper terram. Quis autẽ alius eſt angelus hic fortis deſcendẽs de cœlo, niſi ille, quem denarrat Malachias, angelus, inquã ille, teſtamenti noui, & fœderis ſempiterni, quod ſanguine diuino inter Deũ & homines initũ eſt? Eſt igitur Chriſtus angelus hic, qui fortis eſt, quoniã virtus nra eſt. Deſcendit autẽ de cœlo, propter nos homines, & propter noſtrã ſalutẽ. Etemſi cũ fortis ſit angelus, imò Deus, in gratiã nram ſub noſtræ carnis infirmitate naſcitur infans: mortalitatis nræ infirmitatibus obnoxius. Verũ fortitudo eius ſub puerili latet imbecillitate. Pannis nanq; inuolutus laceris, & pauperrimis, omnium mortalium veſtit diuinis veſtibus gratiæ, & gloriæ nuditatem. Vagit, & plorat: at eius vagitus atq; ploratus mortalium abſtergit lachrymas: quia regna donat cœleſtia. Facies huius angeli, etſi Soli confertur, Solis tamen ſuperat claritatẽ. Etenim quod in corpore hominis digniſsimũ eſt facies eſt: & in Chri perſona qd optimum eſt, diuinitas eſt: quam carne veluti nube obtectam gerebat Chriſtus, quia verbum Dei cum eſſet, caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nubes autem tametſi Solis radios celat, non tamen prorſus celat: ſed radij vtcunq; penetrantes nubem, Solem adeſſe teſtantur: etiam ſi obſcurè neq; itaperſpicuè, vt ſi ſine nubis operimẽto oſtẽderẽtur. Actiones quoq; Ieſu Chriſti, quas viuens in carne mortali adminiſtrabat, veluti quidam radij diuinitatis ſub humanitate latentis erant: mortuorum ſuſcitatio, cæcorũ illumi[illegible] alia quæ diuinitati Chriſti atteſtabantur. Cæterum, quia à mortali homine geri videbantur, videntes remorabatur mortalitas, quo minus euidens eſſet illis autoris diuinitas. Facies igitur Chriſti amicta erat nube, & iacet modo in præſepio & à ſacerrima virgine nutritur & fouetur: & AEterna ſua claritas infantiæ nube tecta, radios nihilominus diuinos micat. Etenim ad infantis fulgores diuinos fruendos angeli de cœlis deſcendunt: paſtores viſuri ad præſepium commigrant, deũq; in magnalibus ſuis magnificant. Magi peregrè profecti ad præſepium itidem infantis cõ uolant, vt aues cibo illectæ etiam ſi à lõgè cibum proſpectent, præpeti tamẽ volatu ſe ferunt ad eſcam. Erat igitur in præſepio Bethlehemitico, cibus vitalis: panẽ enim continebat angelorum. Non iam iumẽtorum eſcarium erat: at cœleſtium ſpirituũ. Ad hãc angelicam eſcam captãdam, ſe de cœlo deferunt angeli, & paſtores ex proximo loco accedunt ineſcãdi: & Magi de longè fide illuſtriſsimos tenentes oculos, eſcam inuiſibilem, & occultiſsimam vidẽt, & nullis ferendis laboribus parcunt, quo minus ad beata præſepij pabula decerpenda tranſuolent, ocyſimè. Ad præſepium accedunt, & veri Solis claritas inibi condita, mentis gentiũ caliginẽ detergit omnem, & famem (qua premebantur diuini cernẽdi verbi) verbo incarnato inſpecto ſedant omnem. Nube ergo tegitur huius Solis rutilus fulgor: at non prorſus obtegitur, cæterum ſuæ immẽſę lucis radios ſcintillat. Rurſum angeli huius pedes deſcribuntur tãquã columnæ igneæ eſſe. Equidẽ ignea ſunt columna pedes Chriſti. Nã ignẽ venit mittere in terram. Et illa ſanè dicito frigida, & algentia hominum eſſe corda, quæ pedibus Ieſu Chriſti non ſeſe vltro ſubdunt: vt ſunt obſtinatiſsimi quiq; quiiã ſtatuerunt pactum cum morte & inferno, qui dixerunt Deo, Recede à nobis ſcientiã viarum tuarũ nolumus. Iob. 21. Iſti ſunt, qui frigent, & algẽt. Quippe Chriſto colla non ſubmittunt. At cõtra qui ad

Apoca. 10.

Viſio Apocalyſis explicatur. Apoca. 10. Mala. 3.

Eſai. 9.

Aduertenda collatio ex a uibus.

Chriſtus nos veſtit veſtibus gratiæ & gloriæ.

Humanitas vt nubes erat tegens diuinitatem Chriſti.

pedes iã Chriſti iacent,illiusq; ſectari pro
ponunt præcepta flãmeſcunt vtiq;,nanq;
Chriſti pedes inſtar columnæ igneæ ſunt.
Matth.16. & 27. Act.2. Act.4. An nõ Petrus algebat à pedibus iſtis rece
dens,in quos conuerſus fleuit amarè?An
non & cæteri Dñi apoſtoli glacie frigidio
res erant quando relicto Dño omnes fu-
gerunt?At vero nonne incaluerunt quan
do paracleto imbuti,ibant gaudentes à cõ
ſpectu concilij,quia digni habiti ſunt pro
Luc.7. nomine Ieſu contumeliam pati?Et quis in
dubium vertet Magdalenã ad hos igneos
pedes nõ exarſiſſe?Animaduertamus etiã
Magos hodie ad iſtos beatos pedes acci-
diſſe,illisq; ſe ſubieciſſe:vt ignirentur mul
to feruentius,quam accedebãt igniti.Igni
uerant pedes iſti populum Iudaicum, nã
huius Angeli antiquo æſtuabat deſiderio,
nunc verò gentilem populũ igne facit, &
hoc eſt,ſiniſtrum habere ſuper terram pe
dem,dextrum vero ſupra mare.Erat ſanè
Hebræus ille populus dextrum nactus
Genes. 48. locum,vt gentilis ſiniſtrum.Cuius rei ty-
pus præceſsit in Ephraim & Manaſſe.Iu-
dæorum nanq; erat vnius Dei veri cultus,
illisq; erant credita eloquia Dei,atq; ven-
turi Chriſti præſtita promiſsio.Gentes au
tẽ Deum ignorabant.At vero qui dextrũ
tenebat locum,verſus eſt ad ſiniſtrũ:& cõ
tra,qui ſiniſtrum,profecit in dextrum.Nã
factę ſunt gentes quæ erant nouiſsimæ in
Matth. 20. conſpectu Dei,primæ in eccleſia Dei. At
Iudæi qui erant primi,ſunt nouiſsimi:quia
Act.13. ſe reputauerunt indignos regno Dei.Ha-
bet igitur angelus,quem contemplabatur
Ioãnes pedem ſiniſtrũ ſuper terrã, & dex
trum ſupra mare: quia terreni Iudæi, qui
vndis ſacris baptiſmi tingirecuſant,iam ad
Matth.25. ęquam ſunt reponẽdi cum hedis. At vero
ſunt gentes, quæ iuſto nomine per mare
intellectas vellem(quia in baptiſmalibus
proluuntur vndis) ſuper quas dextrũ col-
locat Chriſtus pedem.Nam illas à dextris
collocabit,qũ veniet iudicare terrã.Fide-
les ſane ſuos igne faciet pes Chri dexter
ad ſalutẽ:nã Chriſtus ſedebit in throno
maieſtatis ſuæ,& tãquã ignis purgabit co-
hæredes ſuos.Pes autẽ ſiniſter Chriſti ig-
ne faciet ſuos hoſtes,illosq; torrebit,vt æ-
ſtuent æſtu & ardore ſempiterno. Hodie Mala.3.
igitur ſuper hoc mare, dextrũ cœpit An-
gelus iſte boni conſilij collocare pedem
ſuũ:quia Magos ex gentibus aſcitos, ad ſe
nõ leui, ſed æterno conduxit pretio. Ne
q; oſcitanter legas quod Ioannes aiebat,
angelum hunc libellum habere apertũ in
manibus ſuis.Etenim antequam Chriſtus
orbi ſe oſtenderet inuolutus erat liber ꝓ-
phetarum,& legis.At illo præſente ſacra- Prophetæ ante Chriſti aduentũ inuoluti.
mẽta omnia reſerata ſunt.Luc.24. At Ma
gis beatiſsimis hodie libellus hic apertus
eſt.Et quod patriarchas,& prophetas ſen
ſim interno docebatur magiſterio d̃ Chri
ſtianis myſterijs , iſtis citiſsimè promptũ
fuit.Et vna hora laborantes,pares Deus il
los reddidit prioribus patribus qui porta-
uerant pondus diei,& æſtus, Quam obrẽ Matth.20.
hodie eccleſia iubilat ſatis,& in Deo vehe
menter exultat,propter nouam collatam
gentibus gratiam.Et digniſsimũ eſt vt im
pendio in vberes erumpat laudes , totãq;
ſe fundat ad diuina depromenda cantica,
quia filius eius iunior qui iam diu ęratmor
te detentus,hodie reuixit:& qui ſubſtãtiã
perditè prodegerat in meretricia , hodie
in colendo Chriſto illam inſumit.Nãque
Magi,qui erant cũ cæteris gentibus prodi
gus filius,apertis theſauris Chro ꝓferunt
munera,aurum,thus,& myrrham. Nõ iã
prodigunt terrenas ſuas facultates:ſed re-
ligioſiſsimè ad Chriſti obſequia illas im-
pendũt,atq; ex munere,Deũ fatẽtur eſſe
eum cui offertur,atq; hominem. Etenim
inthure, quod olim & modo Deo incen
di diuinitas denotabatur,vt in myrrha ſal
uatoris Chri ex carne mortalitas indica- Thus myrrha & aurũ quid denotabant.
batur.Corpora nanq; mortua hoc aroma
te imbuuntur,nè putreſcant. Deniq; auri
ſplendor,regiam Chri ſublimitatem indi
cabat:rex enim præ eſt hominibus,vt au-
rũ metallis. Profitentur ergo muneribus
ſuis Magi puerum,cui donantur munera
Deum eſſe,& hominem mortalem,regẽ
q; vniuerſorum.Nihil ergo dignius regi-

bus

bus eſt,quam inſtar horum regum, eccleſias ditare Ieſu Chri:nihilq; eis indignius quam illas proprijs facultatibus ſpoliare, & fucatis coloribus quæſitis expilare. Exod. 23. Memorabantur Magi iſti glorioſi Dominicũ eſſe præceptum,non apparebis in conſpectu meo vacuus.Propterea Chrm adorare inſtituẽtes,ex aromatibus, & metallis, optima quoq; Chro nato proferẽda ſecũ conuexerunt:vt intrantes domũ ad pedes infantis,& Marię virginis matris,Perſicas illis & Indicas ſubijcerent diuitias. Nõ eñ exigua fuerũt,quæ illi obtulerũt Matthęo docẽte illos theſauros aperuiſſe, vt vel ſic locupletiſsima fuiſſe munera Magorũ ſignificaret. Precij multi fuerũt Magorum donaria. Et profecto parum illis erat terrenos theſauros offerre, qui iã ſemetipſos infanti Chro manciparant. Horũ rurſum Magorum ſequentes veſtigia,alij quoque principes hoc ipſum pręſtiterunt Chriſto quod & ipſi:vt in veteri commemoratur Eſaiæ vaticinio.c.60. Omnes de Saba venient,aurum,& thus deferentes, & laudẽ Domino annuntiantes. Alij reges Magorũ ſequuti ſunt veſtigia. Et, vt cæteros taceam,Conſtantinus imperator promptus eſt teſtis,qui eccleſiã Ieſu Chriſti opibus immẽſis ornauit,& auxit. Pſal.71. Et Pſalmus quoq; Dauidis ante Eſaiam cecinerat, Reges Tharſis,& inſulæ munera offerent. At vero hæc audientes pauperes fideles forſitã indolebunt, ſecum reputantes hodiernæ feſtiuitatis eſſe aſymbolos, quippe quæ regum eſt,feſtiuitas,diuitum eſt, potentum eſt,magnatum eſt offerentium Chro theſauros. At verò qui inopes ſunt,non ſe excludendos reputẽt,à tãtę celebritatis gaudio,atq; honore. Habent enim quæ offerant ſi velint, longe Chro gratiora,quam Sabæa thura,& quã aurũ, Indica quod regio donat. Pauperes etiã Chriſto poſſunt offerre munera. Etenim eſt quoddã myſticum thus,atq; aurũ,atq; myrrha, quæ qui Deo offert, cõſummatã abſoluit oblationẽ. In thure nanq; ſanctarum orationũ oblatio adũbratur. Dirigatur enim dixit ille oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo Pſal.140. Dñe:in auro vero charitas Dei atq; proximi admonetur:in myrrha deniq; ipſa noſtrarũ affectionũ mortificatio ſubintelligenda proponitur. Qui ergo ad Deũ puras leuat manus orationi inſtãdo thura habet,quæ incẽdit Deo in odorẽ ſuauitatis: qui vero Deũ & fratres diligit, legẽ impleuit,& aurũ habet omni terreno auro fulgentius. 1.ad Thi.2. Rom.12. Ephe.5. Rom. 15. Rom.8. Et demũ qui mortificat membra ſua,quæ ſunt ſuper terram,gulam,libidinẽ auaritiam &c. qui carnis curam non facit in deſiderijs,hic eſt,qui optimam myrrhã & ſelectiſsimam Deo offert. Hęc ſunt munera, quibus & diuites,& pauperes abundare poſſunt,nobiles atq; ignobiles. Iam ergo non eſt quod quiſpiam paupertatem excuſet,aut quiſe tanti feſti aſymbolũ eſſe doleat. Nã qui ad hodiernum diem celebrandum & ornãdũ hæc,quæ diximus donaria detulerit, ille ſanè eſt, qui hoc feſtũ maximè & ornat & celebrat. Cõtra vero ſi precibus immundis, ſi corde impuro,& odio fratrũ rapina,& dolo pleno,acceſſerit hodiernum feſtum celebraturus, quan libet opes terrenas obtulerit vacuũ ſe apparuiſſe corã Dño certo credat. Deus nanq;,qui noſtra,vt pauperibus ſuis impendãtur petit,efficacius multo nos ipſos ſibi impendendos & petit,& amat. Et Magi primũ ſemetipſos quàm ſua Chriſto obtulerunt. Quæ dona amat Deus. Lucæ.21. Mar.12. Vnde & vidua illa euãgelica,quæ minutula quædã in gazophilaciũ miſsit(euãgelico teſtimonio)plus obtulit quam qui magna obtulerant:cur ita obſecro? Quia ſemetipſam in primis Deo obtulerat.

¶Porro autem exiſtimo diſputatione dignũ:quid eſt q; Dñs Deus Magis Chri ſui nati arcana pandit,at vero locum natalem celat? Cur Chriſti locus natalicius Magis obtegitur. Etenim Hieroſolymam ingreſſi ſciſcitabanturvbi Chrs naſceretur:& rurſum adHieroſolymę ingreſſum ſtella ductrice orbãtur. Hoc autẽ diuini conſilij eſſe venerãdam diſpẽſationem quis inficiabitur, ſi ſecum voluerit Michęam prophetã iã pridẽ natalẽ locũ regis Chriſti indicaſſe, & diuino prodidiſſe oracu lo illo,Et tu Bethlehem terra Iuda &c. Vt ergo noua coruſcante ſtella viam,per quam eſſet quęrẽdus natus Chriſtus noua & nuſquã in ter-

ris viſa natiuitate,edocti ſunt Magi,ita docendos voluit eoſdem Deus ex prophetico oraculo,de natali Chriſti loco:vt lumẽ diuinum,in orbe nouè natum, lumine gemino exquirerent,& prophetico lumine & viſibilis ſtellæ fulgentis in æthere. Vnde canit eccleſia,Lumen requirunt lumine,Deum fatentur munere. Scribę igitur de natali Chriſti loco Magos inſtituunt, Bethlehem ſcilicet eſſe:at vero Magi ſcribis natum eſſe verum regem Chriſtũ demonſtrant.O admirandum diuinæ ſapientiæ ſacramentum!Ab alienigenis,erudiuntur indigenæ,à gentibus ignorantibus legem,& vatum oracula,erudiuntur hi, qui quotidie legebant Moſem in ſynagogis ſuis,& prophetarũ oracula manu nocturna,atq; diurna verſabant.Etqui ſecundum tempus quod in terendis diuinis teſtimonijs impenderant,diuinorum docendorũ Magiſterium debuiſſent habere,ſua tamẽ exigente petulantia,gentes incircunciſas, habuerunt in doctores.Nam Magi de lõgè venientes Iudæos docent de nato Meſſia,& publicitus Hieroſolymis myſteriũ euulgant.Nã vbi eſt(aiunt) qui natus eſt Rex Iudæorũ?vidimus ſtellam eius in oriente,& venimus cũ muneribus &c. Et quod vos vicinos Chriſto Iudæos & propè conſiſtentes latebat (quæ fuit veſtra ſocordia) alienigenæ & procul diſtantes compertum habebant. Nõ vulgarem aliquẽ Magi natum quæritant,ſed vniuerſorum Dominum. Nam vidimus teſtantur ſtellã eius in oriente.Puer ergo natus ſtellarum eſt Dñs , cuius ſtellam ſe vidiſſe in oriente,affirmant.Ad hæc turbatur Herodes ex lętiſsimo alioqui nuntio: turbantur Iudæi:& ideo nullus Iudæorũ aut Herodianorum ſe Magis ſocium itineris prębet, nullus congratulatur nouis regis cœleſtis natalibus.Proh hominũ inueteratam perfidiam,ò algentia Iudæorum corda,quid amplius ſperandum vobis erat poſt lõgas de expectatione Meſsiæ moras, poſt vĩæ ſalutis antiqua deſideria,quã reſonantẽ in auribus veſtris Magorũ tubã clariſsimam illã,Vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorũ?Q d ſi tubam hanc nauci facitis cur diuinorum ſecretorũ illis proditis arcana?cur impijſſimo regi Herodi illa reuelatis?Protuliſtis enim Michæam prophetam locũ natalẽ Chriſti teſtantem.An ignorabatis nõ eſſe ſanctũ exhibendum canibus?Numvos fugit Ezechiam regem veſtrum quia reuelauit Babylonijs olim ſecreta ſacroſancta tẽpli Salomonici,diuinã iram concitaſſe?Et rurſum,ſi locum Michææ indicabatis,cur mutilũ & conciſum illum protuliſtis?Oportebat enim locum,vt iacebat apud prophetam,proferre:Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur,qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus eius abinitio àdiebus æternitatis. Etenim ſi Herodes in numerato haberet paruulum dudum ex Maria natum,alia habere natalia æterna,egreſſumq; eius abinitio ideſt à patre æterno,à diebus eſſe æternitatis,temperaret in puerũ cõcitatũ furorẽ.Verũ ſub noui nati pueri initijs iam veſtra præſagit iniquitas, quid aduerſus adultum Chrm moliturі eſtis. Et affabrè ſatis hiſtoria illa,quam tertius liber Regum cõprehendit veſaniã veſtrã inſinuat de duabus videlicet illis meretricibus,de infantulo viuo contendentibus alterutrius eſſet. Altera enim petebat(quæ mater non erat ſed hoſtis)infantẽ occidi:mater vero ſeruari infantẽ poſcit,decretoq; Salomonico matri adiudicatur infans.Hoc geſtũ vram præinſinuabat fatuitatẽ paruulus naq; hic Ieſus Chriſtus eſt : de quo veſtra eſt contentio cum gentibus , vobis credentibus puerum hunc veſtrum duntaxat eſſe,vobisque tantum vſui eſſe,non gentibus.At gentes contra diſceptant , vobis non natum , ſed illis : quippe vos ingratiſsimi eſtis diuinis beneficijs. Vnde & indigni qui tanto paruulo donemini, at vos petiſtis coram Pontio Pilato, vt puer occidatur, Tolle enim dixiſtis tolle crucifige eum. Quapropter & à vobis ablatus eſt infans,& datus eſt gẽtibus:quę pluſ quã materno affectu illum dilexerunt.Nã in eius

Magi lumẽ diuinum gemino lumine exquiſierunt.

Magidocuerunt ſcribas de Chriſti natalibus.

Iudæorum procax perfidia.

Mich.5.

Matth.7. 2.Para.32.

Scribę mutilum proferũt Michęæ teſtimoniũ.

Cap.3.

Typ' exil. regexponigię um egretur.

Ioan.19.

in eius gratiã ſanguinem fuderũt. Id quod & Dñs Matth. 21. ſatis expreſsit. Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Magis donatur paruulus Chriſtus Lucæ. 2.

Magis igitur hodie donatur puer iſte, veluti in arrhabonẽ futuræ cum gentibus deſponſationis. Verum ipſos rogitemus Magos. Quid eſt magi, ꝙ Hieroſolymis Chriſtum quęritis? Hieroſolymis num inuenietis, vbi mater eius eũ eſt perditura? Quid quęritis viuentem cum mortuis? quid pauperem in turba diuitum? quid infantem inter murmuratores, & obtrectatores? quid ſanctum inter contaminatiſsimos? & demum quid lucem micãtiſsimam inter tenebras denſiſsimas? Diſcedite, diſcedite à cruenta vrbe, quæ occidit prophetas & lapidat eos: in Bethlehemiticũ vos conferte ſtabulum ibi inuenietis infantem poſitũ in præſepio panis inuolutum. Ite ad domum panis, (nam Bethlehem domus panis eſt) ibi inuenietis panem, qui veſtras ſatiabit mentes, & non veſtras ſolum, ſed totius orbis. Domum igitur intrant, ſup quã ſtella incumbens, & vibrans nouos lucis radios oſtendit: theſaurum, quem quærebant, & regẽ quem quæritabant inueniũt & procidentes adorant: & prolatis theſauris obſequuntur infanti. Et locupletiores ſunt theſauri ĩuiſibiles, quos offerũt Chriſto, quã iſti viſibiles. Siquidẽ ex locupletiſſimo promptuario fidei, charitatis, & ſpei in Chrĩm hæc, quæ exterius geruntur prodeũt: ex venis iſtis ſecretis theſauri iſti manifeſti procedunt. Quod ſi calix aquæ frigidæ corã Chro non eſt citra mercedem, tam egregia theſaurorũ oblatio quantæ mercedis erit? Quod ſi fidẽ Abrahæ patriarchæ cõmendat inſigniter diuina ſcriptura, quia diuino admonitus oracluo patriã & cognationem reliquit, & in terram Paleſtinorum ſe cõtulit, quid ꝙ horũ beatorũ fidẽ cõmendemus, qui nõ ſolũ patria & cognatione, imo & regno relictis, capitis periculo ſe cõmittentes, Chriſtũ intrepidè & ſolicitè quærunt: & non ſolũ quærunt, quin etiã apud hoſtes Herodẽ, & Iudæos Chriſtũ natum profitentur? Minimi q̃; ducunt Herodis regis odium, atq̃; inuidiam, quo viuente atque Hieroſolymis præſente, atq; regnãte, nouum Iudæorum regem audent petere, quærere, & profiteri. Iam iſti antequam martyres Chriſtum crucifixum ſanguine madentes ſuo profiteantur, puerum Chrĩm coram hominib⁹ confitentur, parati quoq̃; & propter paruuli confeſsionem, mortis ſubire pericula quod ſi ſanguine ꝓpter Chriſtũ nõ rubuerunt rubere tamen in votis erat. Scitè igitur Magis iſtis beatiſsimis, verba noſtri aptauimus prothematis, Reges videbunt, & adorabunt principes, propter Dñm. Viderunt enim gloriam Domini, & decorẽ eius Eſai. 35. Et, vt Leo papa ſermone de epiphania cõmemorat Magi puerum venerantur in faſcia, diuites pauperculo genu flectunt, & ſapientes infantem nõdum verba poferentẽ adorãt. At vero, qa puer nõdum verba ꝓferebat, virginẽ ſacroſanctã illius vices agẽtẽ, qualia putas Magis fuiſſe verba? Fortaſsis dulciſsimis iſtis alloquuta eſt ſermonibus, Nihil tædeat vos ò Magi itineris qđ in gr̃am huius pueri filij mei cepiſtis: iter nanq̃; hoc vobis eſt fœliciſsimũ, per quod beatitudinis autorẽ cognoſcitis. Huius enim pueri notitia beatiores vos, quã mortalia veſtra regna, & perituræ opes reddit. Hic eſt qui ſtellam, quam ductantem ſectati eſtis nouam, creauit in æthere, ab alijs ſtellis omnibus multo diuerſam, vt ſtellæ nouæ miraculo vos cõmonefaceret, iter nouum quod arripuiſtis. Hic puer, quem cernitis oculis veſtris, pompa regia non nitet, alioquin æternus rex: qui cum ſit diues, in hominum gratiã egenus factus eſt. Oſculamini igitur filiũ hunc meũ, qui Dei eſt filius: palpate infantiles & puriſsimas carnes, quæ verbi tamẽ vitalis, atq̃; diuini, carnes ſunt. Pro muneribus oblatis, terrena non vobis rependet, ſed cœleſtia: & pro paruis magna, pro perituris æterna. Et qui vos ſtella comite deduxit ipſe fœliciter reducet. Hæc illa, cui Magi, Scimus ò Deifera virgo, ſcimus vti

Matth. 2.

Matth. 10.

Gene. 12.

Hieroſolymitæ quos habuerunt mores.

Fides eximia Magorum.

Matth. 10.

Magi paratí veneruntad martyrium.

Verba virginis ad Magos.

2. Cor. 8.

q; quantis paruulus hic nos donauit muneribus,qui nos de tenebris vocauit in ad mirabile lumẽ ſuum. Quippe qui eramus hoſpites,& aduenę, iam ſumus ciues ſanctorum, & domeſtici Dei: itinera multa calcauimus,at optimo exitu, quia ad lucẽ immenſæ claritatis fruendam deducti ſumus.Super eſt ò virgovt infantis huius,vn de mundi ſalus pendet, infantiam moroſiſsimè & attentiſsimè foueas, ac nutrias. In nullius enim obſequia fructuoſius theſauri,quos nos illi obtulimus,impẽdi poſſunt,quam in eius cultũ, & alimonia? Abſoluto autem beato colloquio diſceſſerũt Magi , & ad patriam demum per aliã viã reducti,beato fine quieuerunt. Cuius corpora cum Perſia iã diu cõdidiſſet, Medio lanum poſtea excepit,poſtremò vero coloniam Agrippinã trãſlata ſunt opera Rodolphi Coloniẽſis Archiepiſcopi,vt chronicon Euſebij Cæſarienſis commemorat.At qui iam modo vident clara notitia quæ olim tantiſperdum vixerant fide perceperant: aut ſi maiorem notitiam quam fidei adepti ſunt,nihil ad illamfœliciſsimã qua potiuntur modo, Ad quam ſi adnitimur capeſſendam fratres,ſtellam ductricem nos habere eſt neceſſe in primis:quæ ſanè ſtella Lucifer ille eſt, quem denarrat Petrus,qui exoritur in cordibus fidelium. At hæc ſtella ducit,& demoſtrat viam,ne per deuia peccatorum declinantes tãquã errones à via Dei pereamus. Cæterũ Magi non compotes eſſent deſiderij ſi ſolo ſtellæ ducatu gauderent:neque nos ſi ſoli fidei innitimur veri gaudij erimus conſortes. Addenda igitur ſunt digna fide noſtra opera. Magi procidunt,adorant,offerunt, diſcriminibus ſeſe obiectant,vt fidem conceptam animo operibus commonſtrarẽt & tu putas ſatis tibi eſſe vt æterno viuas ſi germanam & catholicam colueris fidẽ? Moneo igit vos, quibus hoc ſplendidiſsimum regiumque feſtum voluptati eſt,vt Magos quos colitis obſeruãtiſsimi, imitemini etiam diligentiſsimi. Ad hæc Chriſtum quæramus cum Magis,& Chriſtum inueniemus cum Magis,nam omnis qui quærit inuenit:modo ſtudioſè quærat. Inueniemus autem eum in Bethlehem,quæ panis domus eſt,ideſt,in eccleſia catholica quæ vna eſt domus Ieſu Chriſti,qui eſt panis qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mũdo:in prẽſenti quidem gratiæ vitã poſt modum verò abundãtiorem vitam , quæ eſt vita ſempiterna: quam &c.

1.Petr.2. Eph. 2.

Magorũcorpora vbi iacent.

Stella Magorũ quid denotet in moribus.

Contra Lutheranũ placitum.

Matth.2.

Ioan.6.

Finis libri primi.

DILVCIDATIO NVM ET DECLAMATIONUM TROPOLOGI. IN ESAIAM PROPHETAM.

LIBER SECVNDVS.

Dilucidatio in Caput quinquageſimum Eſaiæ.

Vaticinium repellés Iudaicas quę simonias.

HAEC DICIT DOMINVS.[a]) Librum primũ proximum in dilucidandis nouem capitibus Eſaiæ inſumpſimus: nam à capite. 40. in 49. vſq;, vnu ferè erat vatis inſtitutũ, ſub captiuitate Babylonicanoſtrã ſub peccato ad umbrare captiuitatẽ: & ſub libertate quã Cyrus Iudæis donauit, ſpiritualẽ libertatẽ, q̃ verus Cyrus Chriſtus mortalibus eſt elargitus ſubindicare. Nunc vero hoc capite nouũ aggreditur propoſitũ Eſaias: id quod eſt repellere querimorias electorum, qui erant in Synagoga. Erant autem querimoniæ iſtę Synagogã, ſcilicet à deo repulſam, & repudiatã eſſe, inſtar mulieris, quę quia viro ſuo ingrata & odioſa eſt, repudiabatur. Erat enim repudiũ ex anti quæ legis conſuetudine. Deutero. 24. Et apud Matth. 19. Se ergo Iudæi aduertentes à Deo puniri, & torqueri, de repudio ſiue de eiectione conquerebantur. Purgat autem Deus querimonias has dicens, ſibi non eſſe imputandas, ſed ſceleribus conquerentium. Ecce, inquit. ¶ *In iniquitatibus veſtris venditi eſtis.*[b]) Propterea ait, *Quis eſt iſte liber repudij*, quem mihi obijci

Repudium conſuetũ Iudæis.

HAEC DICIT dñs,[a] Quis eſt hic liber repudij matris veſtrę, quo dimiſi eam? aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ecce enim in iniquitatib⁹ veſtris venditi eſtis,[b] & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.[c]

tis, ſiquidem ego non repudiaui vos, ſed peccata veſtra, neq; vendidi vos hoſtibus veſtris tradens, & Satanæ ſubijciens? Hæc nanque ſubiectio non eſt mihi ſuccenſenda, ſed vobis. ¶ *In ſceleribus enim veſtris dimiſi*, ideſt, dimittam *matrem veſtram.*[c])

Synagoga olim mater Iudeorũ vt modo Eccleſia fidelium.

Vocat matrem Iudæorum Synagogam, quæ erat illorũ mater, vt Eccleſia modo fidelium. Fuit Armachanus in libro quęſtionum Armenicarum, qui occaſiõe huius loci ſe conduxit, vt falſam aſſereret ſententiam, legem ſcilicet Iudaicam ritus in quam & cæremonias, non eſſe abrogandas à Deo, ſi Iudæi Chriſto fideles ſe præſtitiſſent. Etenim Deus, inquit, *In ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.* Ideſt, ꝓpter ſcelera veſtra. At vero erronea eſt hæc opinio, & contra Apoſtolicam Pauli doctrinam. Erant nanq; illa omnia legitima Moſaica tanquam vmbræ, & proteſtationes quædam Chriſti venturi. Præſente ergo Chriſto, illa ceſſatura erant: vt adulto puero pædagogia ceſſant, quippe quæ neceſſaria non ſunt. Cæterum dimittũtur homines perfectè à Deo, quando æternò cruciandos tradit eos. Id quod fieri non poteſt niſi humana ſcelera illud exigant.

Armachan⁹ reijcitur.

Moſaicalex vmbra Chriſti erat.

Quale autẽ fuerit ſcelus Synagogæ ſequẽtia verba oſtendunt. ¶ *Quia veni, & non erat vir: & vocaui & nõ erat qui audiret.*[a]) Eſt igitur ſcelus hoc contumacia ad Chriſti fidẽ recipiendã, vt Prouer. c. 1. & Actorum capit. 7. & ſupra. 48. Et ſæpè alibi ſcriptura commemorat Iudæos duri ingenij eſſe, & ceruicis ferreæ, frontiſq; æneæ. ¶ *Nũquid abbreuiata.*[b]) Demonſtrat ſe non erepturũ Iudæos à malis: nõ qa impotens eſt, ſiqui dẽ omnipotẽtiã habet, q potuit mare Rubrũ ſiccare. Nã hoc eſt quod ait. ¶ *Ecce in increpatiõe mea deſertum faciam mare.*[c]) Et poſuit quoque fluẽta Iordanis in ſiccum: vnde & piſces aqs deſtituti perierũt. Rurſum omnipotentiam habet, qui induit cœlos tenebris, ideſt nubibus tenebroſis, veluti quodam ſacco operit eos. Qui ergo hæc maxima poteſt, poteſt quoque & Iudæorum labores leuare ſi volet: & voluiſſet vti que ſi peruicax Iudæorum culpa non obſtitiſſet. De ſiccatione maris Rubri Exodus re docet capitul. 4. & Pſalmus Dauidicus idem repetit, Increpauit mare Rubrum ait, & exiccatum eſt. De fluminibus vero Ioſue. 4. Iordanem ſcriptura indicat, partitum in duodecim tramites: qui ſicco poterant calcari veſtigio. De Arnon quoque liber Numerorum capitul. 21. memi nit ſicut fecit in mari Rubro, ſic faciet in torren tibus Arnõ. Putruiſſe quoque piſces Pſalmus commemorat, Cõuertit aquas eorũ in ſanguinem, & percuſſit piſces eorũ. Repetit em̃ qđ ſcriptũ erat Exodi. 7. Chriſt⁹ quoque vt diuinitatẽ ſuã oſtenderet increpauit mare, & ventos, & obediebant ei. Et mortuus pendens in cruce induit cœlos tenebris: & ſaccũ poſuit operimẽtum eorum. Verum nihilominus inflexibili ceruice in creduli extiterunt Chriſto & Apoſtolis eius. ¶ *Dominus dedit mihi.*[d]) Hebræi indicante Hieronymo verba hæc noui capitis initium credunt: & de Eſaia illa interpretantur, cuius lingua fuit elegans, & erudita, vt nos primo ad Eſaiam prologo aperuimus. Neque gloſſa ordinaria plurimum diſcedit. Putat enim etiam ſi Chriſto maximè cohæreant, verba huius capitis,

Scel⁹ Iudai cum quale.

Pſal. 105. Pſal. 65.

Pſal. 77.

Lucæ. 8.

Matth. 27.

Lingua Eſaiæ elegãs & erudita.

Quia veni, & nõ erat vir: vocaui, & non erat q audiret, [a]nũquid ab breuiata[b] & paruula facta eſt manus mea, vt non poſsim redimere? aut non eſt in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea deſertum faciã mare, [c]ponã flumina in ſiccũ: computreſcẽt piſces ſine aqua: & morientur in ſiti. Induam cælos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorũ, Dominus dedit mihi [d] linguam eruditam, vt ſciã ſuſtentare eum qui laſſus eſt verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurẽ, vt audiã quaſi magiſtrũ. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij: Corp⁹ meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus faciem meã non verti ab increpãtibus, & cõſpuẽtibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum cõfuſus: ideo poſui faciem meam vt petrã duriſsimã, & ſcio quoniam non confundar.

pitis, at Esaiæ non esse inepta. Hieronym. tamen dissentiēte: quippe Christo solum credit appositè concinere. Id quod interlinealis amplexa est glossa. Verum non video cur Esaiæ sint inconcinna: cui data est lingua venusta satis, quem Deus illustrauit adeò, vt mysteria Iesu Christi referaret, non instar vatis, sed diuinicuiusdam chronographi. Ipse autem Deo illustranti non contradixit: sed morē doctori Deo gessit. Illustratio autem egregiè per aperDiluculum meditatiōi est aptissimum. tionem auris denotatur. Nanque disciplinæ sensus, auditus est. Mane autem apertam testatur sibi esse aurem. Etenim matutinæ horæ diuinis meditandis sunt sacraPsal. 62. Eccles. 39. mentis aptissimæ. Vnde aiebat ille, Et in matutinis meditabor in te: & alibi, Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo. Et crebrò hoc genus testimonia offendes in scripturis. Et Aristoteles diluculum aptum esse musis docuit. Etenim ab agitatione secularium & forēsiū negotiorum tūc mēs nra subducta est: & ad contēplationis otia absoluta cōcoctione ciborū, liberior multo est à corporis grauedine. Corpus quoq; Esaię passum est sub Manasse. Atvero hoc nō obstāte clarius resonat hoc vaticiniū Christum, q̄ Esaiā. Nā Chrs linguā sortitus est à Deo patre vitaliter eruditā. Et multo eruditiorē, q̄ Esaias. Habebat nāAnima christi simulatque creata fuit sapiētissima. Ioan. 7. q; verba vitæ: testāte Petro Ioā. 6. Deūq; solū anima Christi habuit Magistrū. Non ēm didicit literas ab hominibus. Ideoque Iudęi mirabātur Christi sciētiā, quādoquidem non didicisset literas. Mane etiam reclusa est Christi auris. Etenim simulatq; conceptus est, datus fuit illi spiritus & nō ad mensuram. Vnde ad Hebræos. 10. Paulus verba Psal. 39. Hostiam, & oblationē, noluisti: corpus autē aptasti mihi Christo tribuit. Et alia translatio habet, Aures aūt aptasti mihi. Quapropter Dominus clamat Euangelica voce, Mea dicens doctrina, non est mea, sed eius, qui misit me patris: & omnia quę audiui à patre meo nota feci vobis. Chri porro corpus percussum fuit, & pili barbæ (qui sacrosanctas vestiebant genas) euulsi sunt à Iudæis, quæ in declamatione de passione Domini vberius differentur. ¶ *Iuxta est.* a) Paulus Romanis scribēs, vsurpat hunc locū Esai. c. 8. in hęc verba, Quis accusabit electos Dei? Deus est qui iustificat, quis est qui cōdemnet? Tametsi verba varia sint. Pauli tamen verba satis alludunt ad Esaiæ verba. Cætrū Esai. de capite Christo subaudit quæ dixerat, Paulus vero de mēbris. Esaias vero Christi procaces præsentiēs hostes, q̄ probra & calūnias cōtra Christū erāt texturi, Christi personā iā tū agens ait verba hæc. *Iuxta est qui iustificat, quis cōtradicet mihi?* Vtiq; iuxta habebat Christus iustificantē Deū: q̄ppe ipsemet Deus est. Quis igit cōtradicere deo poterit? Hoc idē poscebat ille, Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me. At vero electi quoq; à deo quales fuerūt gētes, quas deus iustificauit reiectis infidis Iudęis, hoc idē autore Paulo dicere poterāt obsistētibus, & calūniātibus Iudæis, q̄s accusabit hominū gētes à Deo electas? q̄s poterit dānare qđ Deus à dānatiōe eripit. Qđ ēm Deo gratū, illud sctm est: etiā si vniuersus reclamet orbis. Cętera quoq; verba sunt Chri. ¶ *Stemus simul, &c.* b) Quæ est Dei clemētia vt rationibus velit nobiscū disputare: q̄ poterat sola potētia oīa facere, p̄ suo arbitratu. Fuit aūt Deus Christi auxiliator, tametsi cruci cōfixus, querula voce clamat, Deus, Deus meus, cur dereliquisti me? Derelictus sanè fuit Chrs, vt homo quia morti traditus, quasi vero De⁹ nō esset: at vero nō derelictus: quippe passionis suæ ignominia, honos, & triūphus fuit omniū mortaliū.

Iuxta est[a] qui iustificat me, quis cōtradicet mihi? stemus simul, [b] qs est aduersari⁹ meus accedat ad me. Ecce Dominus deus, auxiliator meus: quis es qui cōdēnet me?

Ioan. 7. Ioan. 8.

Paulus & Esaias sibi cōcinunt.

Iob. 17.

Quomodo Christ⁹ fuit derelict⁹ & non derelictus. Matth. 27. Psalm. 21.

Vnde

Pſal.15. Acto.2. Vnde ipſe ait, Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno,neq; dabis ſanctum tuũ videre corruptionẽ. Dãnabant Iudæi Chriſti crucẽ,& gentes irridebãt,at vero futilis eſt dãnatio illius,quod Deus ꝓbat.

¶ *Ecce.*[a]) Vilipẽdendos eſſe dãnatores Chriſti monetvates.Et enim mortales cũ ſint quaſi veſtimẽtũ cõterẽtur ipſi,& fallax illorũ ſentẽtia.

Ecce[a] oẽs quaſi veſtimentũ conterẽtur, tinea comedeteos. Quis[b] ex vobis timens Dñm, audiẽs vocẽ ſerui ſui, quis ambulauit in tenebris, & nõ eſt lumen ei? ſperet ĩ nomine dñi, & innitat̃ ſuꝑ Deũ ſuum. Ecce[c] vos omnes accẽdentes ignem accinctiflammis, ambulate in lumine ignis veſtri, [d] & in flãmis quas ſuccendiſtis : de manu [e] mea factum eſt hoc vobis in doloribus dormietis.

¶ *Quis.*[b])Piorũ cultui fauentia ſunt verba hæc, *Quis ex vobis timens Dominum audiens vocem ſerui ſui*, hoc eſt Chriſti, quẽ ſeruũ quoq; ſupra nominarat:& præterita accipienda pro futuris.Ideſt, nullus timore Dei præditus Euangelio Chriſti obediet, qui in tenebris erit:imo lux vera illi exorietur. Quaſi dicat, Nullus eſt fideliũ cui lumẽ Dei non refulſerit. Imo fideles ſperent in nomine dñi,& ne mũdanis abſorbeantur fluctibus innitantur ſuper ſolidi tate petræ,quæ Chriſtus eſt. ¶ *Ecce.*[c]) Impiorũ ſupplicia recto ordine poſt piorũ deſcriptos cõmemorat fauores. Etem̃ q̃ thesaurizãt Dei irã peccata in dies augendo, q̃d aliud præſtãt,q̃ illũ æternũ accendere ignem?& accingũt ſe flãmis, qui peccatis peccatis accedere ſinũt. ¶ *Ambulate*, ꝓ ambulabitis, *in lumine ignis veſtri.*[d]) Ideſt ęternas dabitis pœnas. Et q̃a impij crimina,cũ quibus animã exhalarũt, amabunt ſempiterno : ideo ait ambulabunt in lumine proprij, quẽ ſuccẽderũt ignis. Aut ironicõs lege, ideſt, ambulabitis in infinitis tenebris. Hoc eſt em̃ lumẽ,q̃d vr̃a concretũ habent ſcelera. Cõtẽdit Nicolaꝰ nõ flãmis,ſed ſcĩtillis legẽdũ. Sed ſenſus variat nihil : etiã ſi dictio Hebraica q̃ ſcripſit Eſai.zicot,etiã ſcĩtillas interꝑtari q̃ſpiã poterit. Nãq; zichin ſcintillas Hebręis denotat iter alia.Septuagĩta verò flãmas ediderũt. ¶ *De manu.*[e]) A Eterni cruciatus Deo autore ſunt,& infligunt̃.

Qui impœnitentes moriũtur æterno amabũt peccataq; in alterũ ſeculum detulerunt non remiſſa.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 51.

Vaticiniũ de Euangelica gratia.

Vdite.[a]) Cõcordes ſunt gloſſæ cum Hieronymo verba huius cap.ad Euangelicam gratiam referentes: etiam ſi commẽtaria Diuo Thomæ adſcripta ad Cyrum, & Darium illa referunt, quorum ex munere Iudæi libertate potiti ſunt. Et Eſaiæ contextus nullum horum abnuit ſenſuum , at Chriſti gratiam magis innuit. Conſolatoria igitur proponit verba Eſaias vt Iudæi , qui preſsi calamitatibus reſpirare nequibant, memoria repeterent, quanta Deus olim cũ Abrahã & Sara mirabilia geſſerat. Qui

Audite[a] me qui ſequimini q̃d iu cum nimia ſenectute cõfecti & ſterileſeſſent ad ꝓlẽ edendã:cæterũ Deus mirabili potẽtia

vim

Conſolatur Deus filios ex exẽplo patrum.

vim prolificam illis diſtribuit. Vnde quan uis ſe marcidos & ſteriles, & diſperſos per orbem Iudæi eſſe experirentur: Deus tamen potens erat illos multiplicare: qui ex duobus ineptis generationi faciendæ, hominibus, im menſam produxit ſobolem. Iſtud eſt, quod ait. ¶ *Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, vnde præciſi eſtis.* a) Abrahã petra appellatur, aut quia in fœcũdus erat vt petra, aut quod fidei ſuæ firmitate petræ ſoliditatem imitetur. Quemadmodum Petrus petra appellatur Sara autem cauerna laci, quę ſanè cum ſit aquis multis oppleta impedimento erit volenti ex illius fundo ſubducere quicquam? Et rectè vulua Saræ cauernæ lutoſæ aut aquoſæ confertur. Etenim ſenectus pituitoſa eſt: humore nanque aquoſo & flegmatico abundat. Expirauit nanque quod aereum & igneum erat: nã in ætatis noſtræ profectu eſt noſtræ ætatis defectus. Proindeque & carnes dehiſcunt ſeniles, vt Ariſtoteles in problematibus commemorat. Vnde in fœcundi redduntur ſenes quippe ſpiritibus vitalibus & prolificis deſtituuntur. Nicolaus in libro differentiarum lectionem mutat. Putat enim legendum attendite ad martellum foueæ de qua præciſi eſtis. Alij vero legunt attendite ad perforatam foueã. Et iſti propius veritati acceſſerunt. Senſus enim eſt obſeruate, ò Iudæi ad perforationem ciſternæ, vnde exciſi eſtis. Etenim vulua Saræ iam occluſa erat, & obſtructa ſenectute infrigidante, & oppilante illius poros. Deus autem aperuit hanc ciſternam, vt prolificum ſemen excipere & concipere poſſet. Quæ vero ænigmaticè Eſaias propoſuerat aperto continuo ſermone demonſtrat Abraham, & Sarã vxorẽ exprimens. ¶ *Quia.*) Vnum Abrahã vocauit deus, & non multos, cæterum ex vnius impleuit prole orbẽ, & de Adam maiori miraculo idẽ oſtẽdere poterat: verum malluit Abraham in exẽplum trahere vates, à quo & genus & fidem deduxere Hebręi.

Cur Abrahã Petra & Sara cauerna.

Cur ſenectꝰ in fœcũda.

Mos Eſaiæ ænigmatica quæ proponit aperto ſermone referare.

ſtum eſt, & quæritis Dominum attendite ad petram vnde exciſi eſtis: a & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quę peperit vos: quia b vnũ vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eũ. Conſolabit ergo Dominus c Sion, & cõſolabitur omnes ruinas eiꝰ: & ponet deſertum eius quaſi delitias, & ſolitudinẽ eius quaſi hortum Domini. d Gaudium & lætitia inuenietur ĩ ea, gratiarum actio & vox lau-

¶ *Conſolabitur ergo Dñs.* c) Si de Sion materiali ſermo eſſet apertum eſt Deum cõſolatum fuiſſe Iudæos, quando illos à captiuitate reduxit Babylonica in Hieruſalem, quam ſubintelligit per Sion: at vero quæ attexuit illi vmbratili Sion non congruunt. ¶ *Ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudines eius, tanquam hortum Domini.* d) Etenim à captiuitate illa non vberrimis cõpotes fuere Iudæi delicijs, imo multis preſsi calamitatibus: quanquam per hyperbolẽ non ſunt in cõgrua: quia pro ſummis ducẽdum eſt delicijs libertate potiri, eos qui illã deſiderabant. Verũ Sion ſpiritualis (quæ eſt catholica Eccleſia) hæc eſt, quæ delicijs non carnis, ſed ſpiritus affatim fruitur, hæc eſt tanquam hortus Domini, quem ipſe ſuæ gratiæ rigat fluentis. In hac gaudium Spiritus ſancti inuenitur, atque lætitia: nam regnum Dei non eſca neque potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ in Spiritu ſancto. Et Paulus horta-

Eccleſiæ catholicæ doctes.

Roma. 14.

tur

tur vt in canticis,& hymnis Deo celebremus laudes. ¶ *Attendite.*[a]) Hæc lex(quam exituram dicit) non eſt illa vetus lex,quæ iam exiuit:at lex noua eſt, quæ à Chriſto prædicitur exitura. Chriſtique lex hæc iudicium eſt diuinum.Demonſtrat etenim q̃ magnificum,& ab omnib⁹ adorandum ſit Dei iudicium, quod proprio filio nõ pepercerit, ſed pro nobis illum tradidit. Hoc iudiciũ eſt ad lucem populorũ, non Iudaici ſolum, ſed etiam gentium. ¶ *Requieſcet.*[b]) Etenim,Euangelium non eſt mobile,qualis lex vetus erat, ſed teſtamentum & pactum eſt ęternum. Nam ſanguine incontaminati agni fuit firmatum,& ſancitum. ¶ *Prope.*[c]) Præterita pro futuris.Egreſſus eſt ſaluator,ideſt egredietur. Diximus ſupra Cyrum regem iuſtum appellari apud Eſaiam: hunc modo prædicit prope, & in ianuis eſſe. Eſt enim ſermo referendus, quaſi ſub captiuitate Iudæos detentos Eſaias alloqueretur. Atqui verius hæc audientur de vero iuſto, &iuſtificante Chriſto, cuius ſalus proferenda erat ad terræ vſque extrema Chriſti verò brachia Apoſtoli & diſcipuli Domini extiterunt. Iſti nanque quaſi brachijs quibuſdam, Chriſtum per orbem geſtauerunt.Nam in omnem terram exiuit ſonus eorum. Et brachia hæc Domini iudicabunt populos. Nam ſedebitis & vos, ait, ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et brachium Domini ideſt Euangelicam doctrinã,hæc brachia ſubſtinebunt.Etenim, vt in brachio lucet humana virtus, ita in Euangelio diuina vis reſplendet.Satis germana eſt hæc expoſitio & amica Eſaiæ,

Coloſſ. 3.

Hebræ. 9.

Apoſtoli Chriſti brachia.

Pſal. 18. Rom. 9.

Matth. 25. Lucæ. 22.

dis. Attẽdite[a] ad me populeme⁹, & trib⁹ mea, me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meũ in lucem populorum requieſcet.[b] Prope[c] eſt iuſt⁹ me⁹, egreſſus eſt ſaluator meus, & brachia mea populos iudicabũt: me inſulæ expectabunt, & brachiũ meum ſuſtinebũt.[d] Leuate[e] ĩ cę lum oculos vr̃os, & videte ſub terra deorſum: quia

& germanior, quam ſi dixeris brachia hæc eſſe Cyrum & Darium Iudaici populi aſſertores. Apertior tamen tibi litera erit ſi ſic intellexeris. ¶ *Et brachium meum ſuſtinebunt.*[d]) Ideſt, in brachium meũ ſperabunt. Nam omnis virtus à Domino eſt: ideo humana brachia, ſeu vires, niſi ĩ Deo ſpem collocent fumidæ ſunt. ¶ *Leuate.*[e]) Duo firmiſsima exponit, alterum eſt cœlum, alterum eſt terra. Quæ in mediũ producit, vt ſignificet firmiora eſſe Dei verba. Vnde Dominus, Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Quibus Eſaias concinit modo, Cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, ſalus autem mea in ſempiternum erit. Quod vero ait, cœlos liquandos, & terram atterendam, non ſubſtantiam cœlorum, aut elementorum diſſoluendam eſſe putes: ſed cœlos infirmos facit, & vniuerſa, vt verbum Dei firmiſsimum eſſe oſtendat. Quaſi dixerit ſi alterum eſſet diſſoluendum, aut Machina vniuerſi, aut diuinum verbum, illa prius diſſolutioni pateret, quam Dei ſermo. Tu vide noſtram declamationem de finali iudicio, ad capitulũ vigeſimumquartum. Salus ergo per Chriſtum donata, & iuſtificatio per eundem exhibita, certiſsima ſunt & firmiſsima. Etenim ſalus per Cyrum præſtita Iudæis tandem collapſa fuit. Hieremiæ item locum lege capitulo trigeſimotertio. Si poteſt irritum fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies & nox in tempore ſuo. Qui videtur diſſentire nonnihil ab Eſaiæ verbis iſtis.

Mar. 13. Lucæ. 21. Matth. 24.

Firmiora ſunt dei verba quã cœlũ & terra.

¶ Cœli

Apparescol lilio tollit.

¶ *Cœli tanquam fumus liquescent.* a) Id qđ &. 2. Petri vltimo itidem docetur. Verum, vt dudum dicebam, declamationem noſtram conſule, & ceſſabit ambiguitas. ¶ *Audite.* b) Attẽtionẽ rurſus captat. Quã quam non omnium, ſed eorũ qui iuſtũ ſciunt, ideſt, ipſum ius Dei & naturæ. Nam ipſum ius iuſtũ eſt. Si de Iudęis ſermo agit illos animat vt nihil Chaldæos paueãt, ſiquidẽ blaſphemi, & contumelioſi erant. Porrò quia illis loquitur, qui legẽ ferunt in corde, ad Chriſti fideles aptius deducitur ſermopropheticus. Iudæi nanque in tabulis lapideis, legem inſcriptam acceperũt. 2. ad Corinth. 3. Verum Chriſti Eccleſia iuxta Hieremiæ vaticiniũ in corde Euangelium Dei ſuſcepit, nõ qđ nõ ſit ſcriptis mandatum Euangelium, ab Euangeliſtis enim mãdatum eſt: at præceſſit Eccleſia catholica Euangelicam ſcripturam, vt tu aduertere poteris in declamatiõe noſtra de ſacroſanctis Euangeliſtis. At vero doctrina Euangelica non ſcripta, ſed aure excepta, & corde recepta, non præceſſit catholicam Eccleſiam: ſed ſimul fuere. Eſt igitur ſenſus. Vos ipſi fideles Chriſti, qui eſtis populus meus & habetis & circunfertis legem meam in cordibus veſtris, ideoque & iuſtum ſcitis, & amatis, nolite timere principum ſeculi tumentes furores: à quibus trademini ad vitæ ferendas diſpendia: neque illorum paueatis blaſphemias, quibus cõuitiabunt Chriſto, in quem creditis. Iſti nanq;, qui vos quæſtionibus varijs agitabunt, vt veſtimẽtum à tinea exedentur. At vero ſalus æterna vobis pollicita diſſolui non poteſt: & Euangelica iuſtitia, quã cruore veſtro teſtabimini deficere nequibit. ¶ *Conſurge.* c) Quod Cyro regi hęc non conueniant, ſeries ipſa textus indicat. Excitat enim vates brachium Dominĩ vt eandem, quã iam olim habebat, fortitudinem induat modo. Id qđ æternũ hoc eſſe brachiũ inſinuat. Nã quod ait ſicut in diebus antiqs, multa retro peracta æua denotant, quę tñ Cyrus abſoluere nequibat: quippe qui mortalis erat. Eſt igit Chriſtus, q eſt heri, & hodie, Paulo docente brachiũ hoc dñi æternũ. At ſupeſt, quæ nã ſit hæc fortitudo induẽda à Dei verbo docere? At vero qđ verbo diuino natiuũ eſt

cœli ſicut fumus liqueſcẽt, a) & terra ſicut veſtimẽtum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt: Salus autẽ mea in ſempiternũ erit, & iuſtitia mea non deficiet. Audite b) me qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in ſempiternũ erit: & iuſtitia mea in generationes generationum. Conſurge c) conſurge, induere fortitudinem brachium Domini: cõſurge ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſeculorum, nunquid non tu percuſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem? Nunquid non tu ſiccaſti mare, aquã abyſsi vehementis: qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent liberati?

Cap. 31. & ad Hebr. 8.

Eccleſia catholica ſcriptura Euangelica eſt antiquior.

Ad Heb. 13.

non

non induit: ſuam igitur omnipotentiam ſibi naturalem vtique non induit. Quod vero conciliarit ſibi nouas vires, nemo niſi blaſphemans dicere poterit. Quæ ergo hæc fortitudo eſt à diuino induenda brachio? nũ qđ caro factũ eſt in tẽpore conceptionis ex Deipara Maria? Atqui caro nõ fortis eſt, ſed potius imbecilla. Spiritus nãque prõptus eſt, caro autem infirma & ex infirmitate carnis mortuus eſt: ſurrexit autem Chriſtus ex viuificante ſpiritu. Porro aliud eſt vt Damaſcenus in tertio de fide orthodoxa libro docuit ſi carbonem perſe conſideres, aliud ſi ignitum. Etenim caro perſe carbo eſt, quæ tamen igni, ideſt diuino verbo coniuncta deifica iam eſt Chriſti caro. Solitariè igitur caro infirma eſt, mortalis nanque eſt. At vero quidquid habuit infirmitatis in Chriſto potentius eſt humanis, imò etiã Angelicis viribus, Paulo docẽte. 1. ad Corinth. 1. In vniuerſa carnis humanæ diſcurre quæ habet infirma, & illa ſanè in Chriſto omnem excedunt fortitudinem. Nanque fames Chriſti, & ſitis, animi noſtri famen, & ſitim depulerunt. Denique mors, eſt omnium maximè infirma, quippe ex maxima naturæ infirmitate procedit, at Chriſti mors, vita eſt mortaliũ omnium. Hanc igitur fortitudinem petit vates noſter, vt brachiũ Domini induat. At vero num hoc eſt conſurgere Deũ, quod eſt exinanire ſemetipſum ad Philippẽ. 2? Et rurſum, quid eſt quod repetito ter conſurgendi verbo vtitur Eſaias? Sanè deſcendens de cœlo conſurrexit, non ſibi, ſed noſtri gratia. Nam cum eſſet diues pro nobis egenus factus eſt. Conſurrexit ergo, primo quando natus ex Maria fulſit in orbe, & paſtores recenti carne antiquum indutum verbum conſurgunt veneraturi, & Magi conſurgunt vt regem natum adorent. Rurſum moriens & deuicta morte illamque ſub pedibus ſuis calcans de ſepulchro victor lætus ſurgit. Denique cõſurrexit quando aſcendens in cœlum, ſedit ad dexteram Dei patris. Verum quæramus, quid eſt quod ait, ſicut in diebus antiquis? Ideſt, vt quærenti tibi faciam ſatis oſtende, ò verbum ſempiternũ nunc mirabilia tua, vt olim demonſtraſti, quando eduxiſti populum tuũ de AEgyptiaca ſeruitute: & mare Rubrũ ſiccis calcari tuorum veſtigijs feciſti. Obſerua autem opera Trinitatis eſſe ad extra indiuiſa, vnde patris erat hoc opus, & verbi, & ſpiritus paracleti, quæ mirabilia opera ſub iunctis patefacit verbis. ¶ Nunquid tu nõ percuſiſti ſuperbum, ideſt AEgyptũ? vulneraſti draconem, ideſt, Pharaonem? Nũ quid tu non ſiccaſti mare ſubaudi Rubrũ? Cætera quæ continuo ſubduntur patent. Poteris quoque locum hunc non tãto ſermonis ductu planè reſerare. Conſurge, cõſurge, brachium Domini induere fortitudinem. Ideſt, excita te domine, vt magnifica, quæ ſoles geſta modo pro tuis oſtẽdas gerenda. ¶ *Et nunc.* a) Per ſimilitudinem coniunctionem accipe, ideſt, ita & nunc qui redempti ſunt à Domino reuertẽtur, ideſt, vt olim Deus miſertus Iudaicæ cladis, illos eduxit manu potenti ab AEgypto, ita nunc ideſt à Babylonica eripiet captiuitate, aut rectius à Satanica, quę longè quauis alia quanlibet teterrima deterior eſt. Redempti igitur ab hac funeſtiſsima captiuitate peccati, reuertentur ad Sion ſpiritualem, quæ Eccleſia Ieſu Chriſti eſt.

Et nunc a qui redẽpti ſunt à Domino, reuertentur, & veniẽt in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum gaudiũ & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego, ego ipſe cõſolabor vos: quis tu vt timeas ab homine mortali: & à filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcet?

Cõparatio ex Damaſceno.

Infirma Chriſti omnẽ ſuperãt fortitudinẽ

Incarnatio verbi à tota Triade profecta eſt.

Captiuitas peccati peſſima.

Redem-

Redemptio qualia præſtet nobis.

Redemptio nanq; hæc præſtat, vt in corpus Chriſti myſticum (quod eccleſia eſt) traijciamur. Et rectè qui nunquam ad eccleſiam venerunt reuerti dicuntur. Etẽ infideles debuiſſent præſtare ſe fideles Deo, quod eſt ad eccleſiam venire: idcirco fide ſuſcepta reuerti dicuntur, ad id nempe, ꝙ ſi exhibuiſſent fideles fuiſſent. Sacramentum quoque pœnitentiæ, qui legitimè ſuſcipiunt ſunt redempti, qui reuertuntur ad eccleſiæ gremium laudãtes, & lętitia ſempiterna ſuper capita eorum. Et eim conuerſi ad dominum non eſt cur doleant, quippe gaudia ſempiterna aſſequi ſperant. Et niſi per hyperbolen hæc intel ligas libertati ex Babylonica captiuitate hæc non congruunt: quippe lętitia ex libertate profecta illa ſempiterna non fuit. Pollicetur autem Deus per ſemetipſum fidelibus præſtare conſolationem ad Hebræos. 1. Multifariã multiſq; modis olim Deus loquutus eſt patribus noſtris in prophetis, nouiſsimè autem loquutus eſt nobis in filio ſuo. Quapropter indignum eſt vt eccleſia Ieſu Chriſti quæ tantum habet conſolatorem, homines mortales timeat. ¶ *Et oblitus.* a) Quod ſimus puſillanimes in laboribus ferendis, quibus tentamur à ſeculo cauſa eſt obliuio, quæ nos afficit diuinæ virtutis, & clemẽtiæ: vnde Petro iam fluctibus demergendo marinis, dominus, ait, Modicæ fidei cur dubitaſti. Verum ſi diuina confidentia nobis infigitur non eſt, quod furorem mortaliũ timeamus. ¶ *Citò veniet gradiens.* b) D. Hieron. tranſlationem Simachi expoſuit huius loci, quæ ſic habet. *Cito infernus aperietur & non morietur in corruptione.*) Id ꝙ de Chriſto intellectum vult, cuius ſepulchrum apertum eſt tertio die. At verò

> Et oblitus a es domini factoristui, qui tetendit cælos, & fundauit terram: & formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. Vbi nunc eſt furor tribulãtis? Cito veniet gradiens b ad apèriendum, & nõ interficiet vſque ad internecionem, nec deficiet panis eius. c Ego autem ſum dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus eius, dominus exercituum nomẽ

ſepulchrum infernus appellatur in ſcripturis & caro domini in ſepulchro incorrupta ꝑmanſit. Litera autẽ noſtra, niſi de Cyro intellectã volueris perſpicua non eſt. Promittitur autem Cyrus cito venturus, vt Iudæis liberandis præſto ſit. Ad aperiẽdum, ſcilicet, carceres captiuitatis ſeptuagenariæ. Animuſq; illius candidus in Iudęos futurus prædicitur, nõ inſtar Chaldæorum, qui truci in Iudęos ſe geſſerunt corde. Cyrus vero non interficiet, vſque ad internecionem. Quippe ſeruaturus erat, & nõ interfecturus. ¶ *Et panis eius non deficiet.* c) Id eſt, alet captiuos: & ſubminiſtrabit cõmeatũ: tantum abeſt, vt interficiat. Neq; mirũ eſt, quod ſermonem agens de Chriſto Eſaias, ad Cyrum digrediatur: quippe, vt ſæpè admonuimus, prophetarũ mos eſt per ſonas de repẽte mutare. Quippe propheticus ſtylus hoc poſcit, vt cõtra hiſtoricus ſtylus illud non amat. Poſſemus quoq; locum hũc cum interlineali gloſſa de Chriſto interpretari, quem prænuntiat citò vẽturum ſecundum humanam naturam gradientem, vt aperiat vel infernum, vnde patres ſanctos ſubduxit, vel ad aperiendum quoque regna cœleſtia beatis, ad aperiendum denique librum ſignatum, ideſt, diuinam ſcripturam. Eſt enim Chriſto clauis Dauid, quæ aperit, & nemo claudit, &c.

Sepulchrũ vocatur infernus aliquando.

Prophętæ repente per ſonam mutant.

Et panis eius nõ deficiet.) Quia panis eius caro eius, quæ viuit in ęternũ & non interficiet, vſq; ad internecionẽ. Peccatores nanque nõ arcet ſed attrahit dicẽs, Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati eſtis, &c.

meũ. Poſui [a] verba mea ĩ ore tuo, & in vmbra manꝰ meæ ꝓtexi te vt plantes cęlos [b] & fundes terrã [c] et dicas ad Siõ populꝰ meꝰ es tu? [d]

Licet quoq; aliter verba hæc exponere ſecũdum tñ tropologiã, vt ſint cõſolatoria fideliũ, qui nonnunquam multis obruuntur calamitatibus, quos Eſaias ne deſpondeant animum hortatur dicens. Citò vobis veniet Deus veluti gradiens, vt recipiat vos in gremium miſerationum ſuarum, & aperiat vobis viſcera miſericordiæ ſuæ, cuius inſtitutũ eſt preſſuris & tentationibus vos obijcere, nõ vt perdat vos: ſed vt maiori ſalutis incremento foueat. Faciet enim cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Cõſolabitur nanque vos in omni tribulatione, ita vt & alios poſſitis conſolari. Hunc igitur panem cõſolationis vobis porrigit ne deficiatis. ¶ *Poſui.*[a]) Prophetæ verba habent Dei in ore ſuo ad populorum ædificationem. Liranus credit cum gloſſa eſſe Patris verba ad Chriſtum. ¶ *Qui plantauit cœlos.*[b]) Ideſt, eccleſię proceres, qui ſunt tã quã cœli vt fuerunt apoſtoli & alij digniſſimi quiq; eccleſiæ viri. ¶ *Et fundauit terram.*[c]) Quia etiam alios infirmiores Chriſtus nutrit & fouet. Et quod Chriſtus ſua gratia præſtat, eccleſia itidem exercet, plãtare ſcilicet cœlos, & fundare terram. Nãque viros ſublimes literis, & virtutibus claros promouere oportet vt eccleſiæ præſint. Hoc eſt enim plãtare cœlos. Nanque viri docti & probi, niſi poteſtate polleant eccleſiaſtica in malefactores animaduertere non poſſunt. Ideoq; opus eſt vt in altum leuentur, vt ſint tanquam cœli myſtici, vt morum probitatem, & doctrinæ veritatem in plebes ſubditas influere valeant. Septuaginta interpretes, hunc locũ diuerſè ediderunt, quam noſtra habet editio in hæc verba. *Sub vmbra manus meæ protegam te, in qua ſtatui cœlum, & fundaui terram.*) Et ad veritatem Hebraicã, quæ non habet plantes in ſecunda perſona neque fundes, ſed plantem, fundem, magis quadrat hęc editio Septuagĩta. At vero ſenſus, vt cunque edatur litera, ſemper ſibi cõſtat. Etenim ſi ad Eſaiã referas, ille vt & cęteri prophetæ plantant cœlos, & fundant terram. Nam Pauli extat documentum, vt confortentur â viris ſpiritualibus, puſillanimes, illorum em̃ intereſt manus diſſolutas roborare. Et Eſaias ſibi dixit donatã linguam eruditam vt confortaret laſſos, & imbecillos manu teneret. Sin ad Chriſtum literam reduxeris, perſpicuus eſt ſenſus. Nanque ipſe dedit quoſdam eſſe apoſtolos, alios prophetas, qui omnes inſtar cœli ſunt. At vero ſi in prima legamus perſona, ſenſum habet recõditiorẽ hunc. *Sub vmbra manus meæ.*) Te ſcilicet protexi ò Eſaia, vt per te tanquam per organum electiſsimum plantem cœlos, & fundem terram. Et literalis ſenſus eſt per cœlos, & terram maximos quoſque, & minimos ſubindicare. Et ita comperimus: nam Eſaiæ vaticinium Cyrum & Darium animatos reddidit, vt opus clariſsimum de ſoluendo ex captiuitate populo facerent. Et Iudæis quoque qui inſtar terræ calcabantur, à Babylonijs, vires adiecit, vt in domino fiduciam collocarent. Et quod ſequitur. ¶ *Et dices ad Siõ populus meus es tu.*[d]) Non eſt inſolitum in ſcripturis prophetas populum Hebræorum vocare ſuum, vt Daniel etiam appellat. Appellabis igitur ò Eſaia, ideſt, dignũ hac appellatione duces Hebræum populum, ſolutum captiuitate. *Populum tuum.*) Ideſt, populum tibi gratum, atque iucundum iam tranquillè peragentem ſacra, & celebrantem gaudenter diuina ſacrificia Hieroſolymis. Id quod ſub captiuitate liberum

1. ad Tho. 5. Eſa. 35. Eſai. 49.

Ephe. 4.

Dani. 9.

Panis cõſolationis à Deo porrigitur.

Viri ſublimes literis & moribus eccleſiæ ſũt præficiẽdi.

berum illis non erat. ¶ *Eleuare.*[a]) Verba ſunt Eſaiæ conſolantis populum captiuum. Diximus enim ſupra verba Eſaiæ perinde eſſe habenda atque ſi iam in captiuitatem Babylonicam fuiſſent abacti Iudæi. Tametſi longa poſt tempora Eſaiæ acti ſunt in Babylonem. Qui ergo primum precatus fuerat diuinum brachium vt excitaretur, magnificum liberationiſque tandem iam exerceret opus: nunc etiam excitat depreſſos captiuitate Iudæos, vt Deo omnipotenti fidentes, ſpem nō deponāt ſuam: ſed bono ſint animo. Quia tā dem à Babyloni co (deo cooperāte) eranteruē di ergaſtulo. Vocat autem & egregia (vt ſolet) metaphora, captiuitatem illam tædioſiſsimam calicem furoris domini: quē dicit Iudæos bibiſſe vſque ad fundum. Quia paſsi ſunt extrema mala. Ad fundū enim bibere vſq;, eſt nihil bibendum mali relinquere. Alius. ¶ *Venenoſum calicem*, aut *toxico plenum.*) Tranſtulit, vel calicem ſoporiferum. ¶ *Non eſt.*[b]) Propter hæc quæ modo adiecit vates, Hieronymus priora quæ dixerat Eſaias ad poſtremam captiuitatem, quam ſub Romano imperio paſsi ſunt Iudæi retulit. Etenim prior captiuitas, habuit conſolatores prophetas Eſdram, Nehemiam, Zachariam, Danielem, Ezechielem, quos tamen non habet poſterior, qua laborant modo, captiuitas.

Metaphora egregia Eſaiæ.

Quippheteę ſub captiuitate Babylonica.

Eleuare,[a] eleuare, conſurge Hieruſalem, quæ bibiſti ā manu domini calicem iręeius vſq; ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad fæces. Non eſt[b] qui ſuſtentet eam ex oībus filijs quos genuit: & nō eſt qui apprehēdat manum eius ex oībus filijs quos enutriuit. Duo[c] ſunt quæ occurrerunt tibi: quis contriſtabitur ſuper te? vaſtitas & contritio, & fames & gladius, quis cōſolabitur te? Filij tui proiecti ſunt, dormierūt in capite omnium viarum, ſicut beſtia illa queata:[d] pleni indignatione domini, increpatione Dei tui. Idcirco audi hæc pauper cula & ebria non à vino.

Et cum Hieronymo ſunt & alij interpretes. Tametſi non cogimur ob hoc vt huic expoſitioni ſubſcribamus, & priorem, q̄ cœpimus deſeramus. Populus nanq; Hebraicus ſub prima detentus captiuitate ne minem habuit filiorum ſuorū, ideſt, Iudæorū quempiam, qui illi manum porrexiſſet, vt à captiuitatis miſeria ſolueretur. Idcirco, ait. *Non eſt, qui ſuſtentet eum ex omnibus filijs eius.*) ¶ *Duo.*[c]) Denarat quatuor, & ppoſuerat duo, quia in duobus prioribus poſteriora cōprehendebantur. Grandiaq; exprimit Iudæorum mala, quibus leuandis Iudæorū nulla ſat erat. Quippe diſperſi fuerunt, & eneruati prorſus à Nabuchodonoſore. In noſtris porrò biblijs legimus. ¶ *Sicut beſtia illaqueata.*[d]) Hieronymus legit ſicut oryx. Aliùs aūt tranſtulit, ſicut ibex. Septuaginta ſicut lion hemiphton. Ideſt betam ſemicoctam. Quare Hieronymus tropologizat dicens, Tres eſſe betarum ſtatus. Eſt enim cruda beta, quæ mandi nequit, vt ſunt infideles: eſt & cocta, vt fideles ſynceris & incorruptis moribus: ſunt deniq; betæ ſemicoctæ, & ſunt illi, quos Ioannes commemorat in Apocalypſi vtinam calidus eſſes, aut frigidus, ſed quia tepidus es incipiam te euomere de ore meo. Nomē autem oryx eſt animalis ſylueſtris nomen, & Ariſtoteli eſt animal terreſtre quadrupes, biſulcū &

Secunda captiuitas Iudæorū non bet conſolatores prophetas.

Variatio trāſlationū

Tresbetarū differentię. Tres ſtatus hominū indicat.

Apo. 3.

vnicorne. 2. lib. de hiſt. anima. c. 1. & 3. de par. c. 2. Cuius etiam mentio fit Deuter. c. 14. quod tamen inter animalia munda recenſetur. Comedetis, ait, pygargum, Orygem, &c. Vnde me latet cur Nicolao ſit immundum. At verò vocabulũ Hebraicum, ℣ Eſaię offert nobis codex Hebraicus eſt toa quod bouẽ ſylveſtrem notat, & teo, & toa Deuteronomio ca. indicato ſcribitur: pro quo trãſtulit vulgata editio oryx. Et concinna eſt collatio. Animalia enim ſylueſtria magnam faceſſunt operam, vt laqueis comprehendantur. At ſemel apprehenſa ſedulò cuſtodiuntur. Iudæi quoque magno negotio capti ſunt, ab hoſtibus ſuis Babylonijs: at ſemel capti diuino miraculo duntaxat erant ſoluendi. ¶ *Hæc.*[a]) Prophetici moris nõ obliuiſcitur propheta. Poſt comminata enim tormenta, conſolatoria modo depromit verba.

Oryx mundũ animal eſt boſſylueſtris vel animal caprę ſimile, cuius Iuuenalis meminit & Getulus ait oryx & idẽ eſt atque orynx.

Prophetic⁹ mos terriculamentis cõſolatoria miſcere.

Hęc[a] dicit dominator tuus dominus, & Deus tu⁹, qui pugnauit ℣ populo ſuo. Ecce tuli de manu tua calicẽ ſoporis, fundum calicis indignationis meæ, non adijcies vt bibas illũ vltra. Et ponam illum[b] in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ. Incuruare,[c] vt tranſeamus: & poſuiſti vt terram corpus tuũ, & quaſi viã tranſeuntibus.

Calicem enim indignationis calicem toxico infectum propinandum propoſuerat, eundem tollendum modo docet. Cognominat autem Iudæam pauperculam, ideſt, afflictam, & mœrore cõfectam, ex moroſa captiuitate, quam ſolãdam ex captiuitatis ſolutione prædicit. Iſtud enim eſt auferre propinatum ſoporiferum, & fæculentum calicẽ. Et ℣ quæ intulerunt Chaldæi Iudæis mala, illa retulerũt à Medis & Perſis, idcirco, ait. *Et ponã illum.*[b]) ſubaudi, *Calicem in manu eorum, qui te humiliauerunt.*) Siue deiecerunt. ¶ *Qui dixerunt animæ tuæ. Incuruare.*[c]) Viliſsimum ſeruitutis genus indicat, quod homo hoſtibus ſuis tanquam viam calcabilem pedibus ſe præbeat, vt Dionyſium Tyrannũ legimus ſe curuaſſe, vt hoſtis dorſo ſuo inſidens, tanquam ſubſelio ad equũ ſibi pararet aſcenſum.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 52.

Sub vmbra captiuitatis Babylonicæ adumbrãtur Chriſti ſacramẽta.

ONSVRGE.[a]) DIVVS Paulus huius capitis oracula tria in proprias trãſtulit epiſtolas ad Romanos. 2. & ad Romanos. 10. & 2. ad Corinthios. 6. Id quod nonnihil inditculi eſt, verba capitis huius ad myſteria Chriſtianæ eccleſiæ eſſe deuehenda. Quanquam argumentum hoc certum non eſt, vt cogamur ex illo ſenſum alium literalem non concedere, ſiquidem locus vnus duobus aut pluribus ſenſibus literalibus donari poteſt. Et docente Hieronymo Paulus teſtimonia ſacra vſurpat ſæpè, vt ſuo negotio (quod in epiſtolis verſat) ſeruiãt, id quod capit. 50. iam diximus.

Conſurge,[a] conſurge, induere fortitudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem

ximus. At verò Paulo hærens ſcopum capitis huius Chriſtiana eſſe Sacramenta in dubium non verto, Cæterùm vt hæc ingerat familiari ſibi more Eſaias Babylonicã captiuitatem rurſum inculcat: vt ab ea ſibi facto gradu, ad Chriſtum veræ libertatis aſſertorem properet. Et quod cœperat capit. 51. admonere, vt ſynagoga captiuitate hoſtili grauata, diuina ſpe fota leuaretur: aiebat emẽ eleuare, eleuare idẽ repetit nũc, verbis tamen alijs, dicens. *Conſurge, conſurge, induere fortitudinem tuam Sion.*) Exuerat ſynagoga fortitudinem, & vires, ab hoſtibus abacta, & hoſtibus ſubacta, Deo puniente: illo quoque miſerante iubetur, vt depoſitas vires reſumat, & non ſolum fortitudinem induere præcipit, quin etiam & veſtimenta gloriæ. Nanque pontificalibus, & ſacerdotalibus indumentis Pontifices vſi non fuerant ſub captiuitate. Erant autem Pontificalia ornamenta eximij honoris, & gloriæ. Hieruſalem vero ciuitas ſancti cognominatur, quia vnius verique Dei inibi vigebat cultus. ¶ *Quia.*[a]) Ideſt, ergo te eripiã à Chaldæis, qui incircunciſi ſunt, & immũdi: neque te deinceps conculcabunt, vt hactenus. Ideoque. ¶ *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.*[b]) Ideſt, ſoluenda crede vincula Babylonica, quibus collum tuum onerabitur, & premetur. ¶ *Gratis enim venundati eſtis.*[c]) Ideſt, traditi in Chaldæorum ditionem: & itidem gratis, nulla, videlicet, intercedente pecunia redimemini. Item & nos quando peccamus gratis venundamur Satanæ: & Chriſtus quoq; per gratiam ſuã nos iuſtificat. ¶ *In principio.*[d]) Deſcenſus in AEgyptũ patet cuilibet, at quorſum meminerit huius deſcenſus modo vates non liquet: at liquebit ſi aduertis

ciuitas ſancti, quia[a] non adijciet vltra vt pertrãſeat per te incircũciſus & immundus. Excute re de puluere, cõ ſurge, ſede Hieruſalé: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.[b] Quia hæc dicit dominus. Gratis venũdari eſtis,[c] & ſine argẽto redimemini. Quia hæc dicit Dominus Deus. In AEgyptum deſcendit populus meus[d] in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum.[e] Et nũc[f] quid mihi eſt hic, dicit dominus: quo-

Pontificalia ornamenta eximij honoriserant.

Deus gratis iuſtificat.

populũ Iudæorum nõ ſine miraculo AEgyptum conceſsiſſe, & multo maiori exiuiſſe propter mirabilia Dei oſtẽta, quæ in exitu Iudæorum claruerũt. Quapropter reuereri oportebat populũ hũc quem dominus tantis affecit donis, tantiſque auxit beneficijs. Verum Nabuchodonoſor nihil veritus electos Dei, illos deuaſtauit: & extremis affecit malis. Et hoc eſt, quod ait. ¶ *Et Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum.*[e]) Et quia ſine cauſa fecit iniuriam populo Dei, ideo dixerat dudũ gratis venũdatos fuiſſe. Quippe nõ laceſsitus iniurijs Nabuchodonoſor iniurius fuit Hebræis: ſed ex dominandi libidine. Aduerte autem Nabuchodonoſorem iuxta Hebraicum placitum etiam fuiſſe Aſſyriorum regem: vel ſi non fuit, eò meminit Aſſur, quia in auxilium Chaldæorum contra Hebræos Aſſyrij venere aduerſus Iudæam. Nam de Salmanaſare, aut Teglatphaaſare Aſſyrijs, nulla ratione hic mentio miſcenda eſſet. ¶ *Et nunc.*[f]) Deus etſi nobis moras agere videatur, nunquam tamen moratur. Nam tunc agit quod ſibi beneplacitum eſt quãdo ex definito conſilio, agendum fore ab æterno duxit. Ideo ait. Quid hic moror? Hoc eſt quid iniurias populi mei diutius diſsimulo? quin populum meum à captiuitate

Deus non tardè eſt ad miſerendũ.

uitate iniuſta ſoluam ? Etenim Chaldæi principes, ſub quibus agit populus meus tyranni ſunt, & iniquè agunt in captiuos, quos tyrannicè detinent. Et non ſolum dominatores Chaldęi iniquè agunt contra viles homines, ideſt, Iudæos, quin etiã & contra me. Iugiter eñ nomẽ meum blaſphematur ab illis. Deum nanque Iudæorum Chaldæi irridebant, quod populum ſuum ſibi chariſimum tam funeſtæ captiuitati ſubdidiſſet. Et fortaſſis Deo impotentiam obijciebant. Vſus eſt autem hoc teſtimonio Paulus, optimè callens Eſaiæ mentem: cæterum cõtra Iudæos hoc retulit teſtimonium. Ad Romanos nanque ſcribens Iudæis ſupercilium & faſtum vitio vertit. Etenim gloriabantur Iudæi faſtuoſè ſatis, in legis ſcientia, at vero legem quam verbis extollebant vituperabant iniuſtis operibus: & qui prædicabant non furandum furabãtur, &c. Vnde apud gẽtes vituperabatur Iudæorũ Deus, vt peſsimę gẽtis deus. ¶ *Propter hoc.* a) Hoc eſt nomen, quod vos Chaldæi vituperatis, populus meus venerabitur. Quippe in nomine meo gloriabuntur, contra veſtrã tyrannidem & acerbam ſuppreſsionẽ: id quod apud Ezechielem etiã aduertimus. Notum, ait, faciam nomen ſanctum meũ in medio populi mei Iſrael: & non polluã, ideſt, non ſinam pollui, nomen ſanctum meum amplius. Quia ego ipſe qui loquebar populo meo proſpera per vates legatos meos, ad ſum, ideſt, adero auxilia præbens illis opportuna. Quare nihil formidetis venturæ captiuitatis diſpendia, quæ vobis purgandis, & corrigendis ſunt neceſſaria: quia tantorum malorum antidotum, & medelam opportunè à me habebitis. Ipſe quoque Deus, qui loquebatur per prophetas, adfuit præſens mortalium oculis, carne accepta, vt naturam iã pridem collapſam reſtauraret. ¶ *Quã pulchri.* b) Iſtud promere cordi erat Eſaię, hocque nõ hoc capite ſolũ ſed alijs inſtituti habuit, tam ipſe, quam cæteri vates ſacri, poſtquam denarrãt multa, inter enarrãdum, Chriſti immiſcere ſacramenta. In Chriſtum nanque, vt in ſcopum omnia ſpectant ſanctorum prophetarum vaticinia. Ideoque vt Eſaias rem faciat euidentiorem, ad Chriſti iam & eccleſiam dirigit verba. Nam euangelizantem pacem commemorat. Quis autem euangelizauit pacem ijs, qui prope, & ijs, qui longe diſtabant, niſi Chriſtus, qui fecit vtraque vnum? Idemque propoſitum verſans Paulus hoc Eſaiæ teſtimonium indicat Romanis ſcribens capitulo. 10. de Apoſtolis mentionem faciens. Quomodo, ait, prædicabũt niſi mittantur ſicut ſcriptum eſt: quam ſpecioſi ſunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. More apoſtolico verba mutat prophetæ, & mentem ſeruat. Nam Eſaias in ſingulari protulit, Annuntiantis, & euangelizantis, Paulus in plurali, & Eſaias montes habet: ſed Paulus montium memoriam ſuppreſſit. Propter numerum ſingularem Nicolaus duxit Eſaiam intelligendum de Chriſto, qui poſt reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit, & dixit illis, Pax vobis, & per montes hos Galilææ montes ſubintelligit. Nanque inibi

niam ablatus eſt populꝰ meus gratis ? Dominatores eius inique agunt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Propter hoc[a] ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Quã pulchri[b] ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem annuntiantis bonum, prædicantis ſalutem

Heb.1.

Prophetiſa miliare eſt Chriſti mentionem frequẽter ſuis immiſcere vaticinijs.

Ephe.2.

Cap.39.

De ſuis ſub uenit quando opus factus eſt.

inibi præceſsit videndus Dominus à diſcipulis ſuis. Atverò ſyllepſis familiaris eſt ſacris literis, vt numerus pro numero capiatur: ideo non ſolum de Chriſto, quin etiam de apoſtolis, & eccleſiæ doctoribus, intellectum cum Paulo Eſaiam volo. Chriſtus autem ſæpè in montibus docuit. Pulchrũ que erat Eſaiæ euangelizantis Chriſti pedes ſuper montes præſentire gradientes. Etenim euangelica doctrina reconciliatio eſt mundi cum Deo. Itidem apoſtoli, q omnem terram luſtrarunt euangelij gratia diuulgandi, ſuper montes quo que incedebant. ¶ *Dicentis.*a) Pro dicentiũ. ¶ *Sion.*b) Ideſt, Sioni. ¶ *Regnabit Deus tuus.*c) Poſt captiuitatem illam ſæpè commemoratam non floruit Iudaicum regnũ imò emarcuit: vnde cogimur de regno illo ſpirituali ſubintelligere, quod Gabriel dixit Archangelus, Et regnabit in domo Iacob: & regni eius non erit finis. Vide declamationem noſtram de annuntiatione Domini. ¶ *Vox.* d) Neſcio cur Burgenſis ſpeculatores hos putat animas ſanctorum fuiſſe patrum, quæ limbo agebant. Siquidem ſpeculatores ex Daniele. 3. & 23. capitulo. Epiſcopos, & eccleſiæ proceres eſſe didicimus, quorum intereſt gladiũ imminentem ſuis gregibus præuidere, & arcere. Et nomen etiam num epiſcoporum hoc præſefert. Eſt nanque epiſcopeo Grę cis ſuper intendo aut ſuper ſpeculor. Sunt ergo ſpeculatores, quos dixerat dudum euangelizantes pacem: quorum voces leuatæ ſunt per orbem totum, Pſalm. 18. & ad

Euãgelium eſt reconciliatio mundi cũ Deo.

Epiſcopi ſpeculatores gregis dñi ſunt.

dicentis a Sion, b Regnabit Deus tuus. c Vox d ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: e quia oculo ad oculũ videbunt cũ conuerterit dominus Sion. Gaudete, & laudate ſimul deſerta Hieruſalem: quia cõſolatus eſt dominꝰ populum ſuũ, redemit Hieruſalem. Parauit Dominus brachium ſanctum ſuũ in oculis omnium Gentium: & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. f

Romanos. 10. Et obſerua, quid dicat. ¶ *Leuauerunt vocem, ſimul laudabunt.*e) Quia eccleſia Chriſti ſchiſmata non admittit. 1. ad Corinthios. 1. & in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus adfuit ſanctis diſcipulis Domini, ſimul laudãtibus Chriſtum. Et apud Matthæum. 18. capitulo ſi duo ex vobis cõſenſerint ſuper terram de omni re quancunque petierint, fiet illis â patre meo, qui in cœlis eſt. Vide, & diligenter expende, quanti referat ſimul laudare Deum, ideſt, vnanimi corde, & voce, ſiquidem duorum vnus in diuinis laudibus & in mutuo amore conſenſus, orationibus ad Deum fuſis, vires præſtat: vt quod contendunt à Deo, impetrent. Iſti ſpeculatores Apoſtoli, & diſcipuli Domini oculatè Chriſtum viderunt, Ioanne teſtante, Quod oculis noſtris vidimus, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. 1. Ioanis capitulo. 1. & demum oculis viderunt, opera diuina Chriſti. Videbunt, ait, oculo ad oculum, cum conuerterit dominus Sion myſticam, ideſt, quando gentes, & Iudæos in vnam congregabit eccleſiam. Et quod hæc de Chriſtianis myſterijs ſint audienda, qui aduerterint ad ſubiũcta dubio procul intelligent. ¶ *Parauit* ait, *brachium ſuum Deus in oculis omnium Gentium: & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.*f) Euangelica nanque gratia nullum excipit: ſed omnibus patet. 1. ad Timothæum capitu. 2. Manifeſtè, ait, magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in

Actor. 2.

Schiſmata eccleſia dei non amat.

Euangelica gratia omnibus patet.

spiritu: apparuit Angelis: prædicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria. Cur autem Christus brachium domini cognominetur, superiora te docebunt. Nec te moretur verbũ domini, Beati

1. Ioan. 20. qui non viderunt, & crediderunt: quod videtur collisionem habere cũ verbis vatis nostri. *Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.*) Nanque hoc loco nõ de carnali visione, sed de alia præclariore, quæ per fidẽ est mentio fit. Nisi ad diem iudicij finalis velis sermonẽ referre. ¶ *Recedite.* a) Istud Hebręi ad egressum de Babylonica captiuitate referunt: vt sint verba prophetæ captiuos monentis, vt discedant à contubernio, & Babylonico conuictu. Nanque Iudæi illorum idololatrarum cõ

1. ad Cor. 15 suetudine vitiabantur. Etenim corrumpunt bonos mores colloquia praua, & multo vehementius praua exempla, qualia erant infidelium Babyloniorum. At Iudæi longæ captiuitatis mora Babylonijs assueĕi, apud eos iam egerant profundas radices. Vnde egebant monente propheta, vt recedant ab infidelium commercio. Diuus tamen Paulus posterio ad Corinthios capitulo sexto ferè ad eundem collimauit scopum cum Esaia. Nam

Paulus & Esaias sibi cõsentiunt. cum monuisset suos Corinthios, ne iugum ducerent cum infidelibus, paucis interiectis locum hunc indicat in hęc verba. Propter quod, ait, exite de medio eorũ & separamini dicit Dominus, & immũdum ne tetigeritis. Nam si Iudæis olim Esaias hoc solicitè iubebat vt quã citissimè recederent, rumperentque moras & exirent festinò de Babylone, & quod satis illis fuisset polluta tetigisse in Babylone, iãq; monet, vt melius sapererẽt, vt quæ tetigerãt iã nõ tãgerẽt, at multo dignius & rõni magis est cõsentaneũ, vt fideles polluta tangere sinant, & ab immundis operib⁹ prsus abstineãt dño tradẽte, Nisi abũdauerit iustitia vestra plus q̃ scribarũ, &c. Quod si rursum ijs qui erãt olim à sacris apud Iudæos munditia p̃cipitur, ijs quoq;, q̃ sunt à sacris Chr̃ianę ecclesiæ melio re nomine est persuadẽda. Itaq; locus hic secũdũ literã vtrũq; sensũ recipiet, & prio rẽ Hebræorũ, & posteriorẽ catholicorũ.

Recedite, a) recedite, exite inde. Pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. Quoniam b) non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, præcedet enim vos dominus, & congregabit vos deus Israel. Ecce c) intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iste asperget Gẽtes multas, super ipsum continebũt reges os suũ:

Collisio apparens tollitur.

¶ *Quoniã.* b) Iudęi autoritate regia Cyri vinculis captiuitatis soluti, nõ tumultuosè aut seditiosè, at liberè, & pacificè Babylonem sunt egressi. Neq; arripuerũt fugã, vt moriseſt captiuorum, qñ fugiẽdi dat occasio. In exitu quoq; ab Aegypto cogẽtib⁹ Aegyptijs tumultuosus fuit exit⁹. *Ecce.* c) Ad Cyrũ, q̃ volet hæc aptare poterit. Intellexit .n. deũ cœli, & terrę verũ esse deũ. Et ĩ glori⁹ inter hoĩes fuit, q̃ sublimis valde regni ptãte erat. Siqdẽ dedecus maximũ illi irrogauit Tomyris fœmina illũ occidẽs: nã in vtrẽ sãguine imbutũ illũ indidit. Aspersit quoq; gẽtes multas. Nã bello illas supans cruẽtauit easdẽ. At verò Chr̃o æquabilius

Cyr⁹ inglorius occubuit.

con-

Lucæ. 1. congruunt, quem prædixerat angelus magnum futurum, & filium altiſsimi vocandũ cuius quidem, fuit aſpectus in glorius, quia cum iniquis deputatus eſt, Aſperſit q; ſanguine ſuo gentes multas. Quippe fideles omnia ſacro ei⁹ cruore rubent.

quia quibus non eſt narratum de eo, videiunt, & qui non audierunt, contemplati ſunt.

De qua re capi. 53. expectabis: quod vberius te docebit domini paſsionem. Super fide autem chriſtiana reges continuerunt ora ſua. Nã ego, ait, dabo vobis os, & ſapiẽtiã, cui nõ poterũt reſiſtere aduerſarij veſtri. Cætera pſpicua ſũt ex priorib⁹. Lucæ. 21.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput 52. Appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, De triumphali beatæ Mariæ ad ſydera Aſſumptione, cuius prothema eſt. Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion: induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem. Eſa. 52.

Maria deſerit Aegyptũ noſtramque Babylonem & calamitoſa exilia.

SACROSANCTAE virginis Mariæ ex hac noſtra teterrima (quam colimus) AEgypto fœliciſsimum exitum, & ab huius ſeculi plusquam Babylonica confuſione ſolutionem glorioſam, & denique ab hoc noſtro calamitoſo exilio ad patriam cœleſtem reductionem, beatiſsimumq; tranſitum denarraturus, meus totus hilareſcit, ipſeque ſecũ tripudiat ſpirituali exultatione animus: quippe triumphans hodie nobili triumpho virgo hæc, cœlos aſcendit. Poſt contritum enim Satanæ caput, poſt reſarcita primæ fœminæ damna, poſtquam calcauerat ſeculi diuitias, atque delicias, poſt denique egregia certamina, & ad Deum ſeruatam eximiè fidem, poſt curſum fœliciſsimè conſummatum ad repoſitas ſibi immarceſsibiles coronas ab ęterno iudice filio ſuo ſibi donandas cœlos vadit. Indignus nanque erat mundus præclariſsima hac ſupellectile, ideo hodie ad dignum ſibi præparatum habitaculum lætiſsima properat. Etenim ſi ſanctos illos, quos tulit antiquitas Paulus inter alia hoc mirabili proſequitur encomio, Quorum, inquit, dignus non erat mũdus, quid quod indignus ſit mundus virgine hac? Ideo violentum ſibi locum deſerit hodie, & ad ſibi natiuum progreditur, qui eſt cœleſtis locus: ad cuius aſcenſum Chriſtus virginem hanc matrem ſuam verbis inuitat prothematis dicens, Conſurge, conſurge: induere fortitudine tua Sion induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem. Conſurge, inquam, ex exilio ad patriam: conſurge ex mortalitate carnis, ad vitam ſpiritus æternam: indue fortitudinem, & exue debilitatem marceſsibilis vitæ: indue veſtimenta gloriæ, quæ ſunt veſtimenta lucis, veſtimenta incorruptionis, & impaſsibilitatis. Corpus ſiquidem, quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. At verò virgo hæc hodie hoc mortale, & caducum deponit corpus, hac terrena noſtra & illa grauiſsima exoneratur ſarcina, & nouum reſumit corpus, non fragile vt primum, quod geſtauerat corpus, ſed fortiſsimum, & omnium malorum expers, & bonorum omnium pleno, gaudens participio & mors illi vltra non dominabitur: ſiquidem mori iam non poteſt. Non ponderoſum denique reſumit corpus quale erat mortale qđ ferebat primũ, ſed agillimum, nõ quatiendũ iam, aut ſeculi procellis diſturbandũ, nõ paſ-

2. ad Ti. 4.

Hebr. 11.

Sapien. 9.

Gloriæ dotes & beata veſtimenta. ſionibus, vt primum obnoxium, ſed impaſsibile. Hæc nanque ſunt gloriæ dotes atque beatorum corporum veſtimēta de-

1. Cor. 15. coris, & gloriæ. Quod ſi beatorum corpora iſtis veſtimētis gloriæ erunt fulgentiſsima quanto fulgentiorem eſſe Mariam in præſentia credendum eſt, ex qua ortus eſt ſol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter. Mariæ igitur hodiernam aſſumptionem procul Salomon præſentiens, procul quoque demiratus eſt, ſciſcitatur enim dicens, Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut

Canti. 3. virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Digna haud dubium quæſtio. Quæ nanque noua ſunt & inſolita ſpectātium oculis, illa ſunt, quæ nos in ſtuporem rapiunt. Rapiat quoque nos in ſtuporem Mariam hodie nidulis nſri ſeculi neglectis, beatis angelis conſtipatam palatia vitæ æternæ penetraſſe. Etenim ſi mēdicus ille (denarrante Luca) ſimulatque vita mortali fun-

Capit. 15. ctus eſt, ab angelis deuectus eſt in Abrahę ſinum, Quidquod mater domini cœlorū, & angelorum, angelicis ſtipata choris, & patriarcharum laureata ſenatu & prophetarum ornata cuneis, in cœleſtem deferatur thalamum? Iſtud ſanè neq; naturæ ordo, neque vulgatæ gratiæ habet: ſed omnē ordinem ſuperat, & excedit. Idcirco miratur Salomon & ſecum voluit dicens, Quę eſt iſta quæ aſcendit per deſertum? Per deſertum profecto aſcendit in æthera: quippe via, quæ ducit ad ſydera ſatis deſerta olim erat, priuſquam à Chriſto huius virginis filio calcaretur, & oſtenderetur. At vero aſcendente in æthera Chriſto, iuxta E-

Capit. 52. ſaiæ vaticinium deſerta Hieruſalem ſimul laudabant. Laudabant planè deſerta cœleſtis Hieruſalem, quia iam coli incipiebant à Chriſto, & à ſanctorum cateruis ſimul cum eo conſcendentibus. Nunc quo que deſerta cœleſtis patriæ ſimul laudāt, quia à matre digniſsima Ieſu Chriſti calcantur hodie, & coluntur. Porrò aſcendit, vt virgula fumi ex aromatibus myrrhæ conflata. Corpora enim ſanctorum inſtar ſunt virgulæ fumi, quæ ex myrrha paratur. Myrrha nanque aroma amaricās guſtui eſt, at ſuaue oleńs, & ſingularis eſt medicamenti: quod cadauerina corpora à fœtore & putredine præſeruat. At verò ſancti caſtigant corpus ſuum, & in ſeruitutem redigunt, & amaritudine ieiuniorum, & orationum frequentia ſe maceran tes noctu, & interdiu. Id quod ſiquidē rationabile corporis humani eſt obſequiū, Deo eſt in odorem ſuauitatis. Hæc ſiquidem voluntaria & amaricans ſatis caſtiga tio, ne putreſcat mens noſtra ex ſeculi defluxis delicijs efficit. Sunt ergo ſancti, vt virgula quæ, ſurſum leuatur à charitatis in cendio: quod in penetralibus ſanctorum excitatum, mortificans membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, Deo gratiſsimum ſpirat odorem. Quod ſi ſeruorum corpora ſunt talia, qualia deſcripſimus, quanto ſatius erit dominæ corpus inſtar eſſe virgulæ fumantis, quæ ex aromate myrrhæ incenſo excitatæ ſublimes deferūtur in auras. Nam nulla caro hoc aroma myſticū in ſe plus conditum habuit, quam virginis caro, cuius peccati fomes ſopitus, aut extinctus fuit, vt in declamatione de virginis conceptione vberius diſſeruimus. Aſcendit ergo, vt virgula myrrhea & myrrhaticos, hoc eſt ſupremæ mortificationis diuinos, & incorruptiſsimos ſpirans odores, cœleſtibus vtique ciuibus, & Deo ipſo ſuauiſsimos. Neque ſolum myrrham olet, ſed & thus, & vniuerſa pigmenta: quæ ſolum ille æternus pigmentarius, concinnare, & condere poteſt. Diſquire enim in omnium donorum gratiam, in omnia virtutum genera, quæ ſunt velut quædam pigmenta, diuina arte compoſita, & poſtquam diſquiſieris exequentiſsimè, multa te latebunt. At in hac virgine vniuerſa hæc conſtant. Si ſexum conſideras infirmus eſt, non diffiteor, quia mulier eſt: at verò ſi gratiæ celſitudinem obſeruas, quam mulier hæc adepta eſt, omnes ſuperat beatorū ſpirituū hierarchias. Id quod facilè docet celebris ille cantus eccleſiæ,

Corporaſanctorum ſunt vt virgula fumi.

1. Corint. 9.

Roma. 12.

Roma. 6.

Caro Marię fuit ſummè mortificata.

exaltata

Maria ex ſe xu fragilis at ex gratia Dei fortiſsima.

exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna. Porrò diſpice ſi iuuat cuiuſuis cœleſtis Hierarchię beata, ad quę deputatur à Deo munera & tum demũ videbis, quã dignè, & æquabiliter exaltata ſit Maria ſuper choros angelicos. Prima etenim angelica hierarchia hoĩm tutelæ deputaĩ, diuinisq; obeũ dis legationibus diuinitus deſtinata eſt. Altera verò miraculis edendis maioribusq;, mortaliũ negotijs gerendis, vt principũ, & prouinciarũ adminiſtrationi incũbit, etſi Diony. ca. 13. cœleſtis hier. diuerſum amat. Poſtrema deniq; Deo ſolũ vacat, & ab illius fœliciſsima cœleſti aſsiſtẽtia ſeiũgitur nunquã. Nam etiã ſi oẽs illi lucidiſsimi ſpũs nunquã nõ vident faciẽ æterni patris, vbicunq; gentiũ ſint, nã diuinũ numẽ omnem locũ replet & beatitudo angelorũ neq; tranſuerſum minuit vnguẽ etſi extra cœlum Deũ videãt: cæterũ Seraphim, Cherubim & throni, eò cæteris eminent, quòvelut à diuinis ſunt ſecretis. Et tanquã omniũ angelorũ Deo chariſsimi, in cœlis ſemper adſiſtunt. De qua re lege declamationẽ ad cap. 6. &. S. Tho. 1. p. q. 112. art. 4. Porrò autẽ ſi ſũmatim angelicarũ hierarchiarũ celſitudinẽ accepiſti, ſcito cũ virgine non eſſe conferendas ſiue miniſteriũ obſerues angelicũ: ſiue amorẽ, ſiue diuinitatis cõtemplationẽ, oẽs has angelicas dotes Maria ſuperat, oĩa facilè vincit. Nam ſi virginis miniſteria luſtraueris, non tutelã hominum illa eſſe aduertes, ſed ipſius Dei hoĩs: cuius infantiã ſedulò aluit, & diligentiſsimè fouit, & ab hoſtibus ſuis illæſam defendit. Proinde in AEgyptum fugit cũ puero mater, vt rabidam Herodis declinaret in puerum veſaniã, & ex opere textrino infantulo iam ablactato, victũ quærita bat & manibus opabatur, vt puero neceſſaria tẽporalis miniſtraret vitæ. I modo ſi libet, & conferas hæc duo hoĩes ſcilicet tueri, & Deũ tueri, vtrum altero prẽſtet. Quapropter ſi miniſteria pendis angelorũ & Mariæ, infinito interuallo excellẽtius fuit Mariæ miniſterium. Quod ſi angelorũ te miracula quæ plærunq; edunt terrẽt, nihil equidẽ terribilius quam miraculũ, qđ hæc edidit virgo. Deum nanq; concepit, & peperit, illæſo pudicitiæ flore. Demum ſi hæres, vt mulier in carne degens mortali, feruentius Deum amare poterat, quã ſupremi illi ſpiritus, qui ſunt velut diuini clauicularij? Dixerim tibi feruentius matres amare filios, quã cæteros, q tanto cognationis iure non conſtringunt: & deniq; amor prõptior eſt ad ea, quæ maiori fœdere naturæ ſociantur, vt conſanguineos, affines, cæterosq; contribules, promptiſsimè amamus. At verò, quis vnquã tanto coniũctionis vinculo cum Deo ſociaĩ vt Maria, quæ mater Dei eſt? Nũ angeli matres Dei ſunt? abſit. Quid ergo hęres, ſi Maria Deũ adhuc apud nos agens feruentius dilexit quã angeli? Mortalitatis igitur ſarcinula, qua virgo premebatur ex corpore, tantiſperdum viueret, hæc minorẽ illã angelis reddebat: at ex animæ ſuæ ſublimitate angelos haud dubiũ excellebat. Mortalitatẽ tã hodie iubente Chro verbis noſtri prothematis deponit. Conſurge, ait Chriſtus, Mariæ conſurge, & induere fortitudine Sion. Egregiè ſatis virgo hæc Sion, & Hieruſalẽ cognominaĩ. Sion enim regia Dauidis erat, vbi arx ſita erat munitiſsima: Hieruſalẽ vero Iudaici regni erat metropolis, ciuitas ſancta, quã Salomonicũ illuſtrabat templum, dicta pacis viſio. An nõ hæc virgo Dauidis veri Chriſti, regia eſt? an non arx eſt chriſtiani populi munitiſsima? Audi eccleſiæ voces ſi etiã num hæc ignoras. Sub tuum, ait, præſidium confugimus ſancta Dei genitrix: noſtras deprecationes ne deſpicias & cætera. Adhæc pacis viſio eſt: vt enim patri nihil gratius filio, ita & filio nihil gratius Maria matre. Viſio reuera pacis. Hæc nanque eſt quæ iratum Deum precibus ſuis placare nouit: vt olim Abigail Dauidem, & Tecuana illa mulier Abſalonem patri ſuo reconciliauit, & Heſter Aſſuerum malè animatum in Iudæos in Iudæorum amicitiam reſtituit. Conſurgit igitur hodie Maria tanquam

Hierarchiæ angelicæ quibus deputãtur obeũdis muneribus. Matth. 18.

Maria incarne agẽs mortali feruentius dilexit Deum quã beati ãgeli.

1. Parali. capit. 11.

Matth. 3.

1. Reg. 25. 2. Reg. 14.

Eſter. 5.

Actor. 20.

Mariæ miniſteria excelſiora ſunt quam angelica.

tanquam virgula rectiſsima, quam nulla flexit libido, nullus infecit terrenus affectus, conſurgit ad paratam ſibi ſedem. Virgula ſanè, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Luce.1. At ex aromatibus myrrhæ, & thuris legimus compoſitam virgulã hanc, quia omnem in ſe virtutem,& gratiam cõdit. Vadam,inquit, ad montem myrrhæ & collem thuris, Canticorum. 4. Virgula enim myrrhæ, quo eſt progreſſura, niſi ad natiuum ſibi locum? vnumquodque ad locum ſibi germanum properat. Myrrhatica igitur virgula, quò perget? quo proficiſcetur? nempe ad montem myrrhæ:& virgula thuris? ad collem vtiq; thuris. Cœleſtis patria eſt mõs myrrhæ & collis thuris. Eſt etenim cœleſtis illa patria mons myrrhæ,eſt collis thuris myrrhę ſanè. Nã nihil coinquinatum, nihil fœtens, nihil putidum cœleſtem adibit patriam: ſed mortificatos carne, viuentes autem ſpiritu hos excipit mons ille cœleſtis myrrhæ. 1. Petr. 3. Roma. 6. Nam caro, & ſanguis, regnum Dei non poſsidebunt: neque corruptio, in corruptelam poſsidebit. 1. ad Cor. 15. Hic etiam myrrhæ mons, collis thuris eſt. Eſt enim beatorũ habitatio iugiter Deũ laudantiũ ex ſeraphica illa voce, Sanctus, Sanctus, Sanctus,dñs Deus ſabaoth. Eſaiæ. 6. Fœliciſsimè igitur, hodie Maria conſurgit ad beatiſsimum montem hunc myrrhæ. At verò cur aſcendit? nempe vt metat myrrham. Meſſui ait Canticorũ. 5. myrrham meam,cum aromatibus meis. Dum enim hæc tranſigitur fluxibilis vita, tempus eſt ſeminandi, at hac tranſacta, metendi opportunitas eſt. Seminauerat virgo myrrham: mortificationem enim perpetim in corpore ſuo portabat: ſupererat, vt quale ſemen talem expectaret & meſſem. Galat.6. Nam quæ ſeminauerit homo,hæc & metet. Seminauit verò in ſpiritu, metit modo vitam æternam. Ibat, & flebat virgo Pſalm. 125 mittens,quæ diximus,ſemina: nunc aſcendit ad patriam portans vitæ æternæ manipulos. Ad hãc igitur fructiferam meſſem prothema inuitat capiendam,hortaturq;, vt feſtinò conſurgat. Vt & alibi per Salomonem Chriſtus etiam ad idem Mariam inuitat dicens, Veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir,& Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, Cant. 4. Interpretatã autem Amana veritas, ſeu firmitas, à verbo, Aman hebraico, quod probabile fuit ſignificat. Inde ieamen, quod ſignificat firmetur. 3. Reg. 8. Et inde amen vulgata eccleſiæ dictio quaſi verum fiat, ſeu efficiat denotat. Sanir autem eſt mons Hermon, aut Armon, & phœnicũ voce Sanior nominatur. Amorrhæus verò Sanir appellabat. Cuius montis verticem inſigne tenebat templum, quod cultui & venerationi gentibus erat Hieron. autore libr. de locis Hebraicis. Quid ergo eſt virginem hanc hodie de Libano vocari coronandam de capite Amana, de vertice Sanir, aut Senir, de cubilibus leonũ? Vtiq; de Libano (qui candidus eſt mons) virgo vocatur ad palmã. Et quis candidior Libanus, quam virginalis, qua reſplendet pudicitia? quis candidior Libanus, quam vitæ immaculata illius integritas? Ab hoc vocat ad trophæa: ab hoc pergit ad coronas æternas. Eſt autem corona, aut, vt loquar germanius, huius virginis ſunt coronæ, de capite Amana de vertice Sanir. De capite ſcilicet veritatis, & firmitatis coronat Maria: quippe veriſsimas, & ſolidiſsimas habet coronas, non ex infima ſanctorum claſſe, ſed ex ſuprema: imo omnium beatorũ poſt Chriſtum beatitudinis caput tenet. Verticem enim habet in cœleſti patria, quippe quæ meritorum ſupellectilem vberiorem illò commigrans conuexit. Coronatam accepiſti iam virginẽ: at vero de capite Amana & de vertice Sanir deſideras fortaſis diligentius intueri, quid ſit coronari. Eſt autem Sanir (ſi interpretationi quorundam credimus) lucerna Dei, vel mons: ergo Sanir mons eſt, quem Dei illuſtrat lucerna. At hoc quid aliud reris eſſe, quã illud, qđ Eccle. 24. ſapiens ait, Et radicaui in populo honorificato & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine ſanctorum detentio mea.

Amana Hebræis veritas eſt vnde amen & qđ velit quid Sanir & Senior & Hermon.

Coronæ virginis quales

Maria poſt Chriſtũ præcipuam habet beatitudinem.

Matth. 1. tio mea. De vertice igit montis huius coronat, etenim originē ducit ex glorioſo patriarcharū, regum, ꝓphetarū, ſtēmate. At verò ſtēma totum hoc pervirginē rutilat: & in vertice patrū & maiorū ſuorū Maria virgo locatur, quippe quę nobis edidit mundi ſeruatorē. De cubilibus leonū, de montibus pardorū, hęc quoque virgo ſibi parat ſplendidiſsimas coronas. Quid leones, & pardi, niſi infideles, & hæreticos, trucesq; denotāt hoīes? Et quid eſt de iſtis coronari, niſi ex horum triūphali victoria palmā adipiſci immortalem? Nunquid ec cleſiā canentē huius virginis encomia nō audiuiſti, Cūctas, ait, hæreſes interemiſti in vniuerſo mundo. Iſtud eſt coronari de cubilibus leonū, & de montibus pardorū. Et rurſum leones ſunt maligni ſpūs, quos virgo hæc cōtriuit, Gene. 3. Beſtiæ deniq; hæ pctōres varij ſunt, grauibus & ſtupendis onerati peccatis: quos multos precibus virginis huius pctā euomuiſſe, & ad meliorē vitę frugē ꝓmotos fuiſſe, & legimus & credimus. Nō enim temerarij ſunt clamores illi, quos eccleſia nunquā non repetit, Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Neque te moretur, quod ad veritatem Hebraicam, non coroneris habetur, ſed vt ſpectes de capite Amana. Etenim eò ſpectat, quò coronata triumphat.

Maria coronatur, quia triūphat de peccatis & de peccatoribus.

Loc⁹ ex Luc. 10. exponitur.

¶ Iam verò quia hodierna euāgelij lectio, quæ in ſolennibus aſſumptionis virgineæ celebratur, duas ſorores denarrat excepiſſe in ſuum caſtellum dominum, forſitan (neque ab re) ſciſcitabit quis, q̄d ſibi cohærentiæ feſtum cum euangelio habeat. Porrò ſi cohærentiam diſcere amas, euangelium ipſum te docebit. Maria, inquit, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Si Maria Magdalena optimam partem elegit, quia ſedens ſecus dominicos pedes auida Chriſti excipiebat verbum, num Maria virgo hodie optimam non elegit partem, quæ non ſecus pedes domini, ſed iuxta ipſum ſedet dominum, vt Ber

3. Regū. 1. ſabee olim iuxta Salomonem, & non audit, imò videt ipſum Dei verbum, quod caro factum vtero ſuo geſtare diuina opitulante gratia promeruit? Et ſanè dum vitā fluxam duceret hanc ſacra virgo, optimam elegit partem: mater enim domini erat. At vita iam functa, optimam etiam elegit partem, quia ſuper choros exaltatur angelorum. Quod ſi acutè cernis ipſa met virgo, ipſum caſtellum eſt, quod duæ myſticæ ſorores Martha & Maria, inhabitant. Maria nanque theoricē, ſeu contemplatiuam vitam præfert: vt Martha, practicen, ſeu actiuam, quam vocant, vitam. Illa nanque verbo domini audiendo, & conſiderando, vacabat: hæc vero ſatagebat circa frequens miniſterium. Quę duo vberrimè & cumulatiſsimè in virgine reperias. Nanque quæ ſanctis ſeorſum impartiuntur, in hac virgine confertiſsimè omnia diuinæ gratiæ talenta coaceruantur. Igitur actione fuit & contemplatione præſtantiſsima. Quales huius virginis fuerint praxes, ſeu actiones ſuperiora te docuerunt, Chriſtum videlicet concipere, parere, alere, fouere, atque defendere. At qualis fuerit eius contemplatio quorſum hæſitas? Dixerim autem ſi ipſum Deū manibus gerebat (qui totius cōtēplatiuæ vitę ſcopus eſt) an nō eminētiſsimū aſſequuta eſt cōtēplationis gradū? Neq; ſolū ſorores has in Maria contempleris, ſed in ipſo Chro coniunctas eſſe diſces, ſi euangelica oracula voluis. Leprā em̄ abſtergit leproſorū, obditū aperit cæcorū viſum, & aures ſurdorū patefacit, & id genus actiōes alias adminiſtrat: ideoq; vitā geſsit actiuā: at cō tēplatio nō erat forinſeca, vt nobis, cęterū Chro germana erat & natiua, antequā in hāc viſibilē ſe funderet lucē, ad Hebr. 14. quia aperta Dei viſione à creatiōe aīæ ſuæ ſummè fruebatur. Porrò quia de virgine præſens inſtituitur ſermo, ſingula, quæ denarrat euangelica lectio differamus, quoad licuerit, exactè. Cur autem ipſa virgo caſtello ſit conferenda, vt hoc primū depromamus, qui caſtelli optimi qualitates in numerato habuerit, in dubium

Maria viuēs & mortua optimā elegit partem.

Lucæ. 10. Lucæ. 7.

Matth. 25.

Maria & actione & cō templatiōe fuit præſtātiſsima.

Matth. 11. Lucæ. 7. Lucæ. 17. Marci. 1.

non

non vertet:Mariam optimum eſſe caſtellum. Caſtellum autem hoc, ſex habet præclara,vt ſummatim vniuerſa perſtringamus.Eſt nanque altitudine prominens foſsis profundis circunuallatur:muris circuniacentibus obmunitur: commeatibus opimis & vberrimis, abundat: militibus ſtrenuis inſtruitur:neque ſolum muris cingitur, ſed & turribus procerrimis circum munitur. Quæ omnia ſi aures attentas mihi donatis, quam huic viuo caſtello, id eſt,deiparę Mariæ congruant,demonſtrabo. Etenim huius virginis præeminentiã, ſublimemque ſpiritus celſitudinem, quis fidelium ignorat?Eſt enim inſtar illius ciuitatis, quæ abſcondi nequit, quia ſupra montem poſita erat Matth. 5. Fundamenta autem huius virginis in montibus ſanctis & prominẽtibus iuſtitia, & ſanctimonia locantur. AEdificauit olim Dauid arcem, quam appellauit Sion, munitiſsimã ſanè,quam ciuitatem proprio etiam inſigniuit nomine. 2. Regum. 5. At virgo hęc arx eſt chriſtianæ eccleſiæ,non ſupra mõtem illum terrenum Sion conſtructa, ſed ſupra montem verum Chriſtum. Huius arcis portas diligit Dominus ſuper omnia tabernacula Iacob. Nihil enim Deo placidius in creaturis(quas condidit)quam arx huius myſticæ Sion. Si foſſam conſideras circum arcem iſtam,longè ſuperat foſſam illam, quam arx illa Sion materialis, apud ſe defoſſam habebat,aquis plenam,vt hoſtibus non pateret, imò arceretur acceſſus.Legimus enim. 2.Regum. 5. Habitauit Dauid in arce Sion,& vocauit eam ciuitatem Dauid,& ædificauit per gyrum à Mello,& intrinſecus. Erat autem Mello foſſa circum arcem aquis infuſa, vt diximus : tametſi Hebræorum nonnulli comitiorum eſſe locum Hieroſolymis putent: vbi conſultandum de agendis erat. Alijs verò libuit aggerem fuiſſe cingentem arcem. At primæ expoſitioni ſuffragor vehementius. Ferunt autem foſſam illam inſtar voraginis profundiſsimæ extitiſſe. Foſſa verò quæ circum ambit caſtellum hoc myſticum(quod verſamus) longè profundior eſt Mello. Eſt nanque virginis humilitas, cuius profunditatem dimetiri neminem mortalium poſſe arbitror. Vt rectè cum eccleſiaſtico capit. 1. dixeris profundum huius abyſsi quis dimenſus eſt?nullus ſanè, niſi is,qui reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Muri autem huius caſtelli diuini præcepta diuina ſunt,vt antemurale conſilia. Quæ vniuerſa inuiolata coluit obſeruantia virgo ſacroſancta. Quantus quoque huius caſtelli commeatus cœleſtisque pręparatio,quę nam vox, quæ nam lingua retexere poterit. Nanq; in caſtello hoc,panis eſt cœleſtis, qui de cœlo deſcendit:in quo adeps eſt frumenti qui angelicas, nedum humanas ſatiat mentes: in quo eſt demum ſal ſapientiæ, qui infatuari, & euaneſcere non poteſt. Sal enim ſapientia eſt, at hæc virgo huius ſalis fodina eſt,quia Mater diuinæ ſapientiæ eſt, quæ Chriſtus dominus eſt. Apud hanc eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam, quam qui libat, non ſitiet in æternum: apud hanc carnes illius agni immaculati Chriſti præſto ſunt,volenti illis veſci. Inibi ſunt veſtimenta decoris, & gloriæ, ibi ignis æternæ charitatis. In caſtello hoc hortus eſt concluſus deliciarũ non illarũ, quas carnis titilatio exigit, ſed quas Spũs ſancti ſuggeſtio donat. Habebat Siõ ignem teſtante Eſaia. capit. 31. Cuius, ait, ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem. At hæc virgo(vt ſupra commemoratum eſt)& adumbratur per Sion, & per Hieruſalem: ideo habet ſecum ignem, & caminum. Feruebat nanque diuinis amoribus tantiſperdum viueret. At modo ardentiſsimos habet illos,& ſempiternos: ſi quidem ex ſpecula Sion, ad Hieruſalem tranſiuit,& à fide huius viæ, ad viſionem patriæ cœleſtis traducta eſt. In caſtello viſibili, quod Martha & Maria incolebant domus erat, in quam eſt exceptus dominus, Lucæ decimo. At in hoc inuiſibili,domus eſt alia,longè ſplẽdidior,& ornatior, vbi eſt exceptus Ieſus Chriſtus. Mulier

quædam

Maria cur caſtellum.

Lucæ. 1.

Muri Marię quales.

Ioan. 6. Pſalm. 80. Matth. 5.

Maria præexcelſa eſt.

1. Petri. 1. Exodi. 13. Eſaiæ. 51. Cantico. 4.

Maria eſt arx eccleſię chriſtianæ.

Mello foſſa erat Sion.

Humilitas virtutes circumambit, vt foſſa caſtellum.

Typus ex lib. Regum exponitur.

quædam magna. 4. Reg. 4. Eliſæo prophetæ cœnaculum paruum parauit in domo ſua, quod inſtruxit menſa, lecto, candelabro, & ſella. Paruum quidem aſpectu cænaculũ erat: at vero maieſtate eſt ampliſsimum, quod in virgineo caſtello, vero Eliſæo paratur Chriſto. Eſt nanque paruum, quia virgo hæc non ſe dominam teſtatur, ſed ancillam. At quanta ſit illius maieſtas ex vtenſilibus, & ex hoſpite, accipe. Eſt nanq; huius cœnaculi lectus floridus. Lectus autem abdita domus occupat, vbi requieſcimus, & ſomno indulgemus. In virgineis quoq; Mariæ affectibus (vt puriſsimis, & cãdidiſsimis) Spũs ſanctus requieuit: & filius hominis, qui non habet, vbi reclinet caput ſuum, in hoc Mariæ lecto, habet vbi reclinet & caput, & corpus ſuum. Pluſquã paradiſiacas nanq; delicias habet, recumbenti in eo Chriſto idoneas. Sella rurſum huius cœnaculi quieta eſt ſapientiæ diuinæ cõtemplatio, quam Maria ſub fluctibus ſeculi agens, adepta eſt. Dixit ille, & rectè anima quieſcendo fit ſapiens. Etenim agitati mundanis procellis, ſapiẽtiæ vacare nequeunt: & rurſum qui affecti bus terrenis diſtrahuntur, & ſeculi diſtenduntur curis in ſapientiam humanam incumbere non valent, ne dum in diuinam. Otia nanque ſapientia amat. Porrò Maria etiam ſi inter fluctus ſeculi agebat, fluctibus nõ agitabatur. Terrenis enim nõ tangebatur affectionibus: ſed Deus illi hæc otia fecit, vt mente pacatiſsima quoad licuit diuinæ ſapientiæ incumberet ſtudijs. Accepiſti iam ſellam & lectum. Poſuit rurſum in cœnaculo hoc, candelabrũ clariſsimè micans. Mentem enim maiori illuſtratione radiantem, quam vates, & ſancti omnes Maria eſt aſſequuta. Demum mẽſa cibarijs cœleſtibus, id eſt beatiſsimis cõſiderationibus inſtructiſsima eſt. Nanque in domo hac apotheca eſt vini meri, & fragrantiſsimi, quod Deum atque hoĩes læti ficat. Prõptuaria huius domus plena ſunt cœleſti dulcedine, eructãtia ex virgine, in fideles omnes, imò & in angelos beatos, qui hodie miro reficiuntur gaudio, quod matrem domini iam ſecum conciuem habent. At verò quid mulier illa magna Eliſæo comedendum, aut bibendum propinauerit nõ legimus. Verum credamus obtuliſſe quod Gene. 18. angelis hoſpitio recipiendis huius virginis nobiliſsimus parens obtulit. Afferam inquit, pauxillum aquæ, vt lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore: ponamq; bucellã panis &c. Tunc ſanè virgo hæc pauxillum attulit aquæ lauandis pedibus noſtris, quando puerum Chriſtum in templũ Hieroſolymæ detulit. Detulit ſiquidẽ fontem aquæ viuę non lauandis pedibus ſolum, ſed manibus & capitibus ſub pauxillo carnis nr̃æ oblatus eſt fons iſte. Vt dixeris egregiè, pauxillum aquæ detulit, quia infantulum attulit. Iſ ipſe quoq; & bucella panis illa eſt, quã præſtat cum gaudio comedere, vt dixit ille, quam omnibus ſeculi frui victimis. De mum huius caſtelli turres, virtutes præclariſsimæ ſunt, quibus hæc prædita eſt virgo. Ipſa nãq; eſt turris illa Dauid Cant. 4. ædificata cũ ppugnaculis, & mille appẽſis ex ea clypeis, Omnisque armatura fortitam ex ea pendet, vt in alijs declamatiõibus noſtris de beatiſsima virgine luculenter, ni fallor, diſſeruimus. Hæc igitur ſunt vtenſilia huius, quod diximus cœnaculi ampliſsimi, in quod verus Eliſæus Chriſtus ſe excepit. Hæc ſunt caſtelli huius auguſtiſsimi, firmiſsima munimenta, quibus terribile ſe exhibuit diabolo & angelis eius. Hoſpitis vero quanta ſit dignitas ne quæras nam diuina eſt: ſiquidem hoſpes quem recipit caſtellum iſtud Chriſtus eſt (omnibus enim alijs clauditur, & Deo ſolum patet. Porrò, quia non ſatis diſcuſsimus, quam vtraque ſoror, & theorice, & practice in caſtello hoc egregiè reſplẽdue rint, propterea theoricen, ſeu contemplatricem vitam, quibus ornanda veniat (vt apicem teneat) aperiamus. Hæc nanque charitatem tenet, ab externis tumultibus vacat, ſolius conditotis deſiderijs tenetur, mundanisque calcatis curis, ad videndam

Agitati mũdanis procellis ſapiẽtiæ vacare nequeunt.

Canti. 1.

Iudic. 9.

Pſal. 143.

Lucæ. 1.

Lucæ. 9.

Canti. 1.

Prouer. 17.

Maria turris Dauidica.

Quæ eſt optima contemplatio.

creatoris

creatoris faciem inardescit, ciuibusq; misceri supernis vnicè amat: quæ latius in Glossa discere poteris. Quæ sanè vniuersa virgo Maria ita complexa est, vt contemplatricis vitæ culmen sola obtinuerit. Charitate enim diuina feruebat: quippe Deum in filium habebat. Et si omnes opera sua amant, quam putas amauisse Deum virginem, quæ Deum concepit & genuit? Opus nanque virginis secũdum carnis assumptæ mysterium Deus erat. Proindeq; dilecti sibi Christi tormenta sociat, miracula non sociat. Vnum solum legimus, cui interfuit miraculum, quod in nuptijs architiclini gestum est. Cæterùm mortuos suscitat Christus, cæcos illuminat, in monte transformatur, & virgo non adest: pendet in cruce dominus & Maria iuxta crucem astat. Id quod fidelissimæ amicitiæ est dilectissimi periculis, & morti adesse. A tumultibus seculi abhorruit. Etenim in montana vadit Iudææ, at cum festinatione properoque gressu, non in plateis, aut mundanis commercijs detinetur: vt mulier illa garrula, & quietis impatiẽs, cuius Salomon meminit: at vni conditori Christo incomparabili desiderio inhæsit. Quem vt Hierosolymis perdidit, solicita est de tanto filio inueniendo (qui alioqui perdi non poterat) & dulciter conqueritur, Fili quid feciſti nobis sic? Pater tuus, & ego dolentes, quærebamus te. Si Hierosolymis habens Christum, anxiè quærebat videre, regnantem in cœlis, & absentem à terris an non videre cupiebat? Si Paulus Christi seruus, dominum flagranti desiderio videre æstuat, Cupio, ait, dissolui & esse cum Christo, si Dauid dolet incolatus sui moras, Heu, ait, quia incolatus meus prolongatus est, quidquod ipsa virgo ardentissimè esse cum filio cuperet? Si Paulus vniuersa seculi bona stercora esse ducebat, & detrimẽto sibi esse vt Christum lucri faceret, quidquod virgo delicias mundanas, atque diuitias proculcaret, vt vni Christo filio suo gratissima esset? Omnibus ergo suis numeris absolutam theoricen vitam adhuc in carne degens Maria adepta est: vt verè illi aptandum duxeris, Maria optimam partem elegit. Atqui actiuam vitam (quæ solicita est, & turbatur circa plurima) Maria assequitur, non tamen turbatur, vt Martha, neq; turbari poterat: quæ pacem Dei & hominum Christum in ventre gerebat. Apicem igitur, & contemplationis, & actionis vna sola virgo Maria apud nos etiam agens obtinuit. Porrò in harum duarum collationem sororum, & contemplatiuæ, & actiuæ, fert animus expatiari paululum: vt palam sit, vt se se istæ sorores gerant inuicem. Etenim theoricæ sublimitatem supra practicen, non est obscurum ex multis colligere. Est nanque contemplatiua vita antestans actiuæ vitæ ex multis, vnitate, scilicet, puritate, æternitate, firmitate, & spiritus sancti consolatione. Vnitate quidem, quia vnum est, quod versat, diuina contẽplatio, id quod psalmus canebat, mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Deo meo spem meam. Puritate vero, quia negotijs secularibus non se ingerit: imò ab illis abstinet, vt vni Deo vacet. Negotia autem secularia, vix homo versare, nisi maculetur nonnihil, poterit. Rursum æternitate: etenim ad æterna aspirat, contemplatrix mens, temporalia negligit. Nam eius conuersatio in cœlis est: tametsi ergastulo corporis obdita, ad æterna tamen volare nunquam non gestit, nisi quod carnis vinculis obducta, ne volitet remoratur. Firmitate præter hæc pollet: nanque quæ tractat firma sunt, nõ caduca, vt seculi momentaneæ fœlicitates. Demum quia Deo hæret, quia æternis inhiat, quia ab omnibus terrenis consolationibus se abstinet, vt brauium æternum consequatur, dignũ est, vt ex consolatione spiritus sancti dulcescat. At verò quanuis theorica vita insignibus dotibus prædictis supra actiuã & negotiosam clarescat vitam: at hæc negotiosa vita habet suas quoque non ex infima classe, sed egregias dotes. Est nanque vtilior christiano populo, & amplius necessaria,

Maria optimam sortita est contẽplationem.

Ioan. 2.

Lucæ. 2.

Prouer. 7.

Lucæ. 2.

Philipp. 1.

Psal. 119.

Philippẽ. 3.

Maria consummatissimã habuit theoricen.

Vita cõtemplatiua in multis excedit actiuã. Psal. 72.

Contemplatiua est vna est pura, est æterna.

Philippẽ. 1.

Contemplatiua vita est firma.

Vita actiua est necessaria Christiano populo. Lucæ.10.

cessaria, quam vita, quæ otio contemplationis feriatur, Domino hoc insinuante qui cum Martha sermonem habens, Porro ait illi vnum est necessarium. Idest hoc vnum, quod tu præstas Martha tum etsi solicitum, & turbulentum officiũ sit, necessarium tamen est. Ad hunc modum expendit locum Albertus magnus denarrans Lucæ.c.10. Etenim cum Martha agebatur quãdo hæc aiebat Dominus non cum Maria. Quanquam sunt pleraq; alia, quæ hoc ipsum docent. Etenim quid est, quod Dñs cum venerit vt rationẽ ponat cũ hominibus, vitam contẽplatiuã nõ cõmemorabitur, sed solũ ad negotiosam se conferet dicens, esuriui & nõ me cibastis &c. Iusserat enim, Negotiamini dũ venio negotia igitur nobis concredita, si fideliter gessimus, solum exiget. Non quia vitam contemplatiuam repudiet, quam alioqui maximè amat. At quia de necessarijs exigenda ratio est, si illa præstitimus. Hæc nanq; sunt omnibus generalia præcepta. At de optima vitæ contemplatiuę functione, non subducitur ratio: quia rara est virtus, etsi eximia virt°, quæ heroicis Christianæ ecclesiæ viris contingit. Et fortasis rarissimè apicem illius attingunt, vt Bernardus docuit libr. de consideratione ad Eugenium. Scio plærosque qui se contemplatiuos diuinarumque rerum inspectores profitentur, at vero falsò, vt plurimum imò longissimè à diuinis theorijs absunt. Quippe sex à me commemorata quæ vera contemplatio habet procul ab hominibus istis distant: imo illorum theoria non diuina theoria, sed humana est gastrimargia. Hoc nanque affectant isti pseudocontemplatiui implere ventrem, non illustrare mentem. Vnde isti plurima meditantur nugacissima, quibus captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Quia igitur diuina theoria excellentissima est mẽtis functio, in qua tandem beatitudo nostra sedẽ habebit, idcirco rarissimis est consulenda hominibus, vt illi se impendant. Etenim pauci sunt qui non periclitantur illi dediti quippe tãti muneris incapaces sunt. Hinc que vorago hęreseon emersit, proh dolor quia ad sacratissimas theorias cerdones & idiotæ homines inuitantur exercendas Et quid supereſt nisi vt theoriam diuinã in nugas fallaces conuertant? Istis sat sit operibus incumbere bonis, & propriam vocationem absoluere, si optima assequi nõ possunt, sat sit necessaria exercere, ad salutem parandam æternam. Nanque nõ oẽs ascendebant cum Mose ad montem, sed selectissimi quidam: neq; omnes cũ Christo, sed apostoli: neque omnes cum Ionatha per abruptos scandunt montis scopulos, sed solum armiger eius. Neq; contemplationis igitur diuinę arduos vertices cuius adire contingit. Vis denique scire quã tum interſit inter contemplatricem, & actiuam, vtique quantum inter bonum vtile, & honestum, & delectabile. Vtile bonum Aristotele docente ad aliud est: at honestum propter se amatur, itidem & delectabile. Actiua quoque vita fratribus seruit, aut solando, aut subueniendo. Nam pauperes alit, incarcere coniectos humano fauore destitutos recreat, & reficit, vagantes hospitio recipit, & id genus alia erga proximos exercet charitatis officia. Quam obrem actiua fertilior est, quam contemplatrix vita: quippe quæ fratribus prospicit instarq; Liæ est, quę lippiens fœcundior erat sorore Rachele, quæ nõ lippiebat. Contemplatiua nanque vis honestate diuinæ theoriæ contenta, & iucunditate mirabili affecta, otia beata amat, & frugifera fratrum negotia fugit, ne à vera diuinorum inspectione distrahatur. Tametsi grata Deo non est contemplatio, quæ tam sibi indulget, quam nolit necessarijs proximorum miserijs aliquando subuenire: imo subdola est contemplatio, quæ fratrem non amat. Nulla nanque humanæ solicitudinis studia vita sunt, si charitatis orbantur contubernio. Vt iam verè dixeris Mariam & Martham sorores esse: siquidem non disiunguntur, neque prorsus dissociantur, etenim contempla-

Matth.25.

Luc.19.

Devitæ actiuæ functionibus exigẽda est finalis ratio.

Quidã sibi falso tribuunt contemplatiuam vitam.

Tim.3.

Non omnis est contemplatiua vita 1.Cor.7.

Exod.24. Luc.9. Matth.5. 1.Reg.24.

Quomodo differunt actiua & theorice.

Contemplatiua & actiua sorores in diuisæ. Abdi.1.

tionem (quæ instar aquilæ in arduis diuinitatis theorijs collocat nidum suum) nonnunquam descendere ab altitudine oportet, quando necessitas fratris exegerit, vt illis præsto sit. Nam totius legis scopus amor Dei & proximi est. Hoc nanque maius est omnibus holocaustomatibus. Itidem qui actiuam amplexi
Mar.12. sunt vitam non sunt penitus à contemplatione asymboli. Etenim vitam suam in Deum dirigunt: illum habent in scopum, cœlestia considerant præmia, diuinique iudicij expendũt terrores,& multa id genus, considerant alia, quæ in officio actiuæ illos detineant vitæ. Vides ne vt sibi cohærent hæ sorores?

¶At forsitan quæret quispiam. Si contemplatio præstat actioni, quid est quod
Cap.10. non Maria Dominum excepit in domum suam, sed Martha, vt Lucas denarrat? Vtique,vt de latente admonearis mysterio. Actio prima est, quæ in vita spi-
Cur Christ' in domum Marthęexcipitur. rituali gradum figit. Hæc nanque est quę de peccatis dolet, quæ vitam corrigit,& emundat, & Christo parat domum con scientiæ: vt hospes mundissimus hospitium à vitijs emaculatum teneat. Immundis enim non est digna contemplatio.
Psal.49. Peccatori enim dixit Deus cur tu enarras iustitias meas? Non quod crimen sit si criminosi cœlestia considerent: at neq; profunda meditatione, neque iucunda affectione, versare valebunt,qui immundis cogitationibus & affectibus,ad illa meditanda se accingant. Neque temerè Domi
Exodi.3. nus Mosi deponẽdos iussit calceos,priusquam visioni magnificæ videndæ accederet. Quippe inuolucra carnalium cogitationum extricanda in primis sunt vo-
Actiua parat viam contẽplatiuæ. Cau.1. lenti diuinarum theoriarum celsitudine perfrui. Actio ergo sancta, beatæ contemplationi viam sternit,mentemque nostram in cellam vinariam diuinæ charitatis introducit: vt sponsi Christi beatis ad huc mortaliter viuens fruatur amplexibus, positque illud depromere, Meliora sunt vbera tua vino,fragrantia vnguentis optimis. At de istis hactenus. Eo nanque nomine à me inducta sunt,quo celeberrimi huius, quod agimus festi, euangelica, quę denarratur, historia ne sicco pede hęc transigeremus poscebat.

¶ Ad pristinum coax igitur regredien- Regressio ad propositum thema. dum nobis est, vt Augustissimæ virginis assumptionem maiestate plenam absoluamus. Hodie nanque ad æthera ascendit Mater & domina nostra, vt astet vultui Dei pro nobis,vt nostra sit solertissima patrona. Nostras enim causas actura ascendit coram filio suo, neque tædeat nos qđ absentem se reddidit nobis, quandoquidem si abest corpore,spiritu est nobis præsentissima. Quam vero glorioſum fuerit eius sepulchrum, quantaque honorificentia eius beata mors ab Apostolis, & sanctis pontificibus fuerit decorata, Dio- Sancti apostoli astiterunt virgini morienti. nysius libro de diuinis nominibus capi.3. indicat. Morienti enim ad fuisse docet virgini sacros pontifices Deo plenos, cum Hierotheo Dei loquo,summoque diuinarum laudũ præcone, & Dionysio. Et Petro excelso & amplissimo theologorum culmine,& Iacobo fratre Domini. Non me latet historiographos quosdam scriptis reliquisse suis Domini omnes apostolos diuino miraculo ascitos, vt obitui virginis interessent feretrumque eius ad sepulchrum deuexisse: vt corpus Mariæ, quod vitæ principem Deumque susceperit humaretur. Id quod diuinæ potentiæ subiacere nullus fidelium dubitabit. Si vero gestum ita fuerit,locus est hæsitationi: siquidem Dionysius quos diximus duntaxat commigranti ex hac vita virgini astitisse commemorat. Tu (si iuuat multa de istis legere) Nicephorum consule, & Li- Mariæ ætas pomanum episcopum Veronensem. Ferunt porrò annum agẽtẽ Sexagesimum in Domino obdormiuisse. Etenim.14.an- Maria anno 14.concepit verbũ Dei. nus illi voluebatur,cum verbum Dei concepit,&.15.quando peperit,& triginta & tres annos cum Christo egit,à cuius morte superstes.12.absoluit. At verò quanuis corpus sacrosanctum, quod principem

vitæ

vitæ & Deum ſuſcepit vt Dionyſianis vtar verbis humatum fuerit, vt & corpus Ieſu Chriſti, cæterum non dilata eſt illius à puluere excitatio, vt noſtrorum differtur corporum in diem illum vſque finalis iudicij. Etenim corpus eius, quod in puluere dormiebat, cito à Chriſto ad vitales ſempiternasque reuocatur auras. Siquidem ſi, vt multorum fert ſententia, ſub Domini reſurrectione multa corpora ſancto-

Mariæ corpus ſurrexit iam ex ſepulchro.

rum generalem reſurrectionem anticipa runt Matthæo inſinuante capitulo vigeſimo ſeptimo. Dixerim inſinuãte, non illorum corpora ſuſcitata eſſe (hoc enim apertè docet) at quod illa æterno victura ſurrexerint, inſinuat, vt nos in declamatione noſtra de generali reſurrectione fuſius ſupra diximus. Si ergo Patriarcharũ quorundam, & prophetarum corpora, iam re diuina cum Chriſto æterno viuunt, cur mirabimur, ſi corpus Chriſti ferum mortis ſoluto debito, continuo ad vitam immortalem excitatum fuerit. Eodem accedat ſi labem non admiſit peccati vel leui culi, & integra fuit ſpiritu, anima, & corpore, quidquod & mortis vinculis non de

1. Theſſ. 5. primeretur? Longe nanque præclarius eſt primo donari munere, quam ſecundo. Indignum enim videtur corpus inculpatum vermibus edacibus corrodendum man-

Eccle. 7. dari. Vermis nanq; impiorum docète Salomone ſupplicium eſt. At vero quę ſanctiſsima fuit & ſanctitatis mater, quî fiet obſecro, vt corpꝰ ſuum illo afficeretur ſupplicio, quo peccatorum corpora? Mortua ſanè eſt quippe ſuapte natura peccato obnoxia erat, vt reliquæ mulieres at diuina gratia ne contaminaretur eſt erepta: culpam tamen non experta, damna culpę ſenſit, vt famen, ſitim, laborem, & deniq; mortem. Moritur ergo, vt naturæ legem abſolueret, quia ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. At amplius in illam non ſæuit mors, vt ſub caligine ſua immaculatum corpus violenter detineret. Satis nãq; erat morti, virginem vita orbauiſſe. Quã obrem Chriſtus dormienti in ſepulchro aſtans matri inquit, Conſurge, conſurge, Sion. induere fortitudine tua: induere veſtimentis glorię Hieruſalẽ, hoc eſt, Excu-

Heb. 9.

Eſai. 52.

te mater mea puluerẽ, in quo iaces: conſurge iam ad vitam nõ collapſuram. Quieſcendum enim iam & feriandum tibi eſt, à laboribus multis, quos me alens, me veſtiens, me defendẽs, mihi deniq; cruci affixo cõpatiẽs tuliſti. Solue vincula colli tui captiua filia Siõ, ſolue me iubẽte mortis vincula; & indiſſolubiles nexus, quibus captiua caro tua tenetur ſepulturę cõdita. Con-

Maria ad Chriſto ad æthereũ thalamu vocat.

ſurge iã ad triũphales palmas, ad immarceſsibiles coronas, cõſurge, vt percipias regnũ meũ tibi paratũ ab origene mũdi: cõſurge, vt mecũ tãq; regina cœli ſedeas in throno meo. Iã diu eſt q cœlico'ę te expectabãt videre, & aplecti. En tibi adſunt cœleſtes angelorũ chori, & beata ſanctorũ turba, quibus comitata in cœleſtẽ vrbẽ deueharis. Quam nobis ipſe donet Chriſtus.

Matth. 25.

TROPOLOGICA DE-

clamatio ſecunda de domini admiranda transfiguratione, cuius prothema eſt.

VOX ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem, ſimul laudabunt. *Eſaiæ. 52.*

IVVS Petrus ſecunda epiſtola catholica capitulo primo transformationis Dominicę geſtum denarrans, Non enim indoctas, ait, fabulas ſecuti notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & præſcien-

tiam:ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Et Paulus apoſtolus poſteriore ad Corin.3. apoſtolos & diſcipulos Domini ſpeculatores hos eſſe cõmemorat, in hæc verba. Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginẽ transformamur à claritate, in claritatem tanquam à Domini ſpiritu. Petrus ergò Iacobus,& Ioannes primi ſpeculatores euãgelici diuinæ celſitudinis extitere denarrãte Matth.17.& Luca.9. Aſſumpſit nanq; Dominus tres ſibi chariſsimos diſcipulos, & iuga montis Thabor cum illis tenens, in nouam & inſolitam ſe mutauit formã. Nam facies eius reſplenduit tanquam Sol & veſtimenta eius candorem niuis acceperunt. Et Apoſtoli aſtantes gloriam Domini viderunt. Dixerat enim Dominus Matth.16. Amen dico vobis ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec videant filium hominis veniẽtem in regno ſuo. Et vt expendit Auguſtinus, hoc ipſum, quod Dominus pollicitus fuerat, hodie apoſtolis donat, qui vident illum glorioſum in monte. Iſtud nanque eſt venire in regno ſuo, ideſt, in maieſtate ſua, quam ipſe modo habet ſedens à dextris Dei patris. Hæc autem Domini tranſfiguratio beata miraculoſa primo aſpectu videbit, etenim corpus mortale inclareſcere vt Sol, præter legẽ naturæ eſt, imo & præter gratiæ legem. Illa nanque hoc præſtare nequit vt corpora noſtra inſtar ſolis micantiſsima reddantur. Hæc vero etiam ſi præſtabit, at opportuno præſtabit tempore quando videlicet mortale hoc quod gerimus exuamus: & immortalitatis glorioſam ſtolam veſtiamus. Corpus autem Domini quando luce cœleſti reſplenduit,& niuis demonſtrauit candorẽ, mortale erat atque paſsibile, idcirco forſitan quiſpiam ſecum reputabit, hoc Domini transformationis geſtum miraculo dãdum eſſe. Ego vero, qui credo animam Ieſu Chriſti ſimulatque conditam beatam fuiſſe, quemadmodum modo eſt, maioris duxerim miraculi eſſe animam Chriſti beatam degere in corpore non beato, quam quod corpus non beatum animæ beatæ compos, fulgeat atque micet, perinde atque beatum: ſiquidem teſtante Auguſtino in epiſtola ad Dioſcorum animæ beatitudo corpori beatitudinem præſtat. Quod ergo Chriſtus ex anima beatus, corpus tamen paſsionibus obnoxium ideſt fami, ſiti, & cruciatibus adminiſtraret, corpusque ponderoſum & non lucidum ageret, iſtud ſummi miraculi erat. Quare Dionyſius epiſtola quarta ad Caium vniuerſa Chriſti opera miraculoſa eſſe putat. Nam quod modo vultus eius ſolis inſtar reſplendeat, natiuum ſibi erat, ſic reſplendere. At vt redemptioni humanæ carnis infirmitas cederet ſuſpendit Chriſtus propriæ animæ beatitudinis naturã quæ erat vt tota reſultaret in corporis claritatem glorioſam. Voluit tamen ex altiſsimo ſuo conſilio occultæ quam interius celabat beatitudinis, ſcintillas micantes quaſdam tantiſperdum curſum humanæ agebat vitæ apoſtolis ſuis, demonſtrare. Id quod ſi ſingula Chriſti opera expendimus non obſcurè imo promptiſsimè aduertemus. Nam ex matre naſcitur, at matris pudoris honeſtiſsima clauſtra non læſit: maria calcat, at ſiccis veſtigijs: & demũ hodie niueo micat candore ſolaribus que radijs ſplendet. Quæ vniuerſa ad dotes beatas quibus corpora glorioſa erunt ornanda pertinent. Magnum ſanè & ſummè obſeruandum eſt hodiernum ſacramentum, quod oculis mortalibus immortalẽ Chriſti gloriam oſtendit: & oculis infirmis,& lippientibus, radiantiſsimam claritatem atque fulgentiſsimam demonſtrat. Et profecto maximopere magnificatur hodie humana natura, cui adhuc in carne agenti mortali, præmia quæ ſanctis exutis corporibus ſunt pollicita referantur. Tres nanque Chriſti apoſtoli, & Moſes, & Elias totius humanæ naturæ nomine, præmia hæc quoad licuit in proſpectu habent: nam diuinæ gloriæ oculati teſtes adſiſtunt. ¶ Legimus præterea in Exodo vigeſimo

Petrus Iacobus & Ioannes primi ſpeculatores Chriſti celſitudinis.

Grande miraculum eſt animã beatam Chriſti fuiſſe in corpore nõ beato.

Matth.11. Mar.6. Matth.17. Luc.9.

Quod corpus mortale clareſcat eſt præter legẽ naturæ & gratiæ.

Magnificata fuit humana natura ex Dñi trãſfiguratione.

geſimo quarto. Et habitauit gloria Domini in monte Synai, & erat gloria Domini quaſi ignis ardẽs, in conſpectu filiorum Iſrael. Veruntamen hodie in monte Thabor apparet gloria Domini, non tanquam ignis ardens, ſed tanquam ſol ſplendens: in conſpectu Apoſtolorum & Moſi & Eliæ. Illa prior gloria domini deterrebat filios Iſrael: hæc autem Chriſti gloria, non terret ſed mulcet, & allicit. Filij Iſrael aiebant deterriti, Loquere tu nobis, ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. At vero Petrus quid ait? Domine bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hîc tria tabernacula, illa prior gloria ſub ſpecie ignis ardentis ſe promit, hæc poſterior ſub ſolis ſpecie viſibus ſe inſinuat: equidem vt in priore ſe vindicem Dominus proteſtaretur, in poſteriore vero beneuolum hominibus & miſericordem. Solis nanque vultus iucundus, & lætus, ſpectantibus offertur: contra vero ignis ſeminacem & ad combuſtionem paratum eſſe oſtendit. Legimus quoque faciem Moſaicam transformatam ex diuinitatis conſortio. Nam tanquam cornutam ſuam demonſtrauit Iſraelitis faciem, poſt quadragenaria cum Deo colloquia. Quod vero audis cornutã Moſaicam faciem non exiſtimes cornua geſtaſſe, inſtar boum, aut armentorum, at eò cornutam apparuiſſe deſcribitur, quia radijs fulgentibus vndique Moſaicus micabat vultus. At in Moſe extabat hoc miraculi ſtupendi, quod tanto fulgore fulgeret, quanto filij Iſrael non poſſent in vultum illius intendere, niſi velamentum claritatis temperaſſet micantiſsimos radios. At vero (vt prædiximus) Chriſtum hodie clareſcere nullius miraculi eſt, vt neque quod veſtimenta eius niueos oſtenderent candores. At vero obſeruandum interim eſt Moſi vultum claruiſſe eximia claritate, porrò veſtimenta illius canduiſſe memoriæ proditum non eſt. Nempe quia Moſes famulus eſt, Chriſtus vero Dominus. ad Hebræos tertio. Ideo lucet Chriſti facies, albicant illius veſtimenta, lucet ipſe quia autor gloriæ eſt. Albeſcunt vero Chriſti veſtimenta, quia eccleſia catholica, quæ eſt tanquam Chriſti veſtimentum. Eſai. 49. ad gloriam, & claritatem ſanctorum, ex Chriſti præſidijs eſt deferenda. Et quemadmodum clarior eſt lux ſolis, q̃ niueus candor tametſi oĩs candor lucis eſt participium, docente Ariſtotele libro de coloribus, apud quem etſi colores omnes, lucem ſapiant vt iubeum pallidum, viride &c: at candor vehementius ſapit lucis naturam. Ita caput eccleſiæ, quod Chriſtus eſt, vberrimam ſortitus eſt Dei claritatem, & per eſſentiam lucet ſuam, & membra omnia de plenitudine eius accipiunt. Cõmodè igitur denarratur faciem Chriſti ſolis inſtar fulſiſſe: cæterum veſtimenta non ſolari luce, at niueo fuiſſe perfuſa candore vt diſcrimen diſcas capitis, à membris ſuis.

¶ Iam vero nõ illud peruium eſt, cur Chriſtus Moſem, & Eliam ab altero euocat ſeculo, vt teſtes ſuæ gloriæ faciat. Nam de apoſtolis innumerato habebis forſitan reſponſionem, hos, vt ſibi chariſsimos ad ſpeculandam ſuam gloriam promotos fuiſſe. Iſti enim erant veluti columnæ apoſtolicæ, aut vt cum Paulo ad Galatas tertio verius dicam columnæ eccleſiæ: ideo hos ſibi ſuæ gloriæ teſtes fecit Chriſtus. Neque putes hunc Iacobum eſſe Alphæi quem fratrem Domini ſcriptura cognominat. Hoc enim commentum Matthæus capitulo decimo ſeptimo facile pãdit eſſe. Aſſumpſit, ait, Petrum & Ioannem, & Iacobum fratrem eius. Porrò Ioãnes & Iacobus Zebedæi filij erant. Matthæi capitulo vigeſimo. Petrus autẽ quia paſtor Chriſiani gregis œcumenicus eleꝯ proximè fuerat Matthæi capitulo decimoſexto. Idcirco Chriſti claritati teſtis inter fuit. Paſtores eccleſiæ nanque, doctores, oportet eſſe cœleſtium ſecretorũ: ideoque primario poſt Chriſtum paſtori Petro tantum non erat celandum myſterium. Ioannes verò aquilæ inſtar in arduis

Exod. 20.

Exod. 34.

Cur reſplenduit Chriſti facies & veſtimenta illius albicabant.

Cur mortuũ Moſem & viuũ Eliã Deꝰ vocauit ſuæ gloriæ teſtes

Cur Petrus teſtis interfuit Chriſti claritatis itidem & Ioannes & Iacobus.

diuinitatis receſsibus collocauit nidum ſuũ: ideo Chriſti transformationi aſtat:& Iacobus deniq́ue. Nam qui apoſtolorum primus cruore fuſo ſuo fidem Chriſti erat teſtaturus,æquum erat, vt vehementius animaretur à Domino,quã cæteri apoſtoli & nulla maior animatio quam laboris præſentis immortalem futuram cernere palmam:quam futuram in vertice locatus montis Thabor iam ante venturos agones cernere incipiebat. At vero cur Moſes,& Elias,non cæteri patres ad verticem montis viſuri Domini maieſtatem vocantur:cur Dauid,& Abraham, quorum tanta in diuinis oraculis ratio habetur, non vocãtur in teſtes perſpicuum a m dum non eſt. Credidit autem Auguſtinus libro de mirabilibus ſcripturæ Moſem rediuiuo corpore acceſsiſſe cum Elia: vt Chriſti gloriam contemplaretur. Elias tamen viuus à paradiſo reuocatur,in vero q́ue corpore viuens, Chriſtum aſpexit glorioſum. Itidemq́ue affirmat de Moſis corpore,at vero celebri peracto myſterio vita functum fuiſſe. At vero liber iſte autoritate laborat, quia nothus creditur, & non verus Auguſtini liber. Quam obrem conſultius dicemus,animam Moſi, ab inferis ideſt à Patrum limbo ad noſtra Deo iubente reuocatam fuiſſevt anima Samuelis ſub Saule. Aſſumpto igitur phãtaſtico corpore, vt angeli ſibi aſſumunt ſimilia corpora, quando hominibus viſibiles ſe faciunt:Moſes Chriſto aſtitit cum Elia. Moſes autem ad hoc obeundum munus à Deo eligitur. Quippe huic iam olim à Domino promiſsio erat exhibita poſteriora mea videbis. Contendenti enim à Deo, vt vultum diuinitatis palam faceret ſibi, facies illi diuina negatur at poſteriora Dei illi promittũtur, videnda.Id quod Domino transformato abſoluitur: ſiquidem Chriſti naturam humanam Moſes cernit:at vero natura humana Chriſti poſteriora Dei ſunt:etenim diuinitas,Chriſti partes primas tenet. Quid quod Moſes Hebraicæ gentis dux fuit primus, & legiſlator, & qui primus de venturo Chriſto diuina tradidit oracula ? Ob idq́ue penes Moſem ſumma fides erat diuinarum rerum, adeô, vt Hebræorum plęriq́ue prophetas ſpernerent. At Moſis ſcripta ideſt pentatheucon nullus extat qui non ſuſpexerit:& Samaritæ qui velut ſciſmatici reputabuntur à Iudæis, Moſaicos tamen eximio cultu colebant libros. Quã obrem hic aſciſcendus erat, vt Chriſti gloriam videret. Adde Manſuetiſsimum fuiſſe Moſem,ſtrenuumq́ue aſſertorem proli xæ ſeruitutis Iudæorum apud AEgyptios. Quibus accedit in Moſe baptizatos Iudæos Paulum prima ad Corinthios decimo tradidiſſe, quia ſub Moſe traijcientibus Hebræis mare Rubrum,baptiſmi gratia adumbratur. Quæ ſubmergit Pharaonem,ideſt,Satanã cum curribus,& equitib⁹ ſuis:& ſeruat veros Iſraelitas ne cũ hoc mundo damnẽtur. Elias verò ad ſpectandam Chriſti gloriam Moſem ſociat, vt Ambo Chriſti transformationis teſtes aſſiſtant. De Elia nanq́ue proditum eſt. Surrexit Elias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius tanquam facula ardens fuit,igitur prædicator diuini verbi eximius. Quã obrem rationi conſentaneum erat vt diuini verbi magiſtro, & præcipuo præconi teſtis adeſſet. Nam ipſemet Chriſtus diuini ſermonis efficaciam inſinuans ait, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat. Quibus adde Malachiã capitulo quarto Moſem, & Eliam iunxiſſe,tanquam indignitate conſortes. Memẽ tote(ait)legis Moſi ſerui mei, & poſt hæc ſubdit,Ego vobis mittam Eliam prophetam. Aduentante nanq́ue die iudicij Elias veniet, vt in declamatione noſtra de die illo abundè commemoratum eſt. At par eſt,mea ſententia,& ſatis rationi conſentaneum,vt is,qui Antichriſto repugnaturus eſt accerrimè,verum Chriſtum ſe vidiſſe veraciter tunc fateatur, vt tanquam teſtis oculatus,cum Ioanne aſſerat,Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris &c.Et demum raptus eſt Elias in curru igneo,

Cur Abrahã cur Dauid cur cæteri hoc genus patres non interfuerũt transfiguratioñi.

Moſes non ſurrexit ſed anima eius à limbo venit.

Exop. 33.

Poſteriora Dei ſunt natura humana.

Eccle. 48.

Lucæ. 4.

Cur Elias teſtis fuit trãs figuratiõis. 1. Ioan. 1.

4.

neo,in paradiſum(vt fert Aug. ſententia) & morti hactenus non ſuccubuit,vt mortalium cæteri.Expediens igitur erat,vt Elias ſingulariſsima hac dote donatus, maieſtatis Chriſti ipſe quoque teſtis fieret:vt ita Dominus fulgeret diuina gloria, inter duos præcellentes patres exiſtens medius Alterum quidem mortuum, alterum vero viuum.Chriſtus nanque iudex eſt viuorum,& mortuorum:cuius itidem mors & viuis,& defunctis profuit:& prodeſt & ꝓderit.Etenim à morte limbum penetrans animas ſanctorum ſuæ diuinitatis luce irradiauit. Matth. 11. Lucæ.7. Ioannes porrò Baptiſta, quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, quippequi iam diem ſuum egerat, tantæ rei gerendæ non inter fuit. Hic enim munus ſuum iam abſoluerat,digito demonſtrans mundi ſcelus auferentem. At quid eſt, quod lucas ait Moſem & Eliam viſos in maieſtate?nempe quia ex immenſa Chriſti claritate,ipſi qui aſtabant tantæ claritatis ſplendorem reflectentes,etiam eximiè fulgebant. Colloquebantur autem cum Chriſto: quale autem colloquium fuerit, Lucas commemorat.Quippe de exceſſu ideſt de Domini morte ſermo apud illos erat. Exceſſus nanque inter alia mortem elegantiſsimè denotat. Porrò digniſsimè profecto de exceſſu Chriſti vertitur ſermo,qui erat mortalium omnium præſentanea ſalus futurus. Neque ſolum veteris inſtrumenti adeſſe voluit ſuæ tranſfigurationi ſed,& patres noui Petrum Ioannem,& Iacobum protulit in teſtes:& noua produxit Dominus de theſauro ſuo,& vetera inſtar docti ſcribę. Quare ait. Matthæ. tres illos diſcipulos ſæpè cõmemoratos aſſumptos fuiſſe à Ieſu duxiſſeque illos in montem excelſum. Eſt autem mõs hic ille,quem Pſalm.67.denarrat ibi de albabuntur in ſelmon.Mons Dei mons pinguis,mons coagulatus:vt quid ſuſpicamini montes coagulatos ? Selmon quidem mons niuoſus eſt in ditione Iſraelitica. Et germanè ſatis hũc montem Thabor(quẽ hodiernum conſecrauit myſterium Dauid ſubnotat: vbi Chriſti veſtimenta facta ſunt alba, ſicut nix. Hic eſt Mõs pinguis. Quid enim pinguius beatitudine, qua hodie mons iſte clareſcit, & nitet?Coagulatus mons rurſum eſt mons hic,non ex populorum frequentia, quippe ſex aderant monti duntaxat viri: at coagulatus ex ſanctorum angelorum celebritate.Angelinã que & animam Moſi illò deduxerunt, & Eliam à cœlo ideſt paradiſo, quò verticẽ montis cũ Chriſto tenerent. Ad hæc quoque coagulatus mons eſt hic,quippe in eo cœleſtis micat gloria, legis zelo ardet, & legis latione floret,nempe quia Chriſto potitur,Moſe ornatur,& Elia fruitur.Rurſum ibi fulget euangelica fides in Petro rutilatque ex flammigera in Chriſtum charitate ſcientiæque diuinæ ſublimitate,in Ioanne & demum nobilitatur nõ modicè ex patientia, & fortitudine ſpirituali per Iacobũ.Hæc ſunt,quæ confertim & vberrimè hodiè hunc exornant montem. Quibus in ſpirituali vita nihil eſt ſplendidius,nihil eſt pinguius,nihilque eſt coagulatius.Et demum futuræ ſanctorum beatitudinis clarum ſpecimen nobis mons hic demonſtrat. At beatitudo teſtante luca menſura,plena,conferta & coagitata eſt. Iam vero cur ſuſpicamur alios mõtes præter hunc coagulatos eſſe quandoquidem alios coagulatos non inuenias? Proferam tibi ſeculi montes,quos mortales anxij cõſcendere curant,quales ſunt diuitiæ honores,& poteſtates. Quæ ſanè omnia veri & ſolidi coaguli habent nihil.Nam præterit figura huius ſeculi. Ad hunc montem fratres in Domino dilectiſsimi innocentes manibus aſcendunt, & mundicordes, qui non acceperunt in vanum animam ſuam, neque iurauerunt doloſè proximo ſuo. Procul abeſte igitur profani, & ſacrilegi, procul qui peccata peruicaci amatis animo: non eſt vobis portio in monte iſto, vbi beatitudinis futuræ ſanctorum, ſpecimen exhibetur,vbi radij fulgentiſsimi diuinitatis micant, vbi Chriſtus ſuis clientulis Prophetis,atq; apoſtolis regniq; æter-

Ex Chriſti aſsiſtentia Moſes & Elias fulgebant etiam.

Matth.13.

Matth.17.

Mõs thabor mons pinguis.

Chriſti claritas legis auctoritas,diuinus zelus fides charitas patientia exornauerunt montẽ Thabor.

Lucæ.6.

Pſal.23. Qui aſcendunt montẽ cũ Domino

ni ſpem mortalibus donat. ¶At expende mecum quale hoc eſt, quod dudum dicebam ſpecimen. Et ex Petro diſces ſi ignoras, qui ex tanta maieſtate ſuſpenſus, Bonum (ait) eſt nos hîc eſſe: faciamus tria tabernacula tibi vnum, Moſi vnum Eliæ vnum, neſciens profecto, quid diceret expe-
Lucæ.9. gefactus à ſomno qui illum, & ſocios apoſtolos profundè demerſerat. At cur Lucas ait de Petro, Neſciēs quid diceret, ſiquidē
Lucas expoſitur. optima ſibi Petrus petebat? Nempe quia beatitudinē illā, quā Dñs manifeſtauerat, hoc ſeculo eſſe potiēdā Petrus arbitrabat: cū tñ ſecus reſe habeat. Non em̄ huius ſeculi ſunt ſctōrū præmia, ſed futuri. Sed
Pſal.35. qd ò Petre ſorbitiuncula æternæ beatitudinis te inebriat? Quid mō erit qñ ipſe torrens diuinæ voluptatis te totum imbuit? Si vna gutta fœlicitatis te adeò imbuit, & explet, vt nihil aliud velis, niſi ī terreno habitare cum patribus monte, quid erit modo, quando ipſa beatitudo tota te totū implet. Si nunc in ſuburbijs cœleſtis patrię adeò delectaris, ò Petre vt iam cætera faſtidias vniuerſa, q̄ faſtidies illa mō, qui iā
Eph.2. ciuis es ſctōrū & eximius domeſtic⁹ Dei? Porro mi Petre, ne feſtines ad poſsidendā palmā, ne tā cit⁹ ſis ad arripiēda p̄mia pau-
Ioan.21. Lucæ.24. liſper greſſus preme: nā crucē ſubibis primo, alter te cinget primo, & ducet quo tu nō amas. Oportet te primū cū Magiſtro tuo Chriſto pati, & ita demum ſanctorum penetrabis gloriam. Si fœlicitatem futuram anxiè amas, noli Chriſtum diu in hoc monte gloria reſplēdere, imò potius, hoc ama vt diuinos tegat Chr̄s ſplendores, vt
Matth.16. deniq; crucis patibulo affigi poſsit. Biendus eſt nanq; tibi primum calix Domini, quam ſedeas cum Chriſto in regno patris eius. Accepiſtis iam ſi tamē rectè obſeruaſtis, quā hucvſq; diximus glorioſam Dñi trāsfiguratione. Quæ ſex diebus poſt beatā Petri cōfeſsionē Matt. 16. geſtā eſſe ad-
Poſt beatā Petri cōfeſſionē. 6. die bus Dominꝰ trāsfigurat. uertimꝰ: tametſi Lucas poſt dies octo illā denarret factā fuiſſe, nullā tñ eſſe colliſionē credę Lucę cū Matth. Lucas nāq; adnumerat diē, quo diuinitatē Chr̄i eſt faſſus, Petrus, & diei partē, quo dñs nouā gloriæ ſuperinduit formā. Vtitur enim ſynecdoche ſacer Lucas. Nā fortaſsis Dñs glorioſus apparuit veſpere: quippe nouiſsima ex pectanda eſt beatitudo, & illius diei mane cōnumerat in diē: vt verè dicas poſt dies octo. Iſtis iam peragratis de Dñi glorioſa trāsformatione, ſupereſt iam aliā transfiguratione inmediū producere, nō equidē glorioſam, imò miſerā ſatis. Paulus enim ne longius nobis eundū ſit, vt teſtes huius rei faciamus, poſteriore ad Corint. c. 11. Satanam ſe trāsformare in angelū lucis diſertè docet. Et non ſolum ille transfiguratur quin etiā & miniſtri eius. Et quid, num iſti ſolum, ſeſe transfigurāt, nō arbitror. Vniuerſa nāq; mundi bona nihil nobis imponerēt niſi ſe trāsformarent. Fallimur nāq; recti ſpecie: & inſtar Gabaonitarū viſibilia bona nouā ſibi affingūt formā, ex qua mētes nr̄as ſubtilius & facilius ineſcāt: blā diūtur enim nobis tāquā nō peritura. Qd̄ vt explorati⁹ habeas pete ab hæreticis obſecro, cur hæreſim amāt ſuā cōtinuo tumidi reſpōdebūt, nō ſe hęreſim amare, ſed verā fidē tenere: pete ab auaris, raptoribus, mechis, & id genus, cur hæc amatis infœlicia bona? imò cōtradicēt fœliciſsima eſſe. Vides ne quā adulterina, quam ſophiſtica ſunt bona hæc, quæ ex blādo vultu lenocinātur, & ex fallaci amplexu nos ſtrāgulāt. Nullus em̄ eſt Dionyſio docēte, qui operetur, ad malū ſpectās. Quidā enim ex delectatione viſibiliū ineſcātur à Satana, alij ex vtilitate, præſentiū bonorū alij ex ficta virtutis honeſtate. Chr̄s igitur ſe trāsfigurās minimū erat, qd̄ oſtēdebat glorię, ſi ad illā vēturā cōferatur. At mūdus & diabolus, & caro, ſe trāsfigurāt vt lōge plura ſunt quæ p̄mittūt, q̄ quæ exhibēt. Et ſicut lapidarios lapillos peregrinos fallaciter vēditātes, reperias, qui vitrū fucato tingūt vinore, vt ſmaragdū referat: & pro ſmaragdo, vēdūt qd̄ alioq̄ vitrū eſt, ex colore ſmaragdū mētiēs: ita viſibilia bona quia p̄ſentis boni colore ſunt tincta nobis imponunt. Tūc deniq; ſuā, quā condūt fallaciā retegunt,

Tolliturcollifio ſcripturæ.

Trāsfiguratio miſera qualis.

Ioſue.9.

Viſibilia bona ſe transformant.

Trāsfiguratio ſeculi fallax eſt.

Bella collatio viſibiliū ad inuiſibilia.

Locus Salomonis exponitur.

gunt, quãdo inſtar fumi euaneſcent. Sũt nanque hæc, quæ palpamus bona, mulieris illius inſtar, cuius in Prouer. Salomon capitul. 7. meminit. Occurrit, ait, illi mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas. Id quod nos abundè iam ſuperioribus declamationibus diſſerui-mus. Porrò ſi cum Domino Ieſu transfigurari animo nobis eſt, illud Pauli obſeruemus, in primis oportet vt exuamus veterem hominem cum actibus, & concupiſcentijs ſuis, & induamus nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt. Hæc ſanè eſt Deo quam gratiſsima metamorphoſis, quæ hominem in Deum conuertit. Qui enim hoc transformãtur modo Dij ſunt, & filij excelſi omnes. Legimus Dauidem Achim regem timẽtẽ, ſuos immutaſſe vultus, vt incolumis euaderet. Et defluebant ſaliuæ per Dauidis barbam, vt ſtultus putaretur, qui alioqui erat ſagaciſsimus. Quam quoq; transformationem ipſe Paulus probat. Inquit enim, Siquis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Habet nanq; fides Chriſtiana ſuã apud homines ſtolidos ſtultitiam, coram Deo alioqui prudẽtiã ſummam. Credere enim, quæ oculus non vidit, neq; auris audiuit, & demum illud certò credere quod cum ratione natiua & germana pugnantiſsimum videtur apud infideles ſtultitiæ datur. Qua de cauſa fides cachinnis, infidelium patet. Habet ſpes etiã ſuam ſtultitiam apud mundanos homines, ſiquidem præſentia, & quæ manibus contrectamus noſtris negligenda docet, vt ad inuiſibilia aſpiremus, vt deniq; charitas, quæ obnixè monet homines capitales etiam inimicos amore proſequendos ſuam etiam apud in ſipiẽtes ſtultitiã habet. At Paulus monet vt ſtulteſcamus. Et quid eſt ſtulteſcere niſi falſam ſeculi exuere ſapiẽtiã & in nouã ſecundũ Deũ ſapientiã nos trãsformare, vt trãſformati Deo grati ſimus? Abijciamus igitur diligentiſsimè opera tenebrarum & induam⁹ cũ Chro lucis arma, quæ ſunt vera Chriſti fides, vera ſpes, veraq; charitas. Et hoc cœleſte indumẽtũ, eſt ſpiritus forma quæ hominẽ ex carnali trãsformat in ſpiritualẽ & veterẽ transfundit in nouũ. Nã animalis homo non ſapit quæ Dei ſunt. At vero qui hãc adepti ſunt fœlicem trãsformationẽ ex Chriſti, qua hodie reſplenduit, claritate, in mentibus ſuis noua quædã alia claritas diffultabit, vt ita in imaginẽ filij Dei trãsformentur. At vt Chri claritas ĩ nobis diffultet terſam oportet vt geramus cõſciẽtiæ nr̃æ faciẽ. Corpora nãq; terſa & polita, qualia ſunt ſpecularia, nõ ſolũ recipiũt claritatẽ, quinetiã tãta reſplendẽt, quanta ſolis in oculos intuẽtiũ radios fulgidos vibrent. Omnes igitur fideles lucẽ huius veri ſolis excipiunt. Fidẽ nãq; orthodoxã habẽt. At nõ lucet fides Dei, nõ ſplẽdet in cordibus fideliũ multorũ: quippe nõ deterſam, & emaculatã mẽtẽ ferũt. Accipe ſpeculũ ſi ſordibus eſt infectũ nõ ſe transformat in ſolẽ, cui eſt obiectũ. Atſi emũdaueris ſpeculũ in obiectas ſibi facilè ſe trãſmutabit formas. Quãobrẽ qui amat in Chriſtii ſe transformare claritatem ſedulo ſtudeat mẽtem ſuã à culpis detergere & illud Eſaiæ ſtudioſe implere: lauamini, mũdi eſtote, auferte malũ cogitationũ veſtrarũ. Tũc demũ in imaginẽ Chri trãſformaberis, ſiquidẽ diuina filiatione potitus hæreditatis æternę compos itidẽ eris. Vbi nõ quibuſdã tm̃ ſtillicidijs beatitudinis irrorabunt̃ ſancti, vt modo Petrus, cæteriq; patres irrorãtur ſed ex ipſo torrẽte diuinitatis mẽtes beatæ explebũtur. At vero torrẽtẽ ſcriptura vocat, immẽſa ſancto rũ gaudia, quæ alioqui maria erãt appellãda. At vtitur tapinoſi, oratorio tropo ideo ſermone humili præmia grãdia ſanctorũ explicat, quæ nobis Chr̃s ipſe donabit dubio procul ſi illũ trãsfiguratũ cũ Paulo referamus, qui ſtigmata Dñi in corpore ſuo portãs clamat, Viuo ego iã nõ ego: ſed viuit in me Chr̃s. Si ergo formã Chri nouã, habere deſideramus veterẽ noſtrã exuamus, & tum demum in mõte cœleſti pinguiſsimo & coagulatiſsimo cum ſanctis Dei Chriſtum intueri promerebimur.

Ad Ephe. 4. Ad Colo. 3.

1. Reg. 21.

Ad Ephe. 4. Coloſſ. 3. 2. Petr. 1. 2. Corin. 3.

Gala. 6. Rom. 12.

2. Corin. 3.

Obſeruãda cõparatio

Eſa. 1. Rom. 8.

Eſai. 1.

Matth. 17.

Tapinoſis ĩ ſcriptura.

Ad Gala. 6. Ad Gala. 2.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 53.

Vaticinium de Chriſti paſsione.



Vis credidit auditui noſtro?[a]) Præceſſerãt multa de Chriſto magnifica præconia, capitibus ſuperiorib', hoc autem cap. lugubria & triſtia ſatis de paſsione Chriſti denarrat, quæ primo ſi cernantur aſpectu, à ſuperioribus diſsidere videtur. Ideo legitimo exordio rem aggreditur, *Quis credidit auditui noſtro?* Quis, inquam, tantam Chriſti, quantam prædiximus gloriam cum tanta ignominia putabit quantam efferemus ſociandam? Et eſt hebraiſmus pręteritum pro futuro, credidit, ideſt credet. Et eſt itẽ hebraiſmus auditũ vſurpare pro re audita, & prædicata, vt viſio pro re viſa. Vt primi cap. dilucidatio te docebit. Iam olim præſentiebat vates infidelium petulãtiam, vnde & conquerebatur dicẽs, *Quis credidit auditui noſtro?* vnde. Et Paulus aiebat, fidem Ieſu Chriſti Iudæis quidem ſcandalum eſſe, gẽtibus verò ſtultitiam. Quod vero ad Chriſti myſteria cap. huius ſit deferenda intelligẽtia, Apoſtolica geſta haud dubiũ indicãt. Etenim eunuch' ille caput hoc lectitãs, hæſitat ex quodam loco huius capitis. Tanquã ouis ſcilicet ad occiſionẽ ductus eſt. Hęſitabat ſanè, cui Prophetarum erat aptandus locus hic. Et Philippus Apoſtolus, de Chriſto ſubaudiendum locũ hunc docet Eunuchum. Ioannes quoq; Euangeliſta infidelitatem exprobrãs Iudæorum, cap. huius initium induxit, vt ſermo ait Eſaiæ impleretur. Domine quis credit auditui noſtro? Et Paulus idem actitans negotium. Non omnes, inquit, obediunt Euãgelio. Eſaias enim dicit, Domine quis credidit auditui noſtro. At adiectũ eſt nonnihil à Ioanne, & Paulo verbis Eſaiæ, ſcilicet, Dñe, quod Eſaias non ſcripſit. Id quod declarationis maioris gratia adiecerũt. Quidquod ipſi quoque ſacri autores erãt, qui ſcripturam nouam condiderunt. Quamobrem retento ſenſu verba variant: at illorum variatio etiam diuina ſcriptura eſt. Porrò quid eſt ò Eſaia, qđ querimonias has texis? quod Euangelicæ prędicationi rari ſunt, qui morigeras prębeant aures? Fides enim donum Dei eſt, atqui diuina in humana nõ iacẽt poteſtate. Quippe illa diſtribuit Deus, pro ſuo arbitratu. Quod igit quidã credãt diuini erit muneris: qđ vero alij nõ credãt, putabit quiſpiã nõ eſſe illis ſuccenſendũ: qm credere diuini doni eſt. At verò iuſtiſsimę vatis noſtri ſunt querimoniæ. Etenim Chriſtus in orbẽ noſtrũ veniẽs, ſi nõ feciſſet opera, quæ nemo alius fecit, excuſationem infideles haberent. Iam vero nullam habent prorſus: quia venit ipſe lux in mundum & dilexerunt homines tenebras, & lucem ſpreuerunt. ¶ *Et brachium.* b) Quod Chriſtus brachium Domini appelletur in ſcripturis ſuperius commoſtratum eſt, quærit Eſaias nunc cui reuelatus ſit Chriſtus? Etenim ſi conferas fideles infidelibus, exigui numero ſunt. Iob quoque capitulo vigeſimo octauo, fere eundem cum Eſaia lapidem mouet, de inueſtiganda agens ſapientia. Solerter enim eo loco exquirit vbi nam ſit ſapientia inuenienda. At, ait aliquis, Quorſum tanta inquiſitio quandoquidem ipſa teſtatur ſapientia, Patrem nemo nouit niſi filius, neque filium quis nouit niſi pater, aut cui voluerit filius reuellare. Si ergo ſolus filius reuelat exquiri non poteſt: imo exquiri põt, ſiquidẽ Chriſtus iã reuelatus eſt p Prophetas, & Apoſtolos. Quę igitur illi de ſumma Dei ſapiẽtia con-

> Quis credidit auditui noſtro?[a] & brachium [b] Dñi cui reuelatũ eſt?

Hebraiſmi notandi.

1. Coriat. 1.

Actor. 8.

Cap. 12

Ioan. 12.

Roman. 10.

Ioan. 3. Ioan. 5. Ioan. 15.

Colliſio apparens tollitur.

Lucæ. 10.

tia conſcripſerunt, illa ab hominibus ſcru
1. Timo. 2. tari & indagari poſſunt, diuina tamen opitulante gratia, quæ vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis. ¶ *Aſcendet.*[a]) A natiuitate Chriſti ſibi gradum ad denarrãdam paſſionẽ parat. *Aſcendet*, inquit, *ſicut virgultum.* Tranſlator noſter nõ literam ſed ſenſum vatis expreſsit. Non em̃ habet aſcendet, ſed aſcẽdit. At quia præteri ta pro futuris vſurpantur tranſtulit, Aſcẽdet. Nam virgultũ quando exoritur aſcendit cœlum verſus. Chriſtus aſcẽdit quoque ſemper: quippe qui peccatũ non fecit. Verũ aſcẽdit de terra ſiticuloſa, & ex humana opera inculta. Nanque ex ſacra editus eſt virgine, quæ non ſemine virili irrigua, (vt cæteræ fœminæ), ſed obumbrante Spiritu ſancto Chriſtum nobis edidit. Porro Aquila vertit de terra inuia, & concinit ſatis tranſlatio hæc virgini, quæ fuit inuia peccato, & viro, quia virum non cognouit. ¶ *Non eſt ſpecies.*[b]) Qui ſpecioſus erat præ filijs hominum, tormentis, & morte adeo fœdabitur vt priſtino decore orbetur. ¶ *Vidimus.*[c]) Ideſt, cruore ꝓprio ſuffuſum, & clauis cõfixũ, vidimus: & nõ eſt vnde deſideremus illius ſpectare vultũ. Etem̃ dolorẽ excitabit tam ſpecioſi viri tam triſtes cernere vultus. Negatio itaq; illa nõ erat aſpectus, etiam ſupra verbum, deſiderauimus, ſuam vim ꝓducit. Vt ſenſus hic ſit. ¶ *Non erat ei aſpectus, & nõ deſiderauimus eum.*[d]) (Vt prius ſubaudi.) Illius enim allecti pulchritudine videre deſiderabamus. Memẽto præterita pro futuris vſurpare & iuxta hũc ſenſum pũctũ integrũ affige ad verbum, *deſiderauimus.* Et ſubditur. ¶ *Deſpectum & nouiſſimum virorum.*[e]) Ideſt qui fuit deſpectus & reiectaneus inter homines. Sin verô affirmãdo legimus deſiderauimus, conſtruitur verbum cum accuſatiuis ſequentibus deſpectũ, & nouiſſimum. Hoc em̃ Iudæis maximo erat deſiderio Chriſtum abradere de terra viuẽtiũ. ¶ *Virum.*[f]) Chriſtus egregiè à vate vir dolorum cognominatur, & ſciens infirmitatẽ. Etem̃ ipſe ꝑ Hieremiam clamat, O vos omnes qui trãſitis perviã attẽdite & cõſiderate, &c. Infirmitas porrò hoc loco nõ morbũ, aut debilẽ Chriſti cõplexionẽ extitiſſe ſignificat: ſed infirmitatis erat fameſcere eſurire, cẽdi, & tormentis affici. In quẽ modũ & Paulus loquitur de Chriſto, Crucifixus eſt, ait, ex infirmitate. Et rurſum, In infirmitatibus meis gloriabor, ideſt laboribus, quos Chriſti gratia hauſerat. Scire igitur infirmitatem, eſt experiri miſerias noſtras, quas Dominus eſt expertus. ¶ *Et quaſi.*[g]) Paſsiua pro actiuis lege. Quaſi dixiſſet colaphis, ſputis, ſanguine, cõma culabũt faciẽ eius, talẽq; illius formã vultus reddẽt, vt abſcondãt homines, & auertãt ſemetipſos, ne vultũ illius conſiderent, ideſt, auerſabũt illũ reſpicere, ne immẽſo dolore torqueant. Sũt qui referãt ad Chriſti diuinitatẽ, q̃ occultauit vt tortorib⁹ ſuis cederet. ¶ *Verè.*[h]) Diuus Matth. cũ de curatis quorũdã morbis incideret Euãgelicus ſermo, hũc cõuexit. Eſa. locũ. Non tamen ſubinde intelligendum credas, eò Dominum veniſſe, quò cæcos illuminaret, & claudos reſtitueret. Imo hęc interim exercuit miracula Dñs, vt ad ſanitates animi conci-

Et aſcẽdet[a] ſicut virgultum corã eo, & ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies[b] ei, neque decor: & vidim⁹ [c] eum, & non erat aſpectus, & deſyderauimus eũ: [d] Deſpectum, & nouiſſimũ virorũ,[e] virũ [f] dolorũ & ſciẽtem infirmitatẽ: & quaſi[g] ab ſconditus vultus ei⁹ & deſpectus, vnde nec reputauim⁹ eũ. Verè[h] lãguores nr̃os ipſe tulit, & dolores nr̃os ipſe portauit

Threnor. 1. Infirmitas quid in ſcriptura.

2. Cor. 12.

Matth. 8.

conciliandas nobis viam ſibi pararet. Vnde ſancti plæriq́ue credunt, quos Dominus corpore ſanauit, etiam mẽte eoſdem bene valere feciſſe. Tametſi hoc intellectum velim de ijs duntaxat qui diuinæ inſpirationi internè ſalutem animi molienti, nõ obſtiterunt. Id quod dixerim: lego etenim de ce leproſos à lepra diuinitus abſterſos: at vnus ſolũmodo grates egit medico.

Oẽs quos Chriſtus ſanauit exterius etiã interius ſanauit quomodo ſit intelligendum. Lucæ. 17.



& nos [a] putauimus eũ quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatũ. Ipſe [b] autem vulneratꝰ eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina [c] pacis noſtræ ſuper eum, & liuore [d] eius ſanati ſumꝰ.

Satis erit bonã partẽ à Domino exterius curatorum, etiam internæ medelæ operam accepiſſe. Nanque qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos, etiam & iuſtos cæcos & iniuſtos illuſtrare poterat. Neque neruoſa eſt connexio, illuſtrauit carnis oculos, igitur & mentis: at piam eſſe connexionem quis inficiabitur niſi deſipiat? Diuus autem Petrus. 1. catholica. capitulo. 2. locum hunc expoſuit dicens Chriſtum pertuliſſe peccata noſtra in corpore ſuo. Iſtud enim eſt, quod Eſaias ait verè languores noſtros ipſe tulit: quia ſupplicia peccatis noſtris debita ipſe pertulit, in corpore ſuo. Neque diſsidet Paulus. 2. ad Corinth. 4. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Quale enim hoc eſt quod ait Deo autore Chriſtum peccatum eſſe, niſi hoſtiam eſſe ſaluberrimam pro peccatis noſtris?

Patrꝰ Eſaiã expoſuit.

Pſalm. 68.

Nam quæ nõ rapuit ipſe exoluit, crucem & mortem ſubiens. Iſtud eſt quoque epiſcoporum ſcire gregis infirmitatem, vt illi vel condoleant, vel prouideãt. Languores itidem non alienum eſt ab Epiſcopis Chriſtianæ plebis portare. Nam ſi fratrũ eſt, vt alter alterius onera portet quid qđ pater filiorum onera portet, & paſtor gregis ſibi à Chriſto concrediti onera ferat?

Galat. 6.

¶ *Et nos.* [a]) Perſonam agit Iudæorũ. Nempe Phariſæorum & ſcribarum, qui Dominum Ieſum immundũ eſſe contendebãt: quippe qui ſabbatum, vt illi impingebant violabat: & alia multa vertebãt vitio Chriſto, quia deſiderabant illum proculcare: quia illorum increpabat auaritiam Sapient. 1.

¶ *Ipſe.* [b]) Demõſtrat mala tuliſſe Chriſtum, nõ quod ille dignꝰ illis eſſet, ſed potiꝰ vt noſtra piacula extergeret. Et vniuerſa ſcriptura idem cum Eſaia concrepat. Nam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum. Et. 1. ad Corinth. 15. Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, & alibi Ioan. 15. Ego veni, vt vitam habeant & abundantius habeant, & id genus teſtimonia paſsim offendes in diuinis ſcripturis.

Scriptura tota concinit cũ Eſaia.

¶ *Diſciplina.* [c]) Hebraicè legimus caſtigatio pacis noſtræ erit ſuper eum. Dixit porro Plato dialogo de legibus primo diſciplinam eſſe artem, quæ hominẽ ad virtutem parat, & colit. Neque abhorret Platonis hoc placitum, à ſacratiſsimis noſtris muſis. Etenim in libro Prouer. ca. 1. Audi, ait, filimi diſciplinam patris tui. Nec me latet diſciplinam philoſophis in vſu eſſe diſcipulorum ſcientiam vocare, vt Magiſtrorum: quippe qui doctores ſunt ſcientiam non diſciplinam, imo doctrinam appellitant. Vnde illud emerſit Peripateticum, Omnis doctrina, & omnis diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione. Verum Latini diſciplinam, etiam caſtigationẽ vocant, in quem modum & Hiſpanè diſciplina quędam ex arte compoſita flagella nominantur. Caſtigatio igitur pacis noſtræ eſt in Chriſto, qui multa ſubiuit tormenta, vt pacem donaret ijs, qui prope, & ijs qui longè, vt inquam, vnam Deo gratiſsimam ex Iudæis & gentibus conderet Eccleſiam.

Quid eſt diſciplina ſecũdum Platonem.

Quid doctrina & diſciplina ex Ariſtotele.

¶ *Et liuore.* [d]) Liuor ſuperſtes eſt à plaga.

plaga. Poſt vulnera nanque & percuſsiones, ibices & notæ ſuperſunt, quæ atteſtãtur priori percuſsioni. Significat autẽ ſermo hic Chriſtum duriſsimis plagis vulnerãdum, & feriẽdũ, vnde liuores diffultãt, nam ex minima corporis læſione plaga nõ fit, vt ex paleæ tactu. Prẽterita capitis huius vertas licet per futurũ, vt percuſſum verte, percutiendũ, vulneratus, ideſt vulnerandus, &c.

Omnes[a] nos quaſi oues errauim⁹, vnuſquiq; in viã ſuam declinauit: & poſuit Dominus in eo iniquitatem omniũ noſtrũ. Oblat⁹ eſt[b] quia ipſe voluit, & nõ aperuit os ſuũ: ſicut ouis ad occiſionẽ ducẽt, & quaſi agn⁹ coram tondẽte ſe, obmutescet, & nõ aperiet os ſuum.

¶ *Omnes.*[a]) Familiare eſt ſcripturæ homines oues vocare, at declinantes & errãtes tãquã ſine paſtore. Id quod ait modo omnes nos tanq̃ oues errauimus, vnuſquiſq; in viam ſuã declinauit, cõcinente pſalmo, Omnes declinauerũt: nõ eſt, qui faciat bonũ nõ eſt vſq; ad vnũ. Vnaquæq; nãq; gentiũ pro arbitratu ſuo aut libidine, ſuũ ſibi erigebat Deũ, quẽ coleret. Et vnuſquiſq; illa amat vitia, quæ ſibi iucundiora videntur. Igitur errores noſtros, atque à via Dei declinationes Chriſtus abſtulit, ducens nos in viam rectam, ſalutis vt illum rectè cognoſcendo, prẽceptis eius tenaciter hæreamus. Ipſe nanq; eſt via, veritas, & vita: à quibus tribus longè aberant oues. Nãq; errabant à via, & veritatẽ Dei neſciebant, & vita erant defraudatæ ſpirituali. ¶ *Oblatus eſt.*[b]) Diuinitatem iam pandit Chriſti, qui hactenus innocentiam Chriſti demõſtrauerat. Eſt autem diuinitatis argumentum oblatum eſſe ſpontè, & non coactè. Martyres eñ legimus quoſdã martyrijs oblatos, ſpontinosq; necem adijſſe: at ſub tormẽtis ipſis etiã ſi inuiti fuiſſent efflaſſent animã, ideſt, neceſſariò tormẽta, quibus premebantur ad mortem cogebãt ſubeundã. Et quanq̃ placidi illã ſubibant, neceſſario tamẽ ſubcruciatibus è vita illis migrãdũ erat. Porrò Chrs ſpõtaneus ſe morti obtulit. Ioãne diſertè referente cæteriſq; Euãgeliſtis. Neq; ſolũ ad hoc ſpõtane⁹ fuit, qn ſub flagellis, & alapis ſub ipſo demũ crucis patibulo, & ſub clauorũ fixuris ſpõtaneã mortẽ ſubiuit. Quare cruci affix⁹, voce magna clamauit Eli Eli, &c. Id qđ miraculo fuit audientibus, & nõ temerè. Etenim hoĩes ſub mortis articulo conſtituti, non magnos clamores, ſed exiles voces vix emittũt: qđ quod ſi grauia perpeſsi ſunt ſupplicia, qualia dñs crucifixus patiebatur? Eſaias igitur verbo ſuo hæc, quæ diximus intellecta voluit. Et apud Ioãnẽ. c. 10. ſe Dñm non coactũ, aut neceſſariũ fuiſſe qui morti adigeretur, ſed ſpontaneũ, & vltroneũ indicat eſſe. Poteſtatem, inquit, habeo ponendi eam, & iterũ ſumẽdi eã: quia dixerat primo, Nemotollit animã meã à me, ſed ego ponã à me ipſo. Et Paulus Hebræis ſcribẽs nihil à ſententia hac diſtabat dicẽs. Portãſq; omnia verbo virtutis ſuæ, purgationẽ peccatorũ faciens. Nã qui vniuerſa portabat verbo omnipotẽti, vt coactus aut non volẽs mortem oppetere poterat? Neq; te moreẽ qđ ſcriptũ legis, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ: & qđ patrẽ Chriſtus rogat, vt calicẽ mortis, quẽ porrigebat illi pater bibendum auerteret. Hæc nãq; non coactionem arguunt, ſi alijs, quæ diximus iunxeris, imo naturę humanę, quam Chriſtus aſſumpſerat veracitatem demõſtrãt, cuius eſt pericula perhorreſcere mortis. Eſt enim mors vltimum, & maximè omnium naturæ mortali ſtupendum malum. Et quod ſubdit, Et non aperuit os ſuũ, nõ ita accipias, vt Chriſtũ cogites tãtiſperdũ patiebatur, nihil verbi pronuntiaſſe. Multa nãq; extuliſſe legimus, & præſidibus, & miniſtris, in ſuæ innocentiæ defenſionẽ.

Pſalm. 13.

Ioan. 14.

Tria errata humana.

Diuinitatis Chriſti argumentũ in Eſaia.

Matth. 26. Ioann. 18. Mar. 14. Matth. 27.

Ad Hebr. 2

Matth. 26.

Chriſtus ſẽ verũ eſſe homine ex morte ſua demonſtrauit.

Non

Non aperuit igitur os ſuum,quia non reſtitit malo. Verum oneratur cruce,cruciatur flagellis,clauis configitur, in cruce leuatur,& nullum verbum promit aduerſus carnifices. Cæterum coram præſidibus quando illius agebatur cauſa, quæ propriã defendebant innocentiam expoſuit, nõ acriter, imô manſuetiſſimè.Si malè,inquit , loquutus ſum perhibe teſtimonium de malo:ſin benè quid me cędis?Et Põtio Pilato,No haberes ait aduerſus me vllam poteſtatem, niſi tibi datum eſſet deſuper:proptrea qui me tradidit tibi maius peccatum habet Ioann.19. ¶ *De anguſtia.*a) Bifariam exponit locum Hieronymus aut quod à paſsione,& condemnatione ſublatus eſt ad gloriam ſempiternam , aut quod ſine diſcuſsione cauſæ, ſed inuidè traditus,& damnatus eſt. Septuaginta verterunt in humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Etenim Dominus ſeſe humilem geſsit coram hoſtibus ſuis ,& noluit ſuam potentiam demonſtrare. Hæc inquit eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum , propterea iudicium ſublatum eſt: quia iniuſtè damnatur, vt rabida Phariſæorum deſideria, & plebeias vociferationes illas expleret Pilatus, Tolle, tolle, crucifige eum. At vero alij verterunt, *Abſque dilatione citraque iudicium raptus eſt* , *vt Vatablus*:tametſi ſcholia aliam indicent Hebraicam eſſe literã, hanc nempe, *A vinculis, & à ſententia ſublatus eſt de medio.* At verò Hebraicè mehaſer aut mehaſſer quod noſter vertit interpres , de anguſtia à verbo haſar deriuatur , id quod cohibuit denotat , & repreſsit , ſiue clauſit,aut conſtrinxit. Vnde haſur clauſus, & mahaſſar detentio eſt, ſeu vinculum. Itidem Hebræis idem verbum ſonat diſtulit. Quamobrem non in concinnè interpretatur Vatablus abſque dilatione , aut ſecundo à vinculis , ſeu detentione. Et habet perſpicuum ſenſum dominum citra moram clamante populo adiudicatum morti. Nanque feria quinta captus eſt: feria ſexta celerrimè nihil maturantes iudiciũ tantæ rei , ſed velociter pedes Iudęorũ feſtinauerunt ad effundendum Domini ſanguinẽ innoxium. ¶ *Generationem.*b) Exponente Hieronymo ad æternam & temporalem Chriſti natiuitatem referri valet locus hic. Vtraque nanque ineffabilis eſt: etſi prior incomprehenſibilis prorſus. Hebraicè legimus Duro , quod deſcendit à Dor quod Hebræis ſonat patrum. Quapropter non eſt inepta dilucidatio, ſi per generationem eius, ſeculum illud Chriſti , quo ipſe prædicauit Iudæis intelligamus: vt ſit ſenſus hic, Prauitatem ſeculi, quod attinget Chriſtus , quis enarrabit? Quaſi dixerit , nemo denarrare poterit,quam perfidæ,quam inuidę,quam ſceleſtę erunt in Chriſtum generationes Iudæorum , quæ Chriſto fuerunt coæuæ. Siquidem nullum atrocius facinus excogitari valet,quam Chriſtum Deum & hominem ex crucis patibulo ſuſpendiſſe. Quanuis ſancti doctores huius non meminerunt: idcirco priorem amplexi ſunt ſenſum,qui verior eſt. ¶ *Quia abſciſſus.*c) Alludit ad priora. Dixerat Chriſtum eſſe virgultum,quod abſcindendum dicit modo,de terra viuentium , ideſt moriturum. ¶ *Et dabit.*d) Obſcurus ſatis locus , & difficilis eſt neque omnino patet quid velit. Septuaginta verterunt ferè idem , Et dabo impios pro ſepultura eius , & diuites pro morte eius. Et planus literæ ſenſus eſt , quem præſefert. Impij nanque cuſtodierunt Domini ſepulchrum iubente Pilato:

De anguſtia[a] & de iudicio ſublatus eſt: generationem[b] eiꝰ quis enarrabit? qa ab ſciſſus[c] eſt de terra viuentiũ: propter ſcelꝰ populi mei percuſsi eũ. Et dabit[d] impios pro ſepultura,& diuitẽ pro mortuo ſuo, eo quod iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Et Dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Si dederit pro peccato animam ſuam, uidebit ſemen longæuum, & uoluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro labore animæ ſuæ uidebit & ſatiabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Propterea diuidam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradita ſit in mortem anima eius, & cum ſceleratis reputatus ſit, & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.

Lucæ.22.

Haſer Haſurhaſar qd Hebræis.

Duro & dor quid Hebræis.

Pſal.13.

Matth.27.

Lucæ. 23. Pilato: qui cuſtodes pretio corrupti à Iudæis, & ſubornati extiterunt, vt famam ſpargerent in vulgus, ſuffuratum Domini corpus à diſcipulis ſuis clandeſtinè. Ideoque impios illos Eſaias vocat. Nicodemum autem, & Ioſeph Arimathæum etiã perſpicuum eſt Domini corpus ſepulturæ mandaſſe: qui tamẽ diuites erãt. Aliorſum tamen alij locum dederũt, Dabit impios pro ſepultura, &c. ideſt, dabit & tradet Deus morti impios, qui Chriſtũ iniurijs proſequuti ſunt. Id quod Romana manu geſtum eſt ſub Tito & Veſpaſiano, imperatoribus. Tunc enim vindicta ſumpta eſt de Iudaica nequitia. Obſerua numerum pro numero vertere. Diuitem, ideſt diuites. Hos ergo magnates & proceres, cum quibus Pilatum computo, qui mortem inferentes Domino, cauſa quoque ſepulturæ fuerunt, perdet Deus. ¶*Eo.*[a]) Quippe inſontem, & innoxium virum vita priuauerunt. Vtitur hoc teſtimonio Petrus. 1. Petr. 2. ¶*Si.*[b]) Ideſt, quando poſuerit pro peccato animam ſuam. Cõditionalem appoſuit notam, quia ſupra dixerat oblationem Chriſti ſpontaneam eſſe futuram dicens, Oblatus eſt enim quia voluit: ideo ait modo, Non hæſitans, ſi poſuerit pro peccato animam ſuam, ſed liberam poteſtatem ad ſubeundam mortẽ ſignificans. ¶*Videbit ſemẽ longæuum.*[c]) Ipſa teſtãte veritate, Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum. Iſtud eſt ſemen longæuum quod non ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis, ſed ex Deo natum eſt. Voluntariè enim genuit nos verbo ſuo. Voluntas autem Dei patris in manu Chriſti directa eſt. Eſt autem volũtas domini docente Paulo. 1. ad Theſſal. 4. ſanctificatio noſtra. Chriſtus vero hanc voluntatẽ impleuit, qui factus eſt nobis ſanctificatio.

Notãda ſyllepſis ſcriptura.

Ioan. 12.

Ioan. 1. 1. Ioan. 3.

Iacobi. 1. 1. ad The. 4. 1. Ad Co. 1

Et verè ſemẽ lõgæuum Chriſti eſt, quem ſupra dixerat patrem eſſe venturi ſeculi. Hoc ventu rũ ſeculũ ſemẽ eſt Ieſu Chriſti, qui diſperſos filios Dei cõduxit ad æternam patriã: vbi æterno viuent. Idcirco ſemen langæuum eſt, quod æternum tãdem erit. ¶*Videbit.*) Hoc vnicè in votis erat Chriſto apud nos agenti vt hoc ſemen, hos Dei filios, ſecum haberet in regno patris. Vnde & ſanguinẽ fundere in deſiderio illi erat. Baptiſmo, ait, habeo baptizari & quomodo coarctor, vt baptizer illo & rurſum, De ſiderio deſideraui hoc paſcha (ſubaudi morti meæ proximũ) mãducare vobiſcũ. Hoc ergo deſiderium opere conſummauit in cruce leuatus. Videbit, inquit, & ſaturabitur. Aſcẽdensq; in cœlum & captiuam ducens captiuitatem, vidit quoq; & ſaturatus eſt. Et demum veniens orbem iudicaturus, congregabit omnes electos ſuos à ſummis cœlorum: & illos ſecum deferet æterno regnaturos. Interim autem ſecurus eſt, electos ſuos tãdem congregãdos: quia nemo rapiet oues ſuas de manu ſua. ¶*Inſcĩtia.*[d]) Vtiq; Euãgelicus ſermo eſt, qui conciliat mortalibus iuſtificationẽ. Iam vos, ait, mũdi eſtis propter ſermonẽ meũ. In quibuſdam biblijs quanuis vitioſè legimus, ſeruos multos: correctè autem legẽdũ eſt, in ſcientia ſua multos iuſtificabit, iuſtus ſeruus meus, ideſt Chriſtus.

Lucæ. 12. Matth. 26. Lucæ. 22.

Ad Eph. 4.

Matth. 24.

Ioan. 10.

Ioan. 15.

¶*Ideo.*[a])

voluntas Domini in manu eius dirigetur. Proeo quòd laborauit anima eius videbit & ſaturabitur: in ſcientia[d] ſua iuſtificauit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, & iniquitates eorũ ipſe portabit.

te ſua: eo[a] quòd iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate, ſi[b] poſuerit pro pecca to animã ſuam, videbit[c] ſemen longæuum, &

¶*Ideo.*[a]) Luc.11. forti armato cuſtodiẽte atriũ ſuũ,in pace ſunt,quę poſsidet:at cum fortior illo ſuperuenerit, diripit vaſa illi⁹, & diuidit ſpolia.Et in Oſea.c.13.legimus, Ipſe diripiet theſaurũ oĩs vaſis deſiderabilis. Etem̃ Chr̃s victo ſatana,ſpolia & prędã,quę iniuſtè ꝺtinebat miſit : ita mortuorũ, vt viuorũ. Animas em̃ ſanctas ,quas detruſas ĩ tenebris limbicis habebat,Chr̃o ceſsit:& gẽtiũ aĩas,quas infidelitate obcæcauerat illuſtrãte fide dimiſit. Diuiſit aũt ſpolia , etem̃ obediẽtes ſibi ex diaboli tyrãnide eripuit:rebelles vero cũ ſuo principe diabolo eſſe ſinit. Cætera huiꝰ capitis ex Marco.15.& Luc.23.& Matthæ.27. & Ioã.19.diſces.Marcus aũt locũ hũc Eſaiæ indicat,videlicet.Et cũ ſceleratis deputatus eſt.Atverô nõ incõgruè exiget à me q̃ſpiã,q̃d eſt,q̃d ait,Pro trãſgreſſoribus exorauit,cur nõ dimiſit trãſgreſſorũ p̃cta,vt paralitici, cui ait, Cõfide filij dimittunt̃ tibi p̃cta tua. Nã multo maioris clemẽtię erat illis donare peccata,q̃ patrẽ petere vt dimittat.Atvero ſi paralitico donat,ſi Magdalenę & alijs,ſanè bene affecti erãt,& morigeri,nõ duri,& q̃uicaces,q̃les Chr̃i tortores erãt,quorũ corda in primis emollienda erãt paulatim,vt veniã delictiorium atrociſsimi cõſequerent̃. Hoc ergo p̃cat Chr̃s patrẽ,vt ignoſcat, & habiles illos reddat venię aſſequẽdæ.Aut demũ,q̃a Chr̃s ſub crucis ſupplicio agebat, nõ vſus eſt ea autoritate diuina,qua poterat fungi, ſed potius placuit ſibi humilitatẽ p̃ſeferẽti interceſſoris partes agere.Nõ em̃ patiebatur , qua Deus erat, ſed qua erat homo. Idcirco, q̃a hominis partes agebat, cõgruẽtius cenſuit patrẽ petere, vt veniã doneꝫ ſacrilegis, q̃ illã donare, alioqui potẽs etiã ſecũdũ q̃d homo erat peccata relaxare:quia ille homo Chriſtus Deus erat. Et quatenus homo poteſtate (quam nr̃i diſputatiui theologi excellẽtiæ appellitãt)præditus, ideo nullo interueniẽte ſacramẽto,peccata trãſfixorũ dimittere valebat.¶ Iã in calce huius dilucidatiõis nõ ſilebo vnũ,q̃d ſuperi⁹ elapſum è memoria eſt.Quid eſt,q̃d ait,Dabit impios ,p̃ ſepultura?Si ſepultura Chr̃i fuit glorioſa euãgeliſtis aſſerẽtib⁹,cur vltio capiẽda eſt ab impijs propter ſepulturã ? Porro hoc aſſuere volui,ne quẽpiã moreꝫ hæc ipſa hęſitatio, vt moraꝫ Burgẽſem, vt diuertat ab Hieronymi interpretatione. Quã q̃ amat ,ſciat etiã ſi dñi ſepulchrũ fuerit honorificẽtiſsimũ,& qui Dñm humauerũt opus ſanctiſſimum exercuerũt.At vero , qui mortem Chr̃o intulerũt vnde neceſſaria cõſequebaꝫ ſepultura,impij fuerũt, & per Romanos pœnas dederũt facinoris funeſtiſsimi.

Ideo[a] diſpertiam ei plurimos , & fortium diuidet ſpolia , pro eo q̃ tradidit in mortẽ animã ſuã , & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit , & pro tranſgreſſoribus rogauit.

Lucas & Eſaias cõſentiunt.

Matth.9.

Lucæ.7.

Cur tranſfixorũ peccata nõ dimiſit ex cruce, ſed pro illorũ dimiſsione patrẽ rogat.

Poteſtas excellentiæ in Chriſto qua tenꝰ homo.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Caput 53 Appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, De Chriſti vitali paſsione, cuius prothema eſt. Non eſt ſpecies ei neq; decor. Eſaiæ. 53.

DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti paſsionem viuificã mihi edicturo, verba illa Apoſtolica ad Romanos. 5. veniunt in mentẽ. Commendat aũt Deus charitatẽ ſuam in nobis,quia cum peccatores eſſemus ſecũdum

dum tempus, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt. Quæ verba quam concinant cum vate noſtro Eſaia, quis non videt? Qui hoc capite non ſemel dixit Chriſtum à patre percuſſum eſſe propter ſcelera noſtra. Et dubio procul hodie Deus pater non vulgarem, ſed eximiam demonſtrat erga homines charitatẽ, tradens ſupplicijs, & morti filium innocentiſsimum, vt ſeruum noxium abſolueret, omnibus iuribus humanis reclamantibus, & tradentibus melius eſſe nocentem abſoluere, quam damnare innocentem. At contra hodie fit, innocẽs agnus morti adiudicatur, & tanquam ouis ſilenti ore ad victimam ducitur: & nocentiſsimus lupus (qui homo erat) à morte eripitur. Quam ob rem & luget cœlũ, & caligine inſolita obducitur, lugent cœleſtia aſtra & tenebras, ceu pullas induũt veſtes: luminariaq; cœli grandia ſeruatoris Chriſti ignominiam, iniquè ferentia radios retrahunt lucis. Vt vel ſic pendẽtis in cruce Chriſti celarẽt opprobriũ. AEquum nanque erat, vt quia Dominus iuxta ꝓthema noſtrum non habebat ſpeciem, neque decorem, famulantes quoque creaturæ ſpecie, & decore non niterent, ſed exuta pulchritudine natiua, præter naturam ſuã obſcuritatis turpitudinem & horrorẽ induerent. Inurbanum nanq; eſt triſtitia mœrẽti domino, ſi famuli non compatiantẽ. Tremit quoq; terra & lapides concutiũtur, vt vniuerſalis omnium domini Chriſti creaturæ omnes profiterentur, & vel mutis nutibus loquerẽtur iniurias: vt iam tragica illa carmina tragici Senecæ in hunc diem referre liceat.

Creaturæ oẽs paſsione domi ſentiunt & teſtatæ ſunt.

Lugeat, inquit, *æther, magnusq; pater ætheris alti,*
Feraxq; tellus, & vaga ponti mobilis vnda:
Tuq; ante omnes qui per terras mariq; tractus
Fundis radios, fugasq; noctem decore roſeo.

HODIE igitur congiarium diuinum illud, ſeu diuina illa amphora, plena diuino ſanguine funditur, in cruce ſuſpenſa: vt inde effuſa ſuper terram terrenas humani cordis maculas abſtergeret: & ſicut balſamus aromatizãs odorem dedit ſuauitatis, Paulo teſtante, Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. ad Epheſ. 5. Vt verè dixeris carnẽ Chriſti, quæ erat tanquam alabaſtrum illud vnguenti piſtici pretioſi clauis apertam, & lancea ſuffoſſam, odores vitæ ſpiraſſe, quibus vniuerſus mundus terra & cœlum ex fragrãtia vnguenti huius fragrãt. Eſt enim Chriſtus illius pigmentarij inſtar, qui facit vnguenta ſanitatis. Eccleſ. 38. Eſt nanque vnguentum ſaluberrimum mortalium medẽdis morbis efficaciſsimum, Chriſti ſanguis, ex cuius odore vnguenti diabolicæ faceſſunt poteſtates, multo potentius quã olim ad odorem iecoris, ex piſce ad prunas toſto, ſub Tobia Aſmodæus fugabat. Hodie ſacculus pecunia refertiſsimus aperitur, vt pro nobis, qui non eramus ſoluendo Deo patri pro delictis noſtris, filius ſoluat. Prouerbiorum nanque. 7. legimus de quodam, qui ſecum tulit ſacculum plenũ pecunia, reuerſurũ in die plenæ lunæ. An non caro Chriſti ſacculus iſte pecunioſus eſt, non auro plenus, aut argento? Etenim non corruptibilibus iſtis redempti ſumus de vana noſtra conuerſatione: ſed pretioſo ſanguine Ieſu Chriſti, vt Petrus patenti reſonat voce. Hæc eſt pecunia huius ſaculi ſanguis Ieſu Chriſti, qui diuinam habet inſcriptionem. Eſt enim ſanguis Dei. Hac pecunia negotiandũ nobis eſſe Chriſtus iuſsit: & niſi hunc ſanguinem nobis comparauerimus, impoſsibile eſt emere agrum illum euangelicum, qui theſaurum vitæ æternę in ſe ipſo cõdit. Qui hac pecunia negotiat Deo, fœnori dat, & lucrũ habet certiſsimum ſpiritus, & gratiæ. Alioqui pecuniam hanc ſi malè locauerit, nequã ſeruus erit. Quia quod ſibi vſuræ erat futurum, infrugiferum reliquit. Fœlix ſanè nobis dies hic, quando horrea tritici Ioſeph aperit, quæ clauſa iam diu erant. Etenim ſanctorum animæ veluti horreo quodã inuiſibili conditæ, vt grana frumẽti ſelectiſsima afferuabantẽ, quouſq; verus Ioſeph Chriſtus ſanguine ſuo hęc horrea

Chriſti ſanguis efficaciſsimũ antidotum contra humana venena.

1. Petri. 1.

Sãguis chriſti eſt diuina pecunia quã redempti ſumus.

Lucæ. 19.

Matth. 13.

Lucæ. 19.

Matth. 25.

Typus ex Gen. 41. exponitur.

iam olim clauſa reſerat, & beatos illos angelicosq; ſpiritus (qui humanæ beatitudinis conſortia impenſiſsimè affectabant) frumentis iſtis ſatiat. Animas enim ſancto rum, in limbo primo beauit deinde in cœleſti patria: demum angelos antiqui deſiderij compotes facit. Quam ob rem hodie introducitur ſponſa in apothecam vini diuinorum amorum. Cantic. 2. Intro duxit me, ait, rex in cellam vinariam. Et enim aīæ ſctōrū Chri amplexibus hodie fruunt̄, & diuinitatē ſuam citra ænigmatū obſcuritatē illis patefacit. A morte nāque dñs ſcdm aīam deſcēdit ad inferos: & gladius ille verſatilis, atq; flāmeus, qui paradi ſi arcebat ingreſſum, iā nō gladius eſt per Chri mortē, ſed clauis quæ hoibus cōcedi tur, vt poſsint ſibi regna patefacere cœleſtia. Et arbor rurſum illa pomifera, cuius a uiditate illecti primi parētes, plusq̄ toxica venena in orbē totū ſparſerūt, in aliā verti tur arborē ſanè pomiferā, quāuis nō terre norum pomorū, ſed cœleſtiū, quæ prioris veneni antidotus, & antidotariū eſt. Eſt ſa nè arbor hæc crux Chriſti: Chr̄m fert, cla uos, ſpinas. En tibi qualia poma, quæ vtiq; qui nō amat, peribit æterno. Nāq; vt exaltauit Moſes olim ſerpētē in deſerto, cuius vel aſpectus lætiferos aſpidū curabat mor ſus: ita quoq; hui⁹ arboris fides atq; amor animi nr̄i morbis præſentaneū ſunt pharmacū. Nudatū legimus Noe patriarchā, nudusq; patuit filiorū ſuorū iniurijs: quip pe inebriauerat ſe vino. At Chr̄us amore ſpōſæ ſuæ eccleſię inebriatus, nudus pēdet hodierna die in crucis ligno, & iniurijs filiorū, & exibilationibus ſeſe ſubiecit. Vah illi, dicūt, qui deſtruis templū Dei, alios ſal uos fecit ſeipſum ſaluū facere non poteſt: & id genus. Filij nāq; erāt Iudæi Chri, qui pater eſt omniū hoim. Vinea quā plantat Noe illū inebriat, & naturā humanā, quā Chr̄s plantat, Chr̄m quoq; amore incredi bili inebriat. At nō malè dicit maledicentibus: neq; eā rependit vicē quā exprobra tores filij ſibi intulerunt, vt Noe fecit: imò p trāſgreſſoribus exorat, Pater dicēs, ignoſce his: quia neſciunt quid faciunt: & quaſi nō audiuiſſet & nō habuiſſet in ore ſuo redargutiones, ita hodie ſe geſsit Chri ſtus: nā ad obiecta cōuitia reſpōſum nō ex hibuit: imò diuinū tacet hodie verbū, alio qui blaſphemijs hoīm cōmaculatū, at non laceſsit̄, non puocat̄. Adhæc diuina hodie poteſtas veluti langueſcit, & diuina altitudo veluti deprimitur, & qui erat magnus dñs, & magna virtus eius, ī cruce quaſi pu ſillus reddit̄. Et rurſum qui eſt mortalium protectio cuius ſub vmbra viuendū oībus eſt, ab hoibus hodie ſperni t̄, nedū deſeri t̄. Neq; ſolum ab extraneis hāc pertulit iniu riā, vt Pſalm. 2. decātauerat, quinetiā à cōtribulibus, Quare, inquit, fremuerūt gentes, & populi meditati ſunt inania: quinetiā quod extremi mali erat, ab amicis ſibi chariſsimis, ab apoſtolis inquā & diſcipulis, quos in ſocios ſibi elegerat, & in ma ximā apoſtolatus puexerat dignitatē, ab iſtis deſtituit̄: & in tantis (quas ferebat) anguſtijs, non habuit conſolatorē. Quippe oēs relicto eo fugerūt, & is quivirorū erat fortiſsimus, quia Deus erat, is inquam, qui tribus digitis ſine tædio vaſtiſsimā terræ molē appēdit, Eſai. 40. tribus nunc clauis confixus in cruce pēdet. Et perinde cū eo agitur atq; ſi non fuiſſet vnctus oleo illo lætitiæ præ participibus ſuis, & quaſi terrā nō fundaſſet, & opera manuum eius cœli non fuiſſent. Porrò diuina gloria hodie non temerè obſcuratur, ſed eo obſcuratur quo humanæ naturæ gloria quæ collapſa iam diu erat, illuſtretur. Nō ſine cauſa rur ſum hodie diuina altitudo deprimitur, nā ſe ſinit deprimi, vt noſtra humilitas prorſus erigatur. Et demum ex Dei cōſilio abditiſsimo Dei poteſtas infirmatur nūc, vt noſtra infirmitas roboretur. Nam lāguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & diſciplina pacis noſtræ ſuper Chriſtum eſt. At verò quas putabis pares eſſe vires huius diuini conſilij altitudini dimetiendæ? Nā mortē Chri ex diui no fuiſſe cōſilio me tacente Caiphas pontifex exp̄ſit. Expedit, ait, vt vnus homo moriatur

Mors Chriſti aperit regna cœleſtia. Gene. 3.

Crux Chriſti arbor vitæ.

Ioan. 4.

Gene. 26.

Chriſtus ex amore hominū ebrius nudus pendet i cruce.

Pſalm. 37.

2. Regū. 1. Pſalm. 44. Pſal. 101. Pſalm. 88. Pſalm. 95.

Eſaiæ. 53.

moriatur pro populo: ne tota gens pereat & dictãte Spiritu ſancto oraculũ hoc Caipham protuliſſe, Ioannes commemorat. Verum cur expedierit innocentẽ agnum pro trucibus lupis immolandum, quis expendet? Abſtruſum ſanè ſacramentũ hoc quod filius Dei moriatur pro diaboli mancipijs, quales ſumus oẽs peccatores, mens humana hæc apud ſe agens ſacramẽta hæret, terretur & veluti attonita ex tanti myſterij magnitudine ſuſpenditur. Nanque omnipotenti Deo non deerant alia innumera quæ reparãdis humanis lapſibus ſat eſſent. Cur ergo filij ſui acerbiſsimis ſupplicijs gloriam iucundiſsimam nobis parare inſtituit? At verò neque aliud reſpondendum cenſeo, niſi quod Paulus ſcitè docuit. Commẽdat autem Deus, ait ſuam charitatem in nobis, quia cũ peccatores eſſemus ſecũdum tempus, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt. Si cauſam quæritas, cauſam habes, charitas nãq; cauſa hęc eſt. propter nimiam enim charitatem, qua in homines Deus ferebatur, verbum Dei caro factum eſt: & iſtud verbum caro factũ cum ſceleratis, & iniquis hodie recenſeẽ, & peccatorum noſtrorum pœnas luit. At interim verſa vniuerſa Dei opera alioqui magnificentiſsima, & nullum hoc opere præclarius, nullum magnificentius, excogitari poteſt, quã quod pro peccatoribus, pro inimicis ſuis, hodie ſanguinẽ largiſsimè Deus fuderit, nanq; pro iuſtis & amicis vix quiſpiam ſanguinis diſpendia ſubit, quidquod pro iniuſtis nemo illa ſubierit. Porrò autem legimus in libro Nume. capit. 35. homicidas quondam ad quaſdam prędſcriptas ſi diffugerent vrbes homicidis illis vrbibus tuta fuiſſe exilia tantiſperdũ Pontifex vitam agebat, quo tamen defuncto liber homicidis erat in patriam regreſſus: modo nõ ex induſtria, aut inſidijs, ſed ex caſu homicidium perpetraſſent. At verò homines oẽs quid aliud ſunt niſi homicidæ? Ridebis fortaſsis quod homines oẽs dixerim homicidas ſiquidem multos numerabis non homicidas. Sed quid Adamum non dixeris homicidam, qui humanum genus totum culpa infecit: & ſempiternæ morti addixit? ideo poſteros homicidas voca. Exules eramus etiam oẽs à patria, at tuta erant ſanctorum poſt mortem exilia, nanq; in limbo hæc egerunt exilia, vbi aduerſarius noſter diabolus aduerſus Dei electos prævalere nequibat. At expectabant iſti exules ſummi pontificis mortem, expectant exceſſum illum, quẽ completurum prædixerat Chriſtus Hieroſolymis Lucæ. 9. quẽ hodie complens, homicidas venia donauit, & ad patriam exules reuocantur non terrenam, ſed cœleſtẽ: quippe hodie diuina donantur viſione: & caligo inferorũ diſceſsit ex diuina claritate, & in paradiſum cœleſtem vertũtur infera loca. At verò verus pontifex hodie moritur, qui pontifex eſt futurorũ bonorũ, id eſt cœleſtium, & non per ſanguinẽ alienũ ſed per proprium ſanguinẽ aperuit ſancta illa cœleſtia, quæ abditiſsima & inacceſſa erant mortalibus cunctis, & exules ſancti reuocantur ad patriam, & in libr. Numer. ca. 19. iubebat vaccã mactari triẽnem & rufam: cuius ſanguine põtifex tinctus, ſancta ſanctorũ penetrabat. At vacca hæc rufa eſt caro Ieſu Chri, quæ tota ꝓprio rufeſcit cruore, quo tingẽdi ſunt, qui volunt vitã aſſequi æternã. Quã ob rẽſponſum ſuũ ſponſa candidũ, & rubicundũ vocat. Siquidẽ cãdidus Chriſs ex diuina claritate eſt, & veſtimẽta eius cãduerũt, vt nix, qñ gloriæ ſuæ internæ ſcintillulas micare in monte Thabor voluit. Matth. 17. cãdidus rurſum eſt innocẽtiæ cãdore, & rubicũdus eſt proprio madẽs cruore. Porrò is qui in monte Thabor nõ lõgè ante glorioſo candore niteſcebat, & vultus eius inſtar ſolis reſplẽdebat, nõ habet nũc ſpeciẽ neq; decorẽ, ſecũdum quod noſtrum ꝓthema prædixerat. ¶ Iam verò ſi veſtimẽta Ioſeph ſanguine alieno rubẽtia patri oblata Iacob ad lamẽta cõpulerunt, adeo, vt veſtes nimio dolore affectus, diſcinderet ſuas, quidquod fratres dilectiſsimi hodie pectora rũpant noſtra, nimio tædio cõſtricta? quidquod nri

Ioan. 11.
Roma. 5.
Ephes. 2.
Paſsio Dñi omniũ Dei operum magnificẽtiſsimum.
Roma. 5.
Omnes homines homicidæ qa homicidę filij.
Hebr. 9.
Canti. 5.
Matth. 17. Lucæ. 9.
Chriſtus ex innocentia candidus rubicundus ex proprij ſanguinis aſperſione.
Veſtimenta Chriſti lacerum ex clẽ uit.

oculi ĩ liquẽtes ſoluant lachrymas? qñqui dẽ cõſpicimus veri Ioſeph diuinũ veſtimẽ tum (qđ caro eius eſt) ex ferreis lacerũ clauis, agniq; veri, viſcera lãceę dira ꝑcuſsiõe ꝑ foſſa, & ſãguine ĩ noxio totũ perfuſum: totus nãq; rubet ſanguinis ſui aſperſiõe exterius, & vehemẽtius rubet charitatis incẽdijs interius. Etem̃ amor flagrantiſsimus nõ humana violẽtia, ad crucẽ adegit Chriſtum. Cæterũ põtifex ille vetus, ſanguine vaccæ rufæ ſepties tabernaculũ illud manu factũ aſpergebat: & ſctã ſctõrũ eiuſdẽ ſanguinis irrorabant aſpergine: nouus autẽ hic põtifex ſcđm ordinẽ Melchiſedech etiam ſepties nos aſperſit ſanguine ſuo. Et em̃ recens natus circuncidit & cruentat: & patrẽ ſuũ in horto orãs ſanguinẽ ſudat, & terrã infundit, & aſpergit, vt iam beato ſanguinis rore humecta fructus pariat vitæ æternæ. Et quæ in opere nr̃o maledicta erat, iã ſudore hoc aſperſa reddat bn̄dicta. Et quę germinabat ſpinas, & tribulos tãto tãq; diuino ſanguine imbuta flores ornatiſsimos ſctitatis Deo iã germinabit. At q ſanguineus iſte ſudor, nõ ex morbo Chr̃o fuit, vt plęriſq; accidiſſe Ariſt. commemorat. Neq; ſanguis erat ille crudus atq; indigeſtus, vt ex medica claſſe quoſdã affirmare reperio: imò verus ſanguis, & elaborat' egregiè ſanguineus ſudor ille erat: & non ex morbo extravenas actus ſanguis ille erat, at ex mortis pauore vehementiſsimo, & mortis grauiſsimo tædio. Nam acerrimè ex ſęua quã timebat agonizans morte bti corporis diſtẽtæ ſunt venæ, atq; laxati ſunt pori, dilataq; ſunt venarum oĩm orificia, vt per patentes iã corporis meatus, ſanguis ſubintrans extra micaret adeoq; lagi fluè, vt decurreret ſup terrã, Luca teſtãte 22. in hæc verba. Et factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, vt guttæ ſanguinis decurrẽtis ſup terrã. Erat aũt agonia collidẽtia inter rõnẽ Chr̃i ſuperiorẽ (quæ beata erat) & inferiorẽ quę viatrix erat. Illa em̃ crucẽ amplectebat & vulnera: at hæc renuebat. Nãq; hæc dimiſſa eſt ſibi, vt germanã ſibi functionẽ abſolueret. Eſt tñ natiua huius portionis functio, mortẽ ſummo odio habere: triſtiaq; demũ horrere oĩa. Etem̃ triſtia corrũpũt, & ſtupefaciũt naturã docẽte Ariſt. Portiõis ergo inferioris partes, Chr̃s agens patrẽ anxiè orat: illiq; ꝓpriæ naturæ humanæ affectum demõſtrãs, Pater ait ſi poſsibile eſt trãſeat à me calix iſte. Diſpẽſatoriè autẽ vehemẽter triſtat, & vſq; ad cruẽtos ſudores agonizat, vt ſe ſe verum gerere hoĩem pateface ret. Nõ em̃ neceſſario triſtabat, vt nos triſtamur ex mortis violẽtia coacti, quã etſi velimus euadere neq;mus. Chr̃us autẽ qui oblatus eſt qa voluit tædet, triſtat, & agonizat, volẽs: quã ob rẽ neq; angelo egebat cõſolatore, quẽ Lucas denarrat. Apparuit illi, ait angelus de cœlo cõfortãs eũ. Quos em̃ habuit in deſerto agens miniſtros, nõ opus in horto illi erat habere eoſdẽ conſolatores. Porrò, quia diuinitas Chr̃i naturã humanã ſcđm partẽ inferiorẽ deſolatam tũc voluit eſſe, ꝓpriosq; ſibi motus agere ſiuit: ꝓpterea angelici muneris erat illã cõſolari tũc, atq; cõfortare. Tradidit ſiquidẽ Diony. Areopagi. li. de cœleſt. hierar. c. 4. ſacratiſsima humanæ ſalutis myſteria per angelos fuiſſe diſpẽſata, in quorũ numero hoc quoq; recẽſet: qđ angelus Chr̃o oranti apparuit illũ cõfortãs. Diuinę nãq; diſpoſitiõis ęquabilitas iſtud exigebat, vt humana Chriſti natura (quæ mortis & paſsionis noĩe angelicis ſpiritibus minor à Paulo dicẽt) ſub ipſa paſsiõe angelũ haberet conſolatorẽ: & animũ addentẽ. Quo vtiq; nõ indigebat, quia in ſemetipſo diuinitas erat, quæ cõfortatore, aut conſolatore extrinſeco non egebat. At voluit egere (vt cæteri hoĩes in preſſuris cõſtituti egẽt) vt verã ſe ꝓteſtaret naturã nr̃am ſuſcepiſſe. At verò qui ſe vermẽ & non hoĩem abiectionẽq; plebis Pſalmo dictante eſſe prędixerat, mirũ eſt ſi in eum ſe redegerit triſtitiæ ſtatũ, qui angelica exhortatione opus haberet? Cæterũ vt obiter dixerim hinc ne colligito Chr̃m cuſtodiũ habuiſſe angelũ, etem̃ Chr̃s & ãgelos docet, & dirigit, vt Diony. nõ ſemel meminit lib. de cœleſt. hier. c. 7. & ipſe

Chriſt⁹ nos ſepties aſperſit ſanguine.

3. lib. depart. ãb. animal. capi. 5.

Chriſti ſanguineus ſudor veri & natiui ſanguinis ſudor fuit.

Agonia chriſti quæ.

3. de anim. text. ca. 29.

Lucæ. 22.

Chriſtus nõ egebat angelo cõſolatore.

Chriſtus voluit conforteri ab angelo.

Pſalm. 21.

Chriſtus nõ habuit angelũ cuſtodiẽ propriẽ.

& ipſe quoq; magni conſilij angelus ab Eſai. ſupra cognominatur ca. 9. Nam quod mõ cõfortet ab angelo diuinæ fuit diſpẽſationis nõ angelicæ tutelæ neceſsitas, de qua re ſuperius vberius meminimus. ¶ Ad primũ autẽ ſermonẽ regrediamur tertiãq; ſanguinis dñici aſperſionẽ cũ duabus prioribus denarratis iũgamus. Flagellat etẽ dñs & rurſum cruore diuino perfundit: & ſanguinis pprij nihil auarus, non leuiter ſe flagellandum tradidit, ſed grauiſsimè, virgis ſpinoſis, & reſtibus crudis, & ferreis catenis, vt nõnullorum fert placitũ ex Euſebio. Egovero difficilẽ dixerim ſnĩam hãc. Nã fieri neqbat (niſi diuino miraculo) vt corpus tenerrimũ Ieſu Chri, ſi tantis verberaretur flagellis, & quatereẽ catenis, nõ cõtinuo vita orbareẽ. Id quod ſi quis nr̃m experireẽ dubio procul periret. Quam ob rẽ magis rõni conſentaneã Theologiã puto quæ ea tradat tormẽta dñm tuliſſe, quæ ſcdm natiuã proprij corporis cõplexionẽ ferre valebat: & hæc ſolũ perpeſſum fuiſſe. Neq; alia monſtroſa excogitanda ſunt: quaſi vero quæ diximus nobis reparandis non ſufficerent: qñquidẽ vel minimũ ſatis fuiſſet: ſi qui patiebatur voluiſſet, vt decernit extrauagans quædã de reliquijs & veneratione ſanctorum. Quam ob rem in fœlix ſanè nunquam non credidi quorundam concionatorum eſſe ingenium, qui pluſquam commentitia quædam fingunt tormenta Chriſtum pertuliſſe, virginẽq; matrem ſpaſmo correptam nugantur fuiſſe, & id genus innumera, vt plebes ad lachrymas fundendas compungantur. Neque vt prædicẽt delectu veri, & falſi vtuntur: imò citra delectum, quæ flebiliora cernunt, illa auditoribus inſtillant. At verò mea ſententia veritatis in primis delectus eſt habendus concionatoribus diuini verbi. Nam ſuggeſtus ſeu pulpitus quem conſcendunt magiſterĩ amat veritatis, quod ſi vera declamantes populi non deterrentur, aut non compunguntur, vt Deo præſtent debita officia, non ſubinde falſa ſunt inſtillanda. Vt enim mala non ſunt facienda, vt veniant bona: ita neque dicenda falſa, vt lachrymulas populares excites? Nam rectè feceris ſi lachrymas populi excitaueris, vt Chriſto compatiãtur, at non ex mẽdacio. Ecquid nõne ſacra depromere oracula ſatis erit? vtiq; ſat ſunt. At ait aliquis durus eſt populus veriſq; non emollitur. Sed num ita deſipis vt putes, quod non emollit diuina veritas, ad pœnitentiam, emolliet illud tua fictitia vanitas? Si hodie igitur non curatur morbus auditorum curabitur aliquando. Fructus nanque arborum ſi vi maturentur (id quod ſolent agricolę curare vt prẹcoces fructus exhibeãt) at inſipida planè fructuum eſt maturitas. Ideo temporanea, ſeu tempeſtiua expectanda eſt maturitas fructuum, vt palato grata ſit. Id qđ dictũ à me ideo puta, quo diuini verbi declamatores moneam ſi illi eo non potuerint auditores maturare, vt reſipiſcant à diaboli laqueis quibus captiui tenentur, non protinus quærant excogitata terriculamenta, ideſt picturatas veritatis colore falſitates: ſed meminerint guttam diuini verbi defodere humana ſæpè corda, non ſemel atque iterum, ſed ſæpè cadendo. Cæcum ſiquidem illum, qui videbat homines ſicut arbores ambulantes, non de repente, ſed ſenſim Chriſtus illuſtrauit. Nouus quoq; Chriſti ſanguis ex ſpinea iniecta diuino capiti Chriſti corona nobis donatur, vt quartam annumeres aſperſiõem, vt ex manibus alteram: ex pedibus ſextam, ſeptimamq; ex latere computabis. En tibi chariſsime Põtificem nouum ſeptima proprij roſeiq; cruoris aſperſione aſperſum, & nos identidem quoque ſeptima aſpergentẽ ſanguinis ſui infuſiõe. Eteñquid aliud ſeptem ſacramẽta ſunt, niſi huius ſanguinis infuſoria vaſa? & toties quoties illa ritè celebramus, ſanguine huius æterni irroramur pontificis. Vt iam egregiè cum pſalmographo pſalere valeamus, Apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio: quippe non ſanguinis gutta, ſed vnda (vt Bernardi verbis vtar) mundum hodie Chriſtus lauat, & mun-

Tertia chriſtiſanguinis aſperſio.

Quæ tormẽta tulerit dominus.

Chriſti minima tormẽta ſat erant noſtræ reparationi.

Quomodo prædicanda eſt Chriſti paſsio.

Notandaeſt cõparatio.

2. Timo. 2.

Marci. 8.

Matth. 27. Lucæ. 19.

Quarta effuſio Chri ſanguinis itidẽ quĩta ſexta & ſeptima.

Pſal. 129.

& mundat. Hodie igitur elargiĩ mortalibus Deus munera, nõ parca equidem, ſed
Heſter. 2. ſanguinis ſui, quæ ſunt munera ſecundum magnificentiam principalem. At cur tam auidus dñe ꝓprij effundendi fuiſti ſanguinis? cur tan largus in hoc ꝓ nobis impendẽdo? nempe, quia ſanguis hic purgat nos
Hebr. 6. ab operibus mortuis, & cœleſtes patefacit ianuas. Apoc. 22. Beati, ait, qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: & hi habent poteſtatem in ligno vitæ: vt intrent portas ciuitatis, & extra canes venefici &c. hic ſanguis Tartara ſpoliat ſpolijs opimis Zacha.
Sanguinis Chriſti inſignes dotes. 9. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua: hic deniq; ſanguis diuinos temperat furores. Acceſsiſtis, ait Paul. ad ſanguinẽ Ieſu Chriſti melius clamantem quam ſanguis Abel. Nam huius ſanguis fratriſcidij
Hebr. 9. vltionem clamabat, ille vero homicidarũ abſolutionem impetrat. Ob hæc igitur totum ſanguinem effundere voluit, vt totũ quod ex nobis acceperat, vſibus noſtris impenderet. Deus autẽ qui in cunctis operibus ſuis eſt magnificus, vt ipſa mundi fabrica vocaliſsimus eſt teſtis, in rẽdemptio
Cur totus dñi ſanguis effuſus eſt. Lætit. 17. ne quoq; hoĩs nũ parcus futurus erat? imo longè magnificentior. Ideo ſanguinẽ totum effudit Chrs, vt quia ſanguis eſt vita aĩalis, fundens ſanguinẽ totum, & totã nobis ſuam erogaſſe vitam indicaret. Porrò huius põtificis nri ſacrificium iã expreſsimus, admirandũ ſanè, & inconſuetũ pontificibus alijs: nã quis pontificũ ſanguinẽ ꝓ ſuo grege obtulit niſi Chrs? Porrò autẽ ſubit etiã ĩ mediũ ꝓferre ornamẽta põtificia huiꝰ glorioſi põtificis quæ noua quoq; fuerunt & pontificibus inſolita. At hodie nouis iſtis induĩ, quia nouũ ſacrificiũ erat celebraturus nẽpe ſanguinis ſui. At ſingula expediamus. Amictus autem eſt primũ
Amictus. quod accepit in põtificiũ ornamẽtũ. Erat
Lucæ. 22. Matth. 27. Lucæ. 19. Marci. 15. Iudic. 16. amictus tamen velũ illud, quod diuinã tegebat faciẽ in domo eĩ põtificis Caiphæ obuelaĩ noſter æternus põtifex: vt illuſionibus magis pateret carnificũ: vt olim de foſsis oculis Sanſon Philiſtæorum patuit iniurijs. At verò quid eſt cur ô peſsimi tortores rem hãc tentatis iniquã, vt diuinum Chrĩ tegatis vultum? Nam ſcitote Chrĩ ſi obducitis exteriores oculos, mentis Chrĩ obducere nequibitis. Quid eſt ô ſceleſti, quod velatis eum apud quem nihil occultum, nihilq; obuelatum eſt, imo oĩa nuda & patentia ſunt oculis fulgentiſsimis eius, qui ſunt ipſo ſole lucidiores? An non eſſet vobis ridiculo, qui ſolem ipſum tegere cõtẽderet? At magis ridẽdi & vituperãdi vos eſtis, qui ſolem iuſtitiæ vĩris velamẽtis obtegere curatis. Acceſsit huic põtificis illuſorio ornamento aliud ſimile deriſorium ornamentum, quod fuit alba veſtis, quã iubente Herode noſter induit Pontifex, Dalmatica verò Chrĩ, ſeu Planeta fuit veſtis illa coccinea qua fuit indutus in domo Pontij Pilati, quæ fortaſsis lacera & ſordida erat, quia ad illuſionem ſiue vt ludibrio eſſet Chrs ſpectãtibus illa amictus eſt. Denique Caſſula veſtis Chrĩ ꝓpria erat quã clamidem exuẽs coccineam rurſum, veſtiuit. Et tu fige hîc mentis tuæ gradũ, & conſidera attentius ex hac veſtis mutatiõe renouatos fuiſſe dñi acerbiſsimos dolores. Purpurea nãq; veſtis. quã dñs induerat ſanguinis glutino iã tenaciter hærebat carni tenerrimæ Saluatoris: quam detrahentes carnifices, nõ blandè, neq; ſuauiter detraxerunt, at ſęua & immani violentia. Quare flagellorum incrudeſcunt liuores denuo, recentiaq; turgeſcunt vulnera ex veſtis mutatione irritata. Et ſanguis nouus rurſum erumpit ex dñi corpore, terraque rurſum beatum illum ſanguinem excipit. Vt iuxta vaticinium Eſai. Chro dicamus,
Alba. Lucæ. 23. Planeta. Matth. 27. Caſſula. Cæpit. 63. Quare rubrum eſt veſtimentũ tuum? Rubrum ſanè erat veſtimẽtum, quippe quod coccineum erat, at longe rubicũdius, quia ſanguine Ieſu Chrĩ humectum erat. Cingulũ verò, quod putas niſi vincula quibus Ieſus ligatus ad Præſides ducit? Age iã & Tiaram pontificiam obſeruemus ſi vobis placet, & quidẽ nõ fulget Tiara hæc auro, neq; nitet margaritis, at ſpinis hiſpida tota eſt, mariniis iuncis, & illis acutiſsimis conſerta
Cingulum. Tiara.

ſerta eſt, ex ſentibus, & vepribus, cõtexit, & ſacro ſancto imponit capiti. Vt humanæ maledictionẽ naturæ (qua adeo plexa eſt) in ſemetipſo experiretur ſpinas & tribulos germinabit tibi Gen. 3. has ſpinas & tubulos in ſemetipſo Chrus ſuſcipit, vt de legis maledictione nos eripiat. En tibi nri Galat. 3. Deuter. 21. põtificis mitrã quæ illius tegit caput, & ornat: imò quæ caput dñi pũgit, & vehementiſsimè torquet. Riuulos iã defluentes ſanguinis à capite in dñi gennas & barbã aduerte, ex acerbiſsimis cerebri pũcturis ſcaturiẽtes. Chirotecæ põtificis huius, purpureæ ſunt. Nã clauis confixæ manus ſanguine perfundunt: annulli verò atq; manipulus, ferrea ſunt, nã claui ſunt, pedũ ſandalia quæ pontificũ pedũ ſunt calcamẽta ſacra ſolẽniter faciẽtibus, claui ſunt etiã. Nãque clauo pedes fixos cruci habet. Baculus eſt arũdo quã manu geſtat, qua eius percutit caput. Ara in qua ſacra peragit, lignũ crucis eſt. Nõ leuigatũ, ſed rude, & impolitũ: vt rurſum ligni aſperitate caro Ieſu Chri refricata miſerè, torquerẽt, & ſæui dolores acerbius augerent. O mirã Iudæorum crudelitatẽ, ô rabidiſsimũ furorẽ, cur non cõpatimini Chro immaculato agno, multa eĩ oſtẽdit vobis bona opa, cæcos vros illuminauit, ſurdorũ aperuit aures, & deniq; benè oĩa fecit. Cur adeo incãdeſcitis in bñfactorẽ vrm, cui oportebat vos gratiſsimos exhibere? Imò adeo incruduit veſter funeſtus furor, vt vel lignũ crucis planum vbi ſacrũ nõ exaſperaret Chri dorſum nõ exhiberetis. Imò liuentẽ flagellis carnem aſpero ligno infigitis. Iuſta aduerſus vos querimonia huius põtificis eſt illa. Populeus q̃d feci tibi, aut in quo contriſtaui te rñde mihi ô admiranda Dei diſpẽſationẽ, vniuerſa in filiũ ſibi chariſsimũ ſæuire permittit, neq; flagella, neq; ſpinæ, neq; claui, neq; lãcea, neq; lignũ, neq; gentes, neq; Iudæi parcunt, oĩa in illũ furiunt, ſiquidem Deus pater proprio filio non pepercit, ſed nobis illũ cruciatibus, quos denarrauimus tradidit, vt nobis ipſe filius parcat. Omnia in illum furiunt, vt Deus in nos nõ furiat.

Chiroteca. Manipulus. Sandalia. Matth. 27. Baculus. Ara. Micheæ. 6. Roma. 8.

Nã propter ſcelus noſtrũ à Deo patre percuſſus eſt. Eſa. 53. vt chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci diſſolueret, ad Coloſſ. 2. In paradiſo quondã ſe vendiderat homo diabolo ex peccato intercedente. Nã qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Huius ergo diabolicæ ſeruitutis chirographũ primus cõſcripſerat parens, ſe gratis venundãs, & poſteritatẽ Satanæ mãcipio tradens. AEquidem firmiſsimum erat chirographũ hoc: nullus vim eius delere quibat, non angeli, non Patriarchæ, non Prophetæ: ideo diabolus ex chirographi ſtabilitate ſecurus Chrm tentans ait, Oĩa hæc tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Sua nanque, oĩa mundana ducebat eſſe, quippe ex pcti titulo, illa in ſua vſurparat. Hoc chirographũ ſanguine Ieſu Chri hodie deletẽ, clauis dilaceratur, & rumpitur: & homo deſiderata libertate donatur. Chirographũ illud vetuſtum nobis aduerſarium deletẽ, & rumpitẽ, hodie quod damnationis erat, & nouum iã ſcribitẽ chirographum grã, & miſericordiæ. Illud vetus ſcriptum erat in animabus nris, quas extorres ferebamus à Dei gra à cœleſtiq; regno: at hoc nouum ſcriptum in carne Ieſu Chri, ſanguinisq; ſui tincturis (veluti indelebili atramento) chirographum hoc notatur. Vt quia Chrs reſurgẽs à mortuis iã non moritur, & chirographũ hoc ſit quoq; ſempiternum. Audi Ioãnem ſi mihi nõ credis. Filioli hæc ſcribo vobis, vt non peccetis, ſed ſi quis peccauerit, aduocatũ habem apud patrẽ Ieſum Chrm iuſtũ: ipſe eĩ eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Nimirum omnis nanque pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur, in ijs quæ ſunt ad Deum. Inſtar cuius Chriſtus in diebus carnis ſuę preces ſupplicationesque ad eum, qui poſſet eum ſaluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, ex auditus eſt pro ſua reuerentia. At verò preces Deo obtuliſſe patri pontificem hunc, vt calicem mortis à ſe trãsferret legimus, neque tamen exauditus eſt. Quippe cali-

Duplex chi rographũ. Roma. 6. 1. Ioan. 2. Hebræ. 5. Exponitur Pauli locus.

cem bibit. Quid ergo eſt quod ait, Et exauditus eſt pro ſua reuerentia, ſanè quodcunq; Chriſtus impetrare apud patrẽ voluit, efficaciſsimè impetrauit, nam exauditus eſt pro ſua reuerentia. Cæterùm, quod petiuit à patre, vt calicem porrigendum auerteret, non eò petebat, quò calicis auerſionem impetraret, imo hoc impetrandi Chriſto animus non erat. Præſcriptã nanque mortem à patre ipſe ſimulatq; conceptus de Spiritu ſancto eſt, ratam etiam habuit. Porrò vt carnis ſuæ naturalem motũ exprimeret (qui ſanè eſt mortem refugere, atq; formidare) ideo aiebat, Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Nõ ergo Paulum intelligas, Chriſtum in deprecanda morte ſua eſſe à patre exauditũ, ſed potius exauditus eſt quia calicis illius, quem Dominus transferendum rogabat vis atq; energia tranſlata eſt in corpus ſuum myſticum, quod eſt catholica eccleſia. Amarum igitur dominus epotauit calicem, mortem & tormenta dira ſubiens. At vero calicis præclariſsimi huius vim in ſua membra deriuauit. Id quod etiam petebat dominus, cuius deriuatio calicis martyres Chriſti potẽtes effecit, vt iugula aperirẽt carnificibus. Cæterosq; ſanctos omnes in ſanctitate & iuſtitia corroborat. Nanque Chriſti agonia & mortis tædia apoſtolos in tormẽtis alacres fecit vt irent à conſpectu concilij gaudentes, quia pro nomine Ieſu contumelias ferebant. Et quanuis apoſtolicus contextus hoc præ ſe ferat Chriſtum exauditum eſſe à patre, vt ipſa arceretur mortis iniuria, ait enim qui poſsit illum, ſaluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, & continuo ſubdit, Et exauditus eſt pro ſua reuerentia: at ſi acutè diſpicis, non ait eſſe exauditum, quod non moreretur, ſed abſolutè, ait exauditum eſſe. Et vtique exauditus eſt Chriſtus, tam pro ſui corporis reſurrectione, & gloria, quam pro electis omnibus deducendis ad vitam æternam. Pro quibus omnibus efficaces preces ad Deum patrẽ porrexit, Ioan. 17. Non pro eis, ait, rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me.

Hebræ. 10.

Matth. 27. Lucæ, 22.

Calix Chriſti tranſiuit in corp⁹ myſticũ ſuum.

Chriſtus de quibus eſt exauditus.

Chriſtus exauditur pro reſurrectione corporis ſui & pro electis ſuis.

¶Habes igitur, quæ veri noſtri pontificis erant pontificia ornamenta, quales quoq; huius noui põtificis beatæ preces apud patrem fuerint: quippe quæ ſummi valoris, & efficaciæ fuerũt, & ſunt. At vero corporis ſui diuinam in cruce celebrãs victimã, clamore valido tandẽ patrẽ precat dicẽs, Pater ignoſce ijs, quia neſciunt q̃d faciũt. Quod ſi in cumulum reduxeris vniuerſa Chri, quæ ſummatim perſtrinximus, tormenta, apertũ tibi erit quã veraciter Eſai. dixerit, Non erat illi ſpecies, neq; decor. Nihil enim in Chro hodie eſt non cruentum, nihil non liuidum, nihil non maceratum, nihil non læſum: à planta pedis vſque ad capitis verticem non eſt in eo ſanitas. Et qui alioqui decorus valde erat, & electus ex millibus, quia ſpecioſus erat præ filijs hominum, at facere curans ſibi eccleſiam venuſtiſsimam, non habentem maculam, neque rugam, ſpecie, & decore natiuis deſtituitur. Scitè admodum ſponſa ſponſum Chriſtum faſciculum myrrhæ cognominat. Faſciculus myrrhæ, inquit, dilectus meus, & inter vbera mea cõmorabitur. Myrrha nanque amariſsima eſt alioqui ſaluberrima, & eximij antidoti. Talis eſt Chriſti paſsio quæ amarulenta ſatis domino fuit. Verum in ipſa eſt ſpiritualis vitæ latex, in ipſa theſaurus noſtræ ſalutis: in ipſa noſtrorum ſcelerum præſentaneum pharmacum: nam ipſa eſt clauis reſerans cœleſtia regna, & Tartarea obturans loca. Quam ob rem inter vbera eccleſiæ myſticus iſte faſciculus commoratur. In hunc nanque fideles omnes defixos tenemus oculos, vt in donorum cœleſtium omnium certiſsimum vehiculum. Porrò ſi CHRISTVS dilexit adeò eccleſiam, vt illam proprio deterſerit cruore, mirum ne eſt ſi ſanguis hic inter ſpiritus vbera noſtri iugiter verſetur? Chriſtus ſub tormentis ſuis nos amat, ecquid ſi nos extra tormenta amemus Chriſtũ? Alioqui Chriſto ex redemptionis

Eſaiæ. 1. Cantico. 5. 1. Reg. 16. 2. Reg. 14. Epheſios. 5.

Cantico. 1.

Paſsio Chriſti latex vitæ theſaur⁹ ſalutis pharma cum præſentaneum contra morbos animi.

Epheſ. 5.

ptionis diuino iure etiã ſub quæſtionibus, & ſub morte ipſa amorẽ debemus. At vero Chriſti amorẽ erga eccleſiam ſuam Salomõ Can. 8. tradidit. Aquæ multæ ait nõ potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ſi dederit homo omnem ſubſtantiam pro dilectione quaſi nihil deſpiciet eũ. Non enim alias aquas credas eſſe quam inundantes aduerſus dominum procellas. At hæ Chriſti erga mortales amorem extinguere non potuerunt. Imo cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos. Ioan. 13. Itidem quoque flumina tribulationum irruunt ſæpè, & irruerũt iam diu, & irruent denique ſub Antichriſti furore: at non oppriment ſpõſæ charitatem erga ſpõſum ſuum Chriſtum. Eſt ergo firmiſſima & ardentiſſima charitas Chriſti ad eccleſiam, inuicem & eccleſiæ catholicæ ad Chriſtum. At qui tametſi eccleſiæ dilectio debiti ſit officij illã præſtare Chriſto (qui illam lauit in ſanguine ſuo) verum Chriſtus gratis citra omne debitum, imò per gratiam ſuam eccleſiam ſuam dilexit ante originem mundi, & illam hodie ſanctificat per mortem ſuam. Propterea ſi derit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione (ſubaudi vt ſibi paret hanc diuinam dilectionem, quã diximus) quaſi nihil deſpicient eum. Omnia nanq; humana merita etiã ſi totius humanæ naturæ meritorum ſubſtantiam in vnã ſummam redigas, nihili ſunt ducẽda ad æternam Dei dilectionem conciliandam, vt filium videlicet ſuum vnigenitum pro nobis morti traderet. Nanque apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei non ex operibus iuſtitiæ, quę fecimus nos: ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit hodierna die, nempè ſemetipſum Deo in noſtram reconciliationem immaculatè offerens. ¶ Nõ eſt iam quod egregius vates Eſaias lamentẽtur, Vulnus dicens & liuor, & plaga tumens, nõ eſt circunligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. Imò hodie noſtri liuores Chriſti liuore ſanantur, vulnera noſtra, & tumentes plagæ ex Chriſti vulneribus, & plagis curantur, & Chriſti vinculis circunligantur, vt æterna ſanẽtur ſalute. Et in cruce ſuſpenſa demum ſunt hodierno die noſtrorũ animi egritudinum efficacia pharmaca. Vinum nanque illud, atque oleum quæ infudit Samaritanus ille Saucio homini, à cruce Chriſti manant. Nam totavi num manat meraciſsimũ, hoc eſt ſanguinem Chriſti ſtillat: neque ſtillat ſolũ, imò vberrimè fundit: cui accedit oleum quod donat diuinæ miſericordiæ. Nullibi enim hoc oleum reperies, niſi in ligno hoc crucis. Nã miſericordia motus Chriſtus (quippe nos ſauciatos & vlceroſos aduertebat) crucem aſcendit noſtris vulneribus medẽdis, nõ vulgaria medicamenta paraturus. Et huius medicamẽti preſentaneam vim, vel hinc diſces. Compẽdentẽ enim illico ſanat Chriſtus latronẽ. Hodie, ait, mecum eris in paradiſo, & Cẽturionẽ ex fide vera illuſtrat. Clamat nanq; Cẽturio, Verè hic filius Dei erat, & carnifices ad reſipiſcẽtiã conducit. Reuertebãtur etenim à crucisfixione, percutientes pectora ſua: de ſcelere dolẽtes patrato, & ꝺ ſemetipſis ex pugnis pectoris ſumẽtes vindictã, à cruce diſcedebãt. Supereſt igit̃, vt iuxta Salomonica iuſſa tantũ regẽ, diuinũq; medicũ noſtrorũq; lapſuũ reſtauratorẽ per intimã mẽtis nr̃æ inſpectionẽ ſpectaturi egrediamur. Id ꝙ vt p̃ſtemus Salomõ monebat dicẽs. Egredimini filiæ Sion, & videte regẽ veſtrũ Salomonẽ in diademate, quo coronauit eũ mater ſua: in die deſpõſationis illius, & in die lętitiæ eius. Cant. 3. Hodie nãq; ſpectãdus Chriſtus eſt rex pacificus, coronatus diademate, quod cunctis regijs diadematis præſtat, nam corona ſpinea redimitus in medium proſilit. Hoc diademate mater ſua, ideſt, ſynagoga illum coronat. Nãque ſecundum carnem à Iudæis genus duxit Chriſtus. Quapropter ſynagoga rectè mater Chriſti eſt appellanda: alioqui nouerca truculentiſsima. Eſt autem dies crucis iſte dies deſponſationis, & dies lętitię, ſpiritui Ieſu Chriſti: tametſi carni mœ

Locus Salomonis expoꝛitur.

Chriſtus dilexit eccleſiã ante originẽ mũdi.

Cant. 8.

Ad Titũ. 2.

Eſa. 1.

Eſa. 53.

Matth. 27. Lucæ. 22. Mar. 16. Ioan. 19.

Lucæ. 10.

Spectandus & contemplãdus Chriſtus ſub paſſione.

ſtiſsimus,deſpõſationis ſanè eſt dies. Sunt etenim ſponſalia quædam promiſſoria dũ taxat,alia quæ non pollicitatoria,ſed præſentia habent verba,qualia hæc ſunt. Ego me trado in tuam, & tu in meum: quæ etiam matrimonia rata & non conſumma ta appellitant iura. Sub lege igitur illa vm bratili promiſſoria erant omnia, & ambu latoria. Typica nanque erant vniuerſa ex quibus typis ſe venturum & curaturum morbos noſtros Deus ſpondebat. At hodie opere præſtat, quod quondam ſpopõderat:& humanam naturam ſanguinis diuini pretio mercatur,& redimit. Erat Lacedæmonijs ſolenne vxores indotatas ſibi parare, quas pretio emebant. At Chriſtus itidem indotatam accepit ſponſam, & ſanguine ſuo hodie emit, & eſſe ſuam, emptionis iure facit. Cęterum quam citra dotem amauit, non ſine dote relinquit. Nam æterni regni illam conſortem eſſe donat: & arrhabonem ſui ſpiritus elargitur in cordibus fidelium. Dies hic eſt ille, quem Ioannes commemorat Ahraham, inquit, exultauit vt videret diem meum, & vidit ex gauiſus eſt. Gaudebat ſanè famulus de domini, quem cernebat à lõge, ſpirituali triumpho. Hodiernus nanque dies,dies eſt diuini triumphi,nam Tartara calcat dies iſte,dæmones ſpoliat, & regna ditat cœleſtia. Nam conteritur aduerſariorum acies, & diabolus, vt Dagon ille truncus in limine iacet, & abſciſſo capite proſtratus humi ingredientibus ſeſe calcabilem præbet. Eſt autem ſuperbia diabolicum caput. At hodie caput hoc truncatur & præſcinditur, quando Deus homo factus, adeò ſe exinaniuit, vt humiliauerit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis, ad Philippen.2. Quam profecto mortem lege nulla ſubire debebat Chriſtus. Etenim crimẽ falſo obiectũ à perfidis delatoribus Chriſto blaſphemię crimen erat, nempe quia cum eſſet homo,ſe Deũ faciebat. Id quod etiã ſi verè collegiſſent, tamẽ blaſphemia cruce nõ mulctabat, ſed lapidibus. Leuit. 24. Erat nanq; crucis ſupplicium ſummæ maledictionis ſupplicium. Maledictũ nanque Moſes eſſe in lege ſcripſit pendẽtem in ligno. Deut.21. tametſi Hiero.lib.2.cõment.ad Gala.c.3. lectionem germanam loci huius indicet eſſe hãc,maledictus qui pendet in ligno. Quod vero à Deo,nos legimus à falſarijs adiectum eſſe putat in odium Chriſti,vt eſſe Chriſtum infidelesſidelibus obiecerint maledictũ à deo,quippe qui in ligno pependerit. At vero ex diuino hoc cõſilio proceſsit annotãte Chryſoſtomo,vt crucis cõtumelioſo ſupplicio afficeretur Chriſtus, vt nos à legis maledicto,imò à peccatis noſtris(quæ maledicta à Deo ſunt) expiaret,ad Galat.ca.3. Duos enim olim (Deo autore) ſignauit Moſes montes,alius benedictionibus elargiendis deſtinatus erat, alius vero maledictionibus. Aſcendit Satanas mõtem maledictionis,& maledixit mortalibus cunctis. Nam inuidia diaboli mors introiuit in mundũ. At verò contra aſcendit dominus caluarium montem baiulans ſibi crucem, vt Satanica maledicta abſtergat,&nos impleat omni benedictiõe ſpirituali in cœleſtibus ad Eph.1. Hic caluarius mõs,Dei eſt,mõs pinguis, mons, in quo bene placitum fuit Deo, vt redemptionis noſtræ myſteria in eo hodie celebrentur. Et qui erat mortis, & ſuſpendij,iam hodie redditur mons vitæ & gloriæ. Erat enim mons ille(vt quorundam extat ſententia) vbi in patibulis malefactores affligebãtur cruciandi:quorum corpora de crucibus depoſita:inibi ſepulturę committebantur. Vnde cranijs capitum aut calauernis refertum erat. Quare & caluarij nomen promeruit. Sunt qui credant Adã & coniugẽ Heuã inibi ſepultos,quãuis hoc plena autoritate veritatis ſuffultũ nõ ſit. Porrò mea refert nihil,ſiue hoc ſiue altero modo cẽſueris:ſat mihi eſt montẽ hunc mõtem eſſe,vnde benedixit vniuerſis hoĩbus Chriſtus, tanq; ſacerdos ſummus à deo prẽ cõſtitutus. Ligatis equidẽ manibus pẽdet, nã erã cõfixę clauis ne tamẽ nobis bñdicat, ligari nequit. Verbũ nanque

Lex vetus promiſſoria & ambulatoria.

1.ad Cor.10

Acto.20.

Lacedæmonijs ritus.

Ioan.8.

1.Reg.5.

Ioan.10.

Variaole& Hieronym.

Num.21. Mons Gaſſzim. MõsHebal. Sapien.2.

Pſal.67.

Vnde Caluarius mõs dictus.

nanque dei, quod ipſe eſt ligari nequit. Bene dixit autem nos ſemetipſum offerens hoſtiam Deo ſuauiſsimam atque iucũdiſsimam, pro peccatis noſtris. Dies ergo crucis dominicæ dies eſt benedictionis. Quapropter Abraham exultat hũc diem procul valde præſentiens. Erat nanq; dies iſte, qui operi mandabat vetuſtam illam promiſsionem. In ſemine, ait, tuo benedicentur omnes gentes terræ. Gene. 22. Vnde Salomon ad hoc alludens, diem hũc deſponſationis & lętitię commemorat eſſe, nõ lætitiam referens ad immania Chriſti tormẽta quibus affectus eſt. Nam hæc valde plangibilia ſunt, teſtante Zacharia, Plãgent cum plãctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum vt doleri ſolet in morte primogeniti. Quæ planè verba ad Chriſti myſteria eſſe referenda cõtextus haud dubium indicat. Præceſſerat nanq; effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalẽ ſpiritum gratiæ & precum & aſpicient ad me, quem confixerunt. Scio Theodoretum in commen. eiuſdem loci planctum hunc finalem venturum in die iudicij arbitratũ fuiſſe. Tunc enim Iudæi ſe miſerè & æterno perituros cernentes, quia Chriſtum cõfixerũt (quẽ viſibili forma videbunt) plangent, & vlulabunt vlulatibus immenſis. Matthæi. 24. Apo. 1. Verũ nihil in cõmodi feceris ſi de plãctibus fidelium locũ intellexeris, quos celebrãt ſolenniter, quando hodierno die dominicæ paſsionis venerabilis memoria recolitur. Nãque quotãnis lachrymarum effuſio ſolẽnis eſt Chriſti fidelibus, & merito. Nam quis temperet à lachrymis certa tenens fide agnum innocentiſsimũ pro nocentibus nobis immolatum fuiſſe? Cęterum ſi fructũ mortis Chriſti obſerues, dies lætitiæ eſt hodiernus. Nam ſi poſuerit pro peccato animã ſuam videbit ſemẽ longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Quæ dilucidatio diſerta tibi ſuppeditabit. In declamatione rurſum panægyrica de crucis gloria nos multa diximus, quæ in hãc ſunt voçanda declamationem: nã illa hîc repetere animus nõ eſt. Ne autem declamatio hæc de dominica morte euangelicæ lectionis prorſus ſit aſymbola, viſum mihi eſt euangelicã Ioan. denarrationẽ hoc proſequi loco, q egreſſum eſſe Ieſum vt pateret ait, trãs torrẽtẽ Cedrõ. Cęterũ nõ ſunt exiguæ cõtroverſiæ de noiẽ Cedrõ, an ſit Græcũ nomẽ, an Hebraicũ. Etem ſi Greçũ eſt interptãdus eſt, Ioãnis ſermo Greçus trãs torrẽtẽ cedrorũ: ſi verò Hebraicũ eſt egregiè interpres trãſtulit Cedrõ, aut Kedrõ. Hiero. n. de locis Hebr. lib. vallẽ eſſe indicat eiuſdẽ nominis ad oriẽtalẽ plagã Hieroſolymitanæ vrbis, nõ procul ab illa ſitã. Et quidem Hebręis eſt verbũ Kadar, obtenebrat⁹ eſt, ſignificat, inde Kidrir, obtenebrauit, denigrauit, item Kadar cõtriſtatus eſt Hebræis ſonat. Vnde Cidrõ, aut Kidrõ deriuationẽ ducit. Quare tenebras, aut triſtitiã denotabit. Ideo torrẽs Cidrõ aut Kidrõ, torrens obſcuritatis eſt, & triſtitiæ. Ferũt eũ eſſe vallẽ profundã, q̃ alluebat torrẽs quidam, at vallis pfunditatę obſcurus erat. Me aũt ſi arbitrũ huius rei habere cupis, nõ video cur tã inſtãter quidã inſiliat in Eraſmũ Roterodamũ, cõtendẽs nequaq̃ cedrorũ trãſferẽdũ eſſe: ſed Kedrõ. Nanq; propter obſcuritatẽ vallis, ſic cognominatus erat torrẽs ille. Etem obſcuritas torrẽti accedere etiã poterat, ex cedrorũ oppacitate. Nãq; ſunt cedri ſublimes, & procerę, frondoſęque arbores. Quarũ frõdes ſunt inſtar cupreſſinorũ foliorum. Et quanquã mõs Libani diteſcat cedris, nihil obſtat, quominus prope Hieruſalem cedros etiã tũc natas fuiſſe etſi non tã diuiti copia & eximia pulchritudine, vt in Libano. Egreſſus eſt igitur dñs transtorrentem obſcuritatis, & triſtitiæ. Quem quoq; Dauid quondã Abſalonẽ diffugiens trãſilierat, per oliuarum cliuũ aſcendẽs: & huius loci frequẽs eſt in veteribus ſcripturis mẽtio. Trãſiuit igit Ieſus torrentẽ obſcurũ, & tenebroſũ, q a lux ĩ tenebris lucet, & tenebrę eã nõ cõprehẽderũt. Trãſiuit mœſtũ torrentẽ, quia calice potatus eſt amaritudinis. Hũc torrentẽ bibitu

2. ad Ti. 2. Ephe. 5.

Dies mortis Chriſti dies deſpõſationis.

Cap. 12.

Paſsio Chriſti lamẽtabilis eſt ſub quadã ratione.

Eſa. 53.

Ioan. 19.

Cedron ſi Greçum eſt nomẽ an Hebraicũ diſſeritur.

Lege defenſiones Stunicæ cõtra Eraſmũ. Ioã. 19. & Eraſmũ in annotatio.

Torrẽs Cedron ex parte altera fõs eſt Siloa.

2. Reg. 15. 3. Reg. 2. & 15. 2. Paral. 15.

Psal.109. bibiturum dominum vates præsenserat il le,qui aiebat de torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Id quod Paulusetiã si diuerso sermone eodem tamẽ sensu scribens Philippẽsibus,impletum iam esse cõ memorat. Humiliauit ait semetipsum vsq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis:propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen,quod est super omne n omẽ. Hoc nanq; Pauli verbum illud Dauidicum spirat:id quod dudum denarrabam. Nã propterea Christus exaltauit glorioſe caput suum, quia de torrẽte amarissimo liberat. Hic torrens est, quem transeundum esse electis Dei scriptura monet. Torrentem,

Psal.122. ait,Dauid pertransiuit anima nostra, forsi tan pertransisset aquam intolerabilẽ. Nãque si caput fidelium torrentẽ amaritudinis pertransiuit hodie, membra vt eũdem transmittant est necesse. Nõ enim est seruus maior domino, neq; discipulus supra

Ioan.13. magistrum: siquidem via regia est ad eternas comparandas delicias,per temporales miserias nobis facere gradum & iter. Va-

Torrẽs trãsmittẽdus no biseſt ad regna cœlestia. dit autem Iesus per torrentẽ hunc ad hortum quendam (quem petere illi moris erat)Patrem sanè oraturus. In horto patrẽ precat:in horto sanguine præ sudore fluitat:in horto angelica confortatur præsentia: in horto capit ab aduersarijs: in horto suos prosternit hostes: in horto inimicis beneficum se gerit, nam Malcho auriculã abscissam restituit:in horto deniq; sepelitur,atque resurgit. At cur obsecro tã præ

Gene.3. clara in horto à Christo geruntur, vt vel hinc illius vetusti horti admoneamur,vbi delicto protoplasti posteritas tota fuit infecta? Inibi ergo molitur reparationem deus, vbi aduertimus nostrã miserabilem ruinam præcessisse. Precatur ergo Christus patrem,Pater, si vis trãseat à me calix iste. Porrò aũt exhorrebat mortem Christus:quippe qui homo erat,&dignissimus hominum & angelorum. Et quanquam mortem formidare natiuum sit viuentibus: at quò quis dignior est, eò pauet vehementius, quia indignam sibi mortem putat. Nebulones autem in mortem se facile conijciunt, vt Gellius Aristippum nebuloni cuidam dixisse commeminit. Dixit autẽ Aristippus homines sordidos mortem neque pili facere,at verò non itidem philosophos. Ad hæc orante domino discipuli graui correpti somno iacent, quibus dominus,Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? vigilate & orate,ne intretis in tentationẽ. Pastor vigilat, at grex dormit apostolicus. Ecquid ò beati magistro vestro de vos benemeritissimo angustijs mortis æstuanti,non astatis consolaturi? Cur succumbitis somno, & non excitatis etiam quæsitis vigilandi artibus somni torpedinẽ? Pulchrum ne ducitis dominũ laborare ex diræ, quã præsenserat,mortis tædio,& vos pacatos esse? Christum instãter orare, & vos silere? Christum sanguineum fundere sudorem, & vos stertere? Vbi tua audacia ò Apostolorum vertex Petre? vbi illa magnifica,quæ dicebas verba, Etsi oportuerit me mori tecum non te negabo? Siquidem vigilandum tibi nũc iniungitur,at altum dormis. Similiterque ò vos apostoli cæteri omnes dixistis audacter vobis esse moriendum cum Christo. At nemo est vestrum modo, qui vigilet cum illo, tãtum abest vt moriamini cum illo. O ineffabile Dei consilium: quam in inuestigabiles sunt viæ tuæ domine! Vndique te destituis solatio, etiam contubernaliũ tuorum: agonizantẽ eñ te dimittunt, neque tantæ agoniæ vel comites sese exhibent:vt vel tibi condolendo te solentur,& profundissimæ tuæ tristitię temperent nõ nihil rigorem. Porrò quando humana solatia à iustis laboribus aufugiunt, diuina non desunt. Etenim en astat domino agonizanti angelus de cœlo descendens confortans eum. Principes Iudæorum necem Christo parabant, populi iam in dominũ fremebant, discipuli dormiebant:at in tanta Domini pressura charissimorum Christi nullus qui simul contristaretur extabat & non erat qui consolaretur eum. Cæterũ festinus angelus cõfortaturus descẽdit

Oratio domini & somnus apostolicus.

Matth.26. Lucæ.22.

Rom.9.

Lucæ.22. Psal.2. Psal.68. Thre.1.

de

de cœlo, qui hoc eximiè præſtet quod homines negabant. Cæterum qualia deprõpſerit verba angelus hic Lucas ſubticuit. Nam peruium erat cuiuis illa excogitare. Sat illi dixiſſe erat angelum cœleſtẽ confortaſſe Chriſtum, & fortaſsis ſi ex coniectu rẽ pendere placet hic angelus Gabriel erat, qui Zachariæ aſtiterat, & virgini affulſerat, & fortitudo Dei interpretatũ. Chriſto quoq; modo aſtitit forſitan hæc verba aut alia ſimilia dicẽs, ſcio ò Chriſte te mea exhortatiõe indigere nihil ſi voluiſſes. Et enim tu angelicis chorisomnibus præſtas, vnde in deſerto tibi miniſterium præſtitimus, vt noſtro, & vniuerſorũ domino. At quia modo triſtitiæ laxaſti habenas & profundo tædio afficeris mortis, depone obſecro mœrorem: tempera mortis digniſsimas anguſtias. Aeterni nãq; Patris hoc extat decretũ, vt tibi nõ parcat, ſed morti acerbiſsimæ tradat: vt hominibus demum parcat. Si moriendũ tibi nõ eſſet, qp homo eſſes (alioqui Deus cũ ſis) quid opus facto fuiſſet? At beatiſsima ducito tua tormẽta, quæ ſunt non ſolũ hominum, ſed angelorũ incõparabiles delicię. Nos mortẽ tuã iã diu eſt, qp expectamus, vt homines, in ciues cœleſtes habeamus. Animæq; ſanctorũ patrum feruẽtiſsimis iã olim deſiderijs agũtur fœliciſsimæ mortis & crucis tuæ, vt iã diu optata diuina luce potiãtur. Prophetæ hoc de te olim veraciſsimè prædixerũt, at prophetica ſcriptura ſolui nõ poteſt. Lex quoque ſuis typicis vmbraculis hoc iugiter clamat, te cruci adigẽdũ: ſiquidẽ ſacrificia illa typica omnia ſanguine rubẽt: & omnia in lege ex ſanguine mũdantur, & ſine ſanguine nõ fit peccatorum remiſsio. Cui Chriſtus, Id qp pater, inqt, diſpoſuit meus, ego nõ recuſo, nõ auerſor, nam diuinã patris mei volũtatẽ ſummè amplector: angor tamẽ & vehemẽti triſtitia afficior, qa naturę humanę genuinũ eſt mortis pauere cõgreſſus. Cęterũ ſpũs meꝰ ĩpa nidꝰ eſt. Morris nãq; meæ ſcio vberes futuros fructꝰ, ex illa nãq; vita pẽdet mortaliũ. Poſt quæ colloquia, adeſt ecce traditor Iudas Iſcariotes tenebroſi ſatellitij dux, vt dominũ caperet. O infœlix Iuda, ò terq; quaterq; miſer! Qualis eſt hic ducatus quæſo quẽ amaſti? Cur miſerũ ducatũ diſciplinæ beatę Chriſti prętuliſti? Si ducatũ amabas, ducatũ tenebas. Sũt enim apoſtoli collegę tui, duces orbis terrarum, cur ergo ducẽ te prębes modo impiorũ, ducẽ tenebrarũ? an nõ beatius tibi erat ducẽ eſſe fideliũ. O cor impijſsimũ & plusq̃ lapideũ, cuius duritiẽ diuina Chriſti nõ fregit dulcedo. Cur tibi nõ ſubit dñm tuũ pedes tuos decũbẽtẽ lauiſſe, corpore ſuo te cibaſſe, Sãguine potauiſſe? quæ erãt Chriſti chariſsima pignora, quæ tibi tñ magnificè cõceſsit. Cur hęc ſpernis infœliciſsimè pluriſq; facis denariolos ſacrilegos, q̃ vberrimã erga te Chriſti munificentiam? Giezi ille lepra eſt infectus fœdiſsima, qa Iordanicas vẽdidit vndas, quę Naamã Syrũ lauerũt, & à lepra abſterſerũt: expẽde igiẽ quantã noxã tu ſubis creatorẽ vniuerſorũ vendẽs. Neq; hoc cõtentus mõſtroſo ſcelere, vẽdẽdi dñm vili pretio, at auxiſti crimẽ addens aliud, qa te ducẽ carnificũ exhibes, vt Chriſtm tua induſtria cõprehendãt. Quid tibi cõmeruit ſerió rogito, agnus innocẽs hic, vt illi inſidieris? vt illi non cõmeritã necẽ moliaris? vt eũ oſculo hoſtibus ſuis tradas? Cur non liquãt obdurata viſcera tua verba dñi tui nõ te hoſtẽ ſuum, amicũ tñ vocantẽ? Mirabilis hæc clemẽtia eſt erga te, & tua eſt immanis crudelitas erga Chriſtm, nã ex benignitate ad tuã accenderis iniquitatẽ. Si ira ſceris Chriſto iram habẽs, cur blandus ſermo domini iram tuã non frangit? nã quid blandius quam ſermo ille, Amice ad quid veniſti: & rurſum Iuda oſculo tradis filiũ hominis. O infidũ, atq; fraudulẽtũ oſculũ! pacẽ ex oſculo oris pfiteris ò Iuda, at cor de internecinũ geris odiũ. Tui quoq; ſunt ſimiles, qui ore confitẽtur ſe noſſe deum, factis aũt negant: ſimiles pręterea tui ſunt, qui in eccleſia Dei primarias alioqui tenẽtes ſedes Chriſto, cuius vices gerunt, aduerſantur, vt tu qui principatum, ideſt, apoſtolicũ gerebas munus, & tanti oblitus mu-

Lucæ. 1.

Cõfortatio angelica.

Matth. 4.

Vide reprehenſio.

4. Reg. 5.

Matth. 26.

Hebr. 9.

muneris Chriſtum vendidiſti. Quod ſi Chriſti miraculorum priorũ immemor eras,cur præſentia non te à nefaria venditione retrahunt. Tibi enim & ſatellitibus tuis Chriſtus ait,Quem quæritis,& potẽtiam loquentis ferre non potuiſtis,nam retro lapſi eſtis. O hominum denſiſsimam caliginem, retrorſum labimini,& virtutẽ non poteſtis diuini verbi ferre, qui pauebat enim dudum ex diſpenſatione, terret modo ex virtute. Et adhuc hæc nihili penditis quippe Chriſtum apprehendere contenditis? Quanto vobis ſatius fuiſſet, ante terrentem Chriſtum cadere,& ad beatos ſuos prouolui pedes,quam capturã Chriſti moliri,qui inuitus capi nõ poterat. Caditis retrorſum, & aptè quia iniquorũ eſt iſte caſus. Iuſti enim cadunt antrorſum,& non retrorſum vtvos caditis. Nã ſeptieſin die cadit iuſtus,& reſurgit. Cadunt emi iuſti in facies ſuas. Sãctos.n.illos tres apoſtolos legimus cecidiſſe in monte Thabor in facies ſuas, quibus ne confringantur ex caſu dominus ſupponit manus ſuas, vt non collidantur,imò vt erigantur à lapſu auxiliares præſtat manus. At tuus lapſus (tua perfidia poſcente) irreparabilis eſt ò Iuda cum ſatellitio teterrimo tuo. Nec abre:retrorſum enim caditis,nẽpevt à fonte miſericordiæ in dies plus elongemini. Porrò autẽ ſi Iudas proditor eſt,Petrus ſe accingit ad Chriſti defenſam. Exemit enim gladium:illumque diſtrictũ in ſeruum pontificis vibrat,illiuſq; auriculam ſtrenuè præſcindit. Et quanquam duos gladios apud apoſtolos fuiſſe legamus,vnus eſt tamen qui diſtringitur,vnus eſt qui ferit,& ille Petri eſt. Penes quẽ eccleſiaſticæ ſumma poteſtatis adeſt,à quo in ſibi ſucceſſores ſenſim transfuſa eſt. Sunt ſanè gladij duo in eccleſia Dei,ſecularis inquam,& cœleſtis poteſtas. At ſecularis vt cœleſti cedat neceſſarium eſt. Idcirco Petrus ſolus gladio vtitur: at Chriſtus qui dudum inſtanter gladios in tutellam ſuam ab apoſtolis exigebat,Petro gladijvſum vetat modo:vt ſe ex diſpenſatione timuiſſe (etiamſi verè timebat) demonſtraret. Nunc verò ſe ſpõtaneum non coactum habuiſſe timorem docet, nihilque ſibi gladijs opus eſſe indicat. Malchus autem perſonam agit Iudęorum,qui ſeruus erat põtificis. Iudæi enim ſpiritum ſeruitutis acceperunt in timore, & lex illa,quę illos generabat timoribꝰ,& ſupplicijs horrida eſt: ideoque ſeruilis lex erat, ſeruos quoque procreabat filios. Abſcidit igitur Petrus auriculã ſerui: etenim apoſtoli deſtituerunt indignos Iudæos,& conuerſi ſunt ad gentes. Acto. 13. At verò tandem auriculam Iudæis donabit Deus: quia in finem conuertentur. Fides autem eſt ex auditu: auditus vero per verbũ dei. Illud interim Pſalmi mecum obſerua,quã Chriſto cõgruat, quãdo à cohortibus perſtrepentibus circũagitur. Circundederũt me canes multi,& tauri pĩgues obſederũt me. Iudæi nanque tanquam canes famelici,& tanquam tauri fortes,& tanquam leones rugientes præparati ad eſcam innoxium agnum truces circunſtant ſatellites capturi. Et nihilominus illis munifica beneficia capiẽdus præſtat. Nam retrorſum lapſos,à caſu erigit,mutilos ſanat,intrepidaque voce ſe Chriſtum eſſe confitetur: modoq; ſuis parcant ſe coram eſſe(quem quęrebant)oſtendit. Captum igitur dominum ad iudices quatuor, ſatellites deferũt Anam,& Caipham,Herodem,& Pilatum. At forſan te morabitur quod dominus teſtãte Luca. 22. ſub hora capturæ prę ueniens apoſtolos ait, Qui habet ſaculũ tollat,ſimiliter & perã. At vero Matthæo docente ſacculus,& pera, & calceamenta apoſtolis prohibẽtur. Verũ tamẽ ſi diſtinxeris tempora conciliabis iura ſiquidem apud Matth. ad prædicationis obeundum munus, ſuos legabat Chriſtus apoſtolos, quos propterea omnibus nudat vtẽſilibus illis, quippe non magnum erat ſi ſpiritualia ſeminabãt,vt carnalia meſſuiſẽt. Nũc verò ad defenſam magiſtri illos gladijs armandos eſſe docet,vt palam tibi ſit, quam ſit Deo cordi,vt humana non negligamus præſidia:imo illa quęrenda,& curãda quã-

do

Tu obſerua miracula neminem cogere ad fidem.

Proner. 24

Matth.7. Lucæ.9. Lucæ.17. Apo.7. Pſal.36.

Gladius Petri Chriſtũ defendit.

Chriſtus vere timuit etiamſi ex diſpenſatione timebat.

Pſal.56. Oſeæ.3. Rom.10. Pſal.21. Pſal.16.

Ad quatuor iudices defertur Chriſtus.

Lucæ.22. Cap.10.

Conſideratio temporis ſcripturam aperit.

1.ad Cor.9.

do opus exegerit docet modo. D. Tho. cõ ſule in opuſculo, quod conſcripſit contra læſores religionis. c. 6. vbi fuſius de hac re diſſeritur quam locus iſte poſcat differendum. ¶ Siſtitur ergo dominus à miniſtris coram Caipha ſacerdote ſummo, & maculatur ſputis, & colaphis cæditur, & opprobrijs vituperatur, & à Petro ſibi chariſſimo diſcipulo, & ſibi à ſacerrimis ſecretis negatur, negationem etiam firmante anathemate, & iuramẽto. Tametſi Matthęus Petri negationes denarrans illas tres præceſsiſſe gallicinium inſinuat. Nam tertia

Petri negationes.

deteſtatione commemorata ait, Et continuo galluscãtauit. c. 26. Marcus vero, poſt q̃ Petrum refert negaſſe prima vice Chriſtum, gallum cantaſſe expreſsit: dein negaſſe rurſum, & tertio, & iterum gallũ cantaſſe. Vnde ait, Priuſquã gallus cantet bis, ter me negabis. D. autem Aug. li. 3. de cõſenſu colliſionem diſſoluit apparẽtem. Petrum nanque docet, priuſquam gallus duplicem cãtum abſoluiſſet, trinam negationem Chriſti perfeciſſe. Itaq; gallo cantante ſecũdo, Petrus negare tertio dominum cœpit: & prius compleuit negationem, q̃ gallus à gallicinio ceſſaſſet. Eſt enim gallorum cantus productus, atque moroſus: & Petrus (quem mortis vrgebat timor) cito negationem expediuit. Et Marcus euidẽtius rem hanc expoſuit, quam Matthæus, qui vnum duntaxat galli cantum commemorat: ſiquidem geminus extitit. Petrus

Cap. 14.

Cap. 2.

Colliſio apparens ſcripturæ tollit.

Petrus vbi negauit Chriſtum.

vero intra atrium pontificis (quod deorſum erat) negauit ſemel: & exiẽs foras bis negauit: & Petro exiſtẽte foris, gallus vnũ atque alterum repetit cantum. Extra nanque atrium de crimine admonetur, nõ ab alio admonitore, quam à gallo cantãte: vt iam egregiè cum Iob. 38. dicamus, Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis gallo dedit intelligẽtiam? Opportunè ſatis quæritur vnde gallo tam tempeſtiuus, & admonitorius cantus, vt Petri excitaret memoriam? nã recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat dominus, Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Cæterum qui tempeſtiuum galli Petro parauit cantum, ipſemet eſt, qui in corde Petri ſapientientiam poſuit. Nam quid, rogo, gallicinĩ Petro profuiſſet, niſi Chriſti aſpectus viſcera illius liquaſſet? Nanque conuerſus dominus reſpexit Petrum. Luc. 22. O indicibilem Chriſti clementiam! Negatur à diſcipulo magiſter, at magiſter diſcipulũ non negat. Inter tormenta inter ſupplicia reſpicit Chriſtus Petrum qui domini tormenta ex negatione augebat. Nihilominus quem prius amabat, modo reſpicit dominus: vt diuino vibrante in Petri vultum aſpectu, amarulentis fletibus acerbam magiſtro irrogatam reſarciret iniuriam. Hunc aſpectũ Chriſti exoptemus oportet ardentiſsimè: quem & ille optabat, qui aiebat, Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego. At Petrus non petebat, ſed domini auertebat aſpectum. Negare enim Chriſtum non erat aſpectum conciliare Chriſti, imo repudiare. Quid ergo auerſantibus diuini aſpectus radios, Sol iuſtitiæ nonnunquam affulget? Nonne Paulo ſpiranti minas, & cædes aduerſus Chriſtum, Chriſtus iniecit frena? Vnde neq; hic ipſe temerè clamat, Iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Ad Titũ. 3. & Epheſijs ſcribens. ca. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt. Reus igitur erat Petrus, reus Paulus, reus Iudas: at vero illos reſpexit Chriſtus, & ad illos diuinus conuerſus eſt vultus: Iudam vero non reſpexit, imo deſpexit. Omnes demum labuntur homines: quorundam vero lapſus erigit Deus, aliorum vero minimè: imo illos in ſordibus quas amant fętere ſemper ſinit. Porrò autem iſtud eſt ex Dei munere, qui potẽs cũ ſit iuſtè homines tanquam reos dãnare oẽs, nõ oẽs quos dãnare poterat, dãnat: ſed illorũ quoſdã, vt Petrum reſpicit, & ad pœnitentiã cõuertit, & horũ poſt pœnitẽtiã reatus donat: alios vero impœnitẽtes relinquit. Vt iã ſcitè dictũ putes à ſcientiſſimo illo incomprehenſibilia eſſe iudi-

Matth. 26. Mar. 14.

Pſal. 85.

In Petro & Paulo non obſcure videtur Deũ gratis iuſtificare peccatores.

Rom. 9.

cia

cia domini. Eccleſiæ porrò columen Petrum Chriſtus turpiſsimè cadere ſiuit, ne
1.ad Cor.1 glorietur omnis caro coram Deo, vt & olim Moſen,& Aaron primarios Hebraicè gentis duces labi permiſit. Eſt autem fidelibus profectus non modicus, qui ex iuſtorum accedit lapſu, Deo tamen cooperante. Nam diligentibus Deum omnia cooRom.8. perantur in bonum. Deus igitur, qui reſpi
Pſal.103. cit terram & facit eam tremere reſpexit Petrum ex humano timore negauiſſe, & mundanum timorē Chriſtus permutat in diuinum : timenſque Petrus Deum propter delictum ſuum fleuit amarè. Et adnotante Diuo Chryſoſtomo Petrus ex caſu ſuo didicit, vt compatiendum iam deinceps eſſet ouibus, quas illi commiſſurus erat Chriſtus, vt blandus iam & dulcis eſſet peccatoribus, & nō minax & atrox vt fueratMalcho, ſiquidē ſuum memoria re
Lapſus prælatorum admonet eos blandos eſſe in gregē. tinebat crimen. Non enim ſemel fleuit: imò quo ad vixit exitus aquarum deduxerant oculi Petri, quia magiſtrum negauerat ſuum. Si tamen videre cupis eccleſiæ profectum ex Petri lapſu conſequutum
Geſtū Marcellini Pōtificis. recole Marcellinum maximum pontificem idola venerātem: celebraturque concilium ſuper Pontificis immani delicto, non damnatur pontifex : at pœnitentiam Marcellini veneratur concilium : quippe Petri errata à domino donata patres concilij aduertebant. Et haud dubium attentiſſimis oculis iſtud Petri geſtum conſiderandum eſt ab eccleſiæ proceribus, vt in corrigendis ſubditorum peccatis, mitius ſe gerant, quam aliquando ſe geſſerunt. Nam qui obnoxij ſunt ſimilibus caſibus, quibus ſubditi cur in alienis lapſibus ſuam quoque labilitatem non aduertent, vt nō ſint rigidi cēſores alienorum delictorum, & ſuorum blandi patroni? Adducunt ergo tandem Ieſum ad Pilatum, quem Iudæi clamoribus ſuis vrgent, vt Barrabas ſeditioſus homo, & homicida ſibi donetur, Chriſtus autem morti crucis adiudicetur. O inſaniſsimi homines! quis vos in tā debacchantem adegit furorē, vt homicidam autori vitæ pręferatis? vt regem pacificum, qui cum deo & hominibus pacem componere venerat, negligatis, & ſeditioſum ametiſsimum? Stupeſcite cœli ſuper facinore hoc, & deſolamini portæ eius vehementer. Duo enim mala infidus hic po Hiere.2. pulus hodie facit: dereliquit Chriſtum factorem, & Meſsiam ſuum. Aiunt enim nō habemus regem, niſi Cęſarem: & rurſum, Foderunt ſibi ciſternas diſsipatas, qualis Barrabas erat, vitijs ſuis inſtar diſsipatæ ciſternæ inutilis. Foderunt præter hæc diſsipatas ciſternas: nanque conſilia, quæ contra dominum excogitarunt falſa teſtimonia, inuidæque calumniæ diſsipata omnia erant, quia mox diſsipāda: nam lacum aperuerūt, & inciderunt in foueam, quam fecerunt. Quippe infatuauit dominus cō Pſal.7. ſilia veſtra, vt olim infatuauit Achitophelis conſilium, & Abſalonis coniuratio nem contra Dauid patrem ſuum. Et quia 2.Reg.15. &.16.&.17. patrem eſt perſequutus filius, transfoſſus &.18. eſt à Ioab eximio Dauidis duce : non eſt enim conſilium contra dominum. Si tales Abſalon dedit pœnas, quia coniurauerat, & conſpirauerat contra patrem ſuum, libratè ſi tamen trutinam iuſtā habetis, quales vos manebunt pœnæ, qui Chriſtū dominum morte turpiſsima impudētiſsimè afficitis? An non legiſtis in celebri vate veſtro, deum reprobare principum cōſilia? Terribilis nanque Deus eſt in conſilijs ſu Pſal.32. per filios hominum. Et verè terribilis ex Pſal.65. dominicę mortis conſilio. Etenim quod vos ipſi anxiè in deſiderijs habebatis, Chriſtum à vita abradere, vt quondam Hieremias peſsima viſcera exponens veſtra dixerat, Mittamus, dicēs, lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuētium, Hierē.11. ideſt, toxico panem, quo veſcitur inficiamus, vt fraudulenta pereat morte, hoc ipſum in veſtram ceſsit ignominiam & veſtra fruſtrauit vota. Nanque leuaſtis dominum in cruce, & à cruce triumphat cōtra vos, imò omnem ſibi orbem ſubiugauit. Id quod in Ioſeph digniſsimo patriarcha adumbratum fuiſſe legimus, qui fratri

bus

bus valdè infeſtus erat, ideo tunicam eius cruentant ſanguine aſcito, quam patri Iacob oſtendunt, illumq; in ciſternã mittũt veterem: & inde extractum Iſmaelitis vẽ diderunt, vẽditus autẽ ad regiam ferè pro uehitur celſitudinẽ vt prorex in AEgypto eſſet. At vero fratres odij fraterni iniuriæq; in Ioſeph cõmiſſę pœnas dederunt: quanuis nõ quas cõmeruerãt, & id quod ſummis votis auerſabantur ne fraterni inſomnij vaticiniũ ex veritate rei comprobaretur, ne ſcilicet Ioſeph fratrũ ſuorũ eſſet Dñs. Deus impleuit praua fratrũ conſilia in honorem innocentis fratris cõuertẽs Gene. 37. At verò vtinam ò vos funeſtiſsimi Iudęi nõ immani⁹ ſęquiretis ĩ Chriſtum, quã fratres in Ioſeph ſæuierunt. Iſti enim tunicã Ioſeph ſanguine hedino tinxerunt: cæterũ vos nõ tunicam Chri ſolũ quin & carnẽ angelico nitore puriorẽ, nõ ſanguine hedi aliunde parato: at proprio incontaminati agni ſanguine cruentaſtis. Hic vobis erat condictus animus, ſanctũ ſanctorũ cõmaculare, vitæq; autorem vita orbare, vt Chriſtus nullibi gẽtium exta ret. Idcirco morte turpiſsima & acerbiſsima inſontẽ mulctatis. At vero eodẽ ſtudio quo veſtra abſoluere deſideria, veſtrumq; explere animũ excogitaſtis, ex eodẽ ſtudio, vra cõfilia ſunt diſsipata. Vt quẽ nolui ſtis regnare ſuper vos, habeatis regẽ etiam inuiti ſupra vos. Et tunicã q̃ veſtris cruentis manibus inquinaſtis, (manus em̃ vræ ſanguine polluræ ſunt) reſurgens Chr̃s à mortuis exuit, & mũdã, quã nulla poterit ſordidare diabolica aſtutia, ĩduit. Quia reſurgẽs Chr̃s ex mortuis iã nõ moritur: & mors illi vltra nõ dominatur: inſtar illius maximi ſacerdotis veſtri Ieſu, quẽ Zacharias. c. 3. cõmemorat, quẽ angelus vidit ſordidis veſtibus indutũ, quibus ſublatis mutatorias veſtes cõceſsit, cidari q; mũda ſacerdotis capiti ex Angelico iuſſu imponitur. Vt diſcatis ex geſto iſto hãc ſpineã, ſẽticoſamq; coronã, quam capiti Chri intexuiſtis, in immortalitatis & glorię cidarim fore per mutãdam. In homine nanq;, quẽ oc cidere ſtuduiſtis latens erat diuinitas, quam vos lędere non poteritis. Vt olim Iſaac ad ſacrificium à patre delatus ſeruatur illęſus, & ariete vepribus cohęrẽte mactato Abraham iuſſam à Deo victimam expediuit ita illæſa diuinitate caro Chriſti ſentibus cõpũcta clauisq; confixa Deo eſt gratiſsimum ſacrificium. ¶ Iam vero non exigua obſeruatione pendendum nobis eſt æternum paſtorem pro ouibus ſuis ſcabioſis, animam ſuam hodie ponere vt excuſſa peccatorũ ſcabie vitę ſint æternę cõpotes. Id qđ nos efficaciter admonet nos in gratiam tanti paſtoris qñ ſe tempus dederit fuſuros quoque ſanguinem, vt ſancti præſtiterunt Chr̃i martyres. At vero loci & temporis non ſemper datur cõmoditas vt iugula nr̃a carnificibus propter Chr̃m pateant. Cæterũ cõmoditas ſemper eſt in manibus ad myſticũ martyriũ aliud nẽpe vt à voluptatibus, & delicijs noxijs abſtineamus Chr̃i amore. Et ſanè longo latoq; interuallo hæc diſtant, aut ſanguinem fundere, aut à mũdanis illecebris abhorrere. Etenim hoc minus multo eſt, quã illud. Si ergo nos paratos eſſe propter Chr̃m profitemur ad ſanguinis effuſionẽ & hoc glorioſè iactamus cur tã facilè cedim⁹ ingruẽtibus peccatis? Cur ad ſubeũda heroica & magnificentiſsima martyria: qualia ſunt, quæ martyres ſunt perpeſsi, nos idoneos & nõ difficiles neq; graues eſſe ducimus, & ad leuiora, quale eſt peccatis nõ cedere proximis beneficos nos exhibere, inimicis iniurias donare difficiles & grauiſsimi ſumus? Ceſſet igitur vana gloriatio noſtra ſiqdẽ ſi in minimo infideles ſumus Chr̃o quo mõ in magno fideles illi erimus, ideſt ſi peccatis nõ repugnamus, quomodo carnifices ſuperabimus. At vero qa fingimus hoſtẽ quẽ feriamus, ideo de martyrio pro Chr̃o ferẽdo inaniter gloriamur. Et profecto ſi hæc duo inuicẽ cõferas, aut ſupplicia mortis ferre, aut à blãdiſsimis quibuſq; voluptificis te abſtrahere, acerbius eſt illa tolerare, quã hæc nõ guſtare. At Chr̃s illa ſuſtinuit & nõ vnũ aut alterũ tulit dolorẽ,

Typus ex Gene. exponitur.

Lucæ. 19.

Eſai. 1.

Rom. 6.

Gene. 22.

Ioann. 10.

Martyrium myſticum quotidiè ſubeundũ propter Chriſtũ vt.

Qui peccatis non repugnat inaniter ſe iactat ſe poſſe tormenta p Chriſto ſuſtinere. Lucę. 16. & 19.

ſed ſummã omniũ dolorum in ſe excepit ſpõtaneè,vt Eſaias. 52. teſtatus eſt. Nã dolorum virũ Chr̃m vocat,& ſciẽtẽ infirmitatẽ.Cur obſecro virũ dolorũ Chr̃m vocat,niſi quia plus doluit quã mortales oẽs? Nũ ergo multi æſtimãdum eſt ſi ſuauiſsimas carnis delectationes deuites propter eum,cui morienti fellis ſpongia immixta acido aceto propinatur, vt amaritudo mortis,& crucis anguſtia ex propinato acerbo poculo vehemẽtius augerentur?arbitror nõ multi faciẽdũ eſſe ſi quid acerbitatis patimur in colendo Chr̃o ſi ad Chr̃i tormenta conferatur. Porro libet enodatius exponere quod Eſaias prædixerat Chr̃m futurũ virũ dolorũ:nam ſi oculatè rẽ hãc penetras,nullus ſenſuũ carnis Chr̃i extitit qui nõ maximè doleret.Etenim fel le & aceto guſtus torquetur Dñi, vt diximus,tactus vero vulneribus diris ſauciat, auditus etiam impiorũ oppletur cõuitijs, vt viſus validè cruciatur dum dolentẽ matrem & ad crucis vmbrã ſtãtẽ videt, & gemebundum diſcipulum cruci hærẽtẽ cernit,& demum olfactus ex peſsimo fętore, angitur,qui ex infectione caluarij montis innares Dñi aſcendebat.Nam locus, mortuorũ putridis carnibus & oſsibus abundabat.Iãvero ſi dolẽtẽ Chr̃m fideli cõſideratione aduertiſti audi quid tibi dicat,Aperi mihi ſoror mea,aĩa mea,colũba mea, immaculata mea:quia caput meum plenum eſt rore,& cincini mei guttis noctiũ.Hęc tibi introrſus loquitur Chr̃s, vt illi animi tui oſtiũ des,ne obdureſcat iã amplius in peccatis cor tuũ,vitalẽ memoriã ſuæ paſſionis tibi refricat:vt ſiquidẽ ꝓpter te dolet propter te crudeliter percutitur, ceſſes iã à vetuſtate culpatæ vitæ, & in inculpatã properè te transferas,quæ Deo grata ſit. Et vt tibi hoc ſit perſuaſum, audi Paulũ Hebræis ſcribẽtẽ,qui tibi indicabit quãti ſit faciẽdus Dñi ſanguis.ca.10.Quanto, ait,magis putatis dẽteriora mereri ſupplicia,qui filiũ Dei cõculcauerit,& ſanguinẽ teſtamẽti pollutũ duxerit: ĩ quo ſanctificatus eſt?Fit autẽ collatio hoc loco ĩter legẽ vetuſtã & nouã, & à minori colligit Paulus ſi is,qui violabat vmbras atroces dabat pœnas,atrociores dabit qui negligit lucẽ Chr̃i & veritatem. At vero ſanguis Ieſu Chr̃i eſt,qui nos abſtergit à lepra peccati, proindeq; nos ſanctificat, cuius ſanctificationis vmbra preceſsit in corporali emundationæ lepræ,quã lex illa vetus ſanciuit: quæ paſſerculis duobus adhibitis altero iugulato,altero dimiſſo advolatũ libero,mũ dabatur:at in hircis illis altero immolato, alio miſſo in deſertũ pctõrũ piacula expiabantur.Etenim in Chr̃o duos paſſerculos hoc eſt duas naturas cõfitemur,quarũ altera liberè volat & nihil lædi poteſt,quæ eſt diuinitas:altera vero immolabatur & ſanguinẽ fũdebat:has quoq; naturas duas, & hirci prædicti ſimili modo adumbrabant. Et qui liber deſerta petit,diuinitatẽ notabat,qui vero iugulabatur humanitatẽ.Suũ igitur tibi cõmemorat Chr̃s ſanguinẽ, ne illũ pollutũ duxeris,imo vt te & orbẽ ſanctificantem, & abſtergentem colas. Sunt medicorũ nõnulli, qui vt iuuẽta collapſa iã reparetur,& ſenectus abigatur, ſugendũ ſanguinem purũ ex adoleſcentulo, aut puero vtile eſſe volunt:nihilq; ſenibus cõducibilius vt priſtinas recipiant vires, quã huius ſanguinis ſuctus:at quale hoc ſit neſcio. At vero nos ſi veterẽ hominem quẽ iam diu eſt quod gerimus, exuere amamus,ſi ad diuina exercendavires nouas deſideramus,ſi nouitatem deniq; ſpiritus anhelamus,nullũ efficacius pharmacũ eſt q̃ Chr̃i ſanguinem lambere, qui eſt puriſsimus ſanguis & incontaminatus. Nullum reperias,qui tam promptè ſanguinem ſuũ bibendum porrigat, quam Chriſtus ſuũ. Hunc ſi ſuxeris,ſuges ſanè mel de petra,& oleum de ſaxo duriſsimo, quod Chr̃s eſt, qui dedit corpus ſuum percucientibus, & genas ſuas vellentibus:faciem ſuam non auertit ab increpantibus & cõſpuentibus & poſuit faciem ſuam vt petrã duriſsimã, & tũc renouabitur vt Aquilæ ventus tua. Et licet exterior homo tuus corrumpatur interior ſanè renouabitur de die in diem.

Acerbi' eſt torméta ferre quam à voluptatib' abſtinere.

Leui.13. & 14. Leui.16.

Lege Marſilium ficinũ lib.2. de ſtudioſo.tuenda ſani.c.10

Cant.5.

Deu.32. Eſai.50.

Quod

Pſal.10. 2.Cor.4.

quod ſi non fugis ſanguinem hunc,quem in tui & aliorũ gratiã hodie Chr̃s fudit,illũ ſanè polluis:& polluis quia illo nõ frueris,neq; illius ſanctificationem participas. Ad hæc ſi parce libaueris ſanguinem Domini,parca quoq; tibi erit ſanctificatio:ſin vero abundè hauſeris,& copioſè eundem in viſcera mentis traieceris tuæ certiſsimè ſcias,ſi peccata tua fuerint tãquã coccinũ, quaſi nix dealbabuntur: & ſi rubra fuerint quaſi vermiculus,velut lana alba erunt. Eſai. 1. Etenim Chriſtus vt animam noſtrã ex peccatorum cruore rubentem, cãdidã redderet,imo ſuperantem omnes niueos candores,ſanguine ſuo aſpergitur hodie. Dolet igitur,vt tuos mitiget dolores,vulnerantur, vt ſaneris,cruciatur,vt conſoleris,amiſit natiuã ſpeciẽ natiuumq; decorẽ iuxta prothema noſtrũ,vt pulchritudinẽ nobis pararet:& demũ crucifigitur,vt glorificeris,moritur vt æterno viuas. At vero condolendum eſt cũ Chriſto & cõmoriẽdum cũ illo,vt ex doloribus & morte eius medicamenta nobis referamus:condolebis autem & commorieris ſi exactam de criminibus tuis pœnitentiam feceris, & poſt gemitus & lachrymas conſolationes expectabis æternas.

Quomodo condolendũ & cõmoriẽdũ cũ Chriſto.

TROPOLOGICA DECLAMATIO altera de cœna Domini cuius prothema eſt.

CVM dilexiſſet ſuos. Ioan. 13. Vbi diſſeritur charitatis primas eſſe dotes.

DOſtrema cœna,quã Dñs turba apoſtolorũ ſuorũ duodena circũcinctus egit,tã annexa eſt Dñicę paſsioni, quã nullus diuellere quibit. Ordoq; legitimus poſcebat,vt hanc denarraremus in primis. At vero quia Eſaiæ caput aliud poſtulabat, vt ſacramenta videlicet crucis Chr̃i exponeremus illi morẽ geſsimus,ſtylũq; noſtrũ Eſaiæ attẽperauimus. Et quãquã ordine præpoſtero ad Domini cœnã nũc aptemus ſermonẽ, cæterũ declamatoribus diuini verbi non erit præpoſterus ordo hic,q hæc ſuo quo geſta ſunt ordine plebibus inſtillare valebũt. Mutuati porro ſumus ex Ioãne prothema præter morẽ,vt d charitate Chr̃i vberiorẽ ex Ioãne tractatum arriperemus. Ioannes igitur eximiã Chr̃i charitatẽ nũquã non magni faciens,magnificaturus quoq; modo ſplẽdido planè rẽ aggreditur exordio. Id qd nobis quoq; dicendorum prothema deſumptũ eſt. Et q̃tũ aſſequor Pyxidẽ haud dubiũ nullã vel fingere poteris, quæ aromata cõdat ita fragãtia, qualia hoc hodier nũ euãgeliũ mirè ſpirat. Etenim diuinã erga miſerculos mortales charitatẽ ſuauiſsimè olet,& Chr̃i humilitatẽ,qua deijcit ſe ad pedes pauperculorũ piſcatorũ, prorſus nobis cõmẽdat. Præmittit autẽ anteverba prothematis noſtri verba illa, Sciẽs Ieſus, quia venit hora, vt trãſeat ex hoc mundo ad patrẽ. Eò autẽ præmiſit quo horã iſtã tranſitus de mũdo ad patrẽ clarificationẽ Chriſti eſſe intelligamus, quã hoc eodẽ euãgelio nõ ſuppreſsit. Nunc clarificatus eſt,inquit,filius hominis. Porro autẽ trãſitũ hũc nemo deſipiat ita, vt diuinitati putet tribuẽdum. Nam diuinitas de loco ad locũ tranſire nequit, quippe quæ immota inſeipſa permanet,neq; trãſitus hic eſt tribuẽdus animæ Ieſu Chr̃i,nãq; anima Ieſu Chr̃i ſimulatq; cõdita fuit beatiſsima Dei viſione potita fuit. Eſt ergo tranſitus hic carni Domini tribuẽdus,quæ intercedẽte crucis morte trãſiuit à ſeculi anguſtijs, ad fœlicem regni æterni immortalitatem,q̃ æternò modo fruitur. Nã quãuis immortalitas hæc carni Ieſu Chr̃i ex animæ bea-

Corp⁹ Chriſti immortale ex iure beatitudinis

Lege declamationem noſt. ad ca. 52. de Dñi transfig.

titudine iure debebatur:anima nãq; beata beatum itidẽ corpus amat. At noluit hoc iure ideſt ex iure beatitudinis animæ corpus beare ſuum Chrs:ſed ex mortis ſuę & fuſi ſanguinis iure quod eſt redemptionis ius voluit carni ſuæ æternam beatitudinẽ promereri.Id quod Paulus nõ obſcurè docet Philippenſibus ſcribens.c. 2. Nã exaltatũ,ait,Dñm propter paſsionis ſuę ignominiam.Inſtabat igitur hora huius abſoluendi tr nſitus feria quinta hebdomadę ſanctæ,quem feria ſexta abſoluit. At ſi aduertẽter ſcripturas legimus inſignes quoſdam tranſitus diuina tradunt oracula. Ab AEgypto nanq; filij Iſrael Rubro trãſmiſſo mari vaſtas eremi tenuerũt ſolitudines à quib⁹ Iordane traiecto in Galgala. 1.prę putiorum collem tantiſperdũ cõmorãtur quouſq; à Galgalis terrã patribus promiſſam penetrant. Qui tranſitus,noſtræ mentis tranſitus,atq; progreſsiones facilè inſinuant.Eſt enim à culpa in Dei gratiã tranſitus,qui prim⁹ eſt & operoſiſsimus, & ſecundus tranſitus eſt à gratia prima, in prouectiorem,gratiam vnde poſtremus accedit tranſitus. Nam ad vitam æternam adipiſcendam poſtrema fit tranſitio. Primus igitur tranſitus ab AEgypto in deſertum, trãſitus à peccatorum miſeria & captiuitate in deſerti libertatẽ eſt:ſecũdus ab hac libertate,ad Galgala. 1.ad prouectiorẽ Dei gratiã reſecantẽ noſtros noxios affectus: poſtremo vitæ beatæ conſortia tenentur. Nam ab AEgypto tranſitus ad inculta deſerta,ſatis refert à culpa in Dei gratiam trã ſlitionem.Nãq; Dei gratia ſenſibus carnis ſatis ſterilis inculta,& inamœna eſt.Secundus quoq; tranſitus Iſraeliticus ſpirituali & perfectiori vitæ admodum ſimilis eſt.Nãq; hæc vegetior gratia, ſecũda quę dã myſtica circunciſio eſt.Nam filij Iſrael in valle prædicta circunciſi ſecundã acceperũt circunciſionẽ. Id quod in libro Ioſue.c.5.perſpicuè aduertere quis poterit. Populus enim ille,qui natus fuit in deſerto incircũciſus erat. Quam obrẽ antequã terram lacte & melle manantem poſsideret,circunciſus eſt.Nec me latet Hieronymũ libro primo aduerſus Iouinianum myſticam credidiſſe fuiſſe hanc Iudęorũ ſecũdam circunciſionem, quæ non carnis ſed mentis eſt.Idẽ nanq; homo abciſſo ſemel carnis præputio,rurſum circuncidi nequit quippe præputium hoc ab abciſsione non ſuccreſcit. Cæterũ contextus ſacer nõ eoſdem docet circunciſos prima,& altera circunciſione.Siquidẽ circunciſi,qui ex AEgyptiaca ſeruitute aſſerti ſunt ſub Moſe in ſolitudinibus illis vagis proſtrati ſunt. Cæterum nouellas plantationes,quas deſertũ germinauit,ideſt natos Iudæos in deſerto Ioſue circuncidendos iuſsit. At forſitan Hieronymus abſtruſiorem habetſenſum. Satis ſit dixiſſe modo Abrahę primo præceptam circunciſionem,ſecundumq; præceptũ circunciſionis fuiſſe ſub Ioſue: ideo ſecunda vocatur,non quod idẽ homo circuncideretur bis,at quia ſecundo eſt præcepta ſolẽni præcepto.Neq; audiẽdus eſt Burgenſis,qui credit Iſraelitas in AEgypto circunciſos primo de quo alibi: quippe opportunus iſte non eſt locus qui tropologica contentus eſt circunciſione,qua proficientes in via Dei gaudẽt. De circũciſione autem hac multa diſſeruimus in declamatione de nomine Ieſu.Trãſitus igitur, ſecundus profectus eſt fideliũ qñ à pœnitentia ad incrementa virtutum progrediũtur.Poſtremum demum tranſitum à Galgala ad patriam promiſſam,conſonũ eſſe ſanctorum cõmigrationi ab huius ſeculi vndoſis æſtibus ad pacem ſempiternam, non eſt quod multis teſtemur,quippe in promptu eſt.At vero Chriſti tranſitus cuius Ioannes meminit non qualis primus, noſter deſcriptus eſt aut qualis ſecũd⁹. Nãq; Chriſtus pœnitere nõ potuit,neque in Dei gratia & dilectione profecit:nã datus eſt ſpiritus illi non ad menſuram, vt cæteris ſanctis omnibus. Non ergo Chriſtus tranſiuit à culpa in gratiam,neq; à minori gratia,qua Deo gratus erat profecit ad maiorem.Dixerim à gratia,qua Deo gratus. Etenim Lucas Chriſtum, & gratia & ſapientia

Exod.13.

Ioſue.5.

Tranſitus inſignes.

Secũda circũciſio filiorũ Iſrael.

Christus nō profecit gratia nisi ex æstimatione hominum.

pientia profeciſſe coram Deo & hominibus tradidit. Id quod in humana æſtimatione profeciſſe intellectum volo. Chr̃s enim quo magis ætate progrediebatur, eò apud homines ſanctior, & Deo gratior reputabatur: de qua re alibi in hoc opere denarrauimus nonnulla. Tranſitus ergo Domini ab hoc mundo ad patrē erat, ille tranſitus qui poſtremus tranſitus eſt. Et verè ſolus ipſe tranſit, qui mortis poteſtatē habet. Nos enim non tranſimus, quādo diē poſtremum agimus, imò potius trāſitum patimur, quippe neceſſariò moriēdū eſt. Atverò Chriſtus, qui oblatus eſt, quia ipſe voluit tranſiuit, quando voluit ex hoc mūdo ad patrem. Magna ſanè intercapedo inter mundum, & patrem, & inter hæc infinitum eſt interuallum, quod tamen Chr̃s ſua præditus virtute tranſiuit. Sancti quoq; diuina adiuti ope etiam hoc interuallū trāſiliunt ex quorum perſona illud Dauidicum dictum extat, Torrentem pertranſiuit anima noſtra. At verò proh miſeros illos, qui interuallum hoc diuino deſtituti præſidio traijciunt, quoniam illud traijcere nequibunt. Non enim à mundo ad verū patrem conuolabunt, ſed à mundo ad patrem mendacij & tenebrarum ducem, qui diabolus eſt. Non pertranſibunt iſti torrentem, neque aquam intolerabilem à quibus inuoluendi ſunt, nā ad Tartara deuoluentur. Porro huius trāſitus horam mortales latet, Chriſto ſemper patebat ante mundi conſtitutionem, quia Deus erat: & aſſumpta carne ſimulatq; conceptus in cā didiſsimis Mariæ viſceribus palam ante mentis ſuæ oculos tranſitum hunc habuit Paulo ad Hebræos inſinuante. c. 10. Et ingrediens, ait, mundum dicit hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: cum concipiebatur autem mūdum ingrediebatur, Tūc igitur verè ſciebat trā ſitum hunc ex mundo ad patrem, qui tranſitus clarificaturus erat Chr̃m. Nanq; cū exaltatus fuit à terra vniuerſa ad ſe traxit. Fuit ergo Dñi mors claritas ſua, & noſtra. Ille clarificatus eſt per mortem, nam à triduana morte ad vitam ſurrexit ſempiternam, noſtraq; clarificatio mors Chr̃i eſt, quia mortuus eſt propter delicta noſtra, & ſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtrā. Nūc inquit clarificatus eſt filius hominis, ideſt prope eſt vt clarificetur filius hominis. O verè cœleſte myſterium crucem, mortem, & ignominias, (quæ alioqui obſcurant homines) clarificationem eſſe docet ſuam. Id quod Eſaias procul præſenſerat. Ait enim. Si poſuerit ꝓ peccato animā ſuam, videbit ſemen longæuum. Cernis ne, vt mors atq; torměta Chriſti ſunt claritas. Nam propterea exaltauit illū Deus, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, quia poſuit pro peccato animam ſuam. Aduentante ergo paſsionis, & mortis hora, cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos. At multa decernuntur apud homines à quibus ſub articulo ipſo, quo operi ſunt mandanda, ceſſatur: quia operoſa & ardua quæ fiant, tunc iudicantur. Chriſtus non itidem. Mortē ſanè iā decreuerat oppetendam, & ſubipſa hora mortis, ſub ipſo mortis articulo, quod decreuerat animo, ad opus feſtinè deducere deſiderat, & veraciter abſoluit, quia cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos. Clauſula porrò hæc in finem excellentiam nonnunquam ſignificat, iā vero æternitatē in ſcripturis denotat aliqñ. Siquidē pſalmis præfixam quibuſdam legimus, quæ melodiam cantus adhibēdi pſalmo admonebat. Quod vero Pſal. 76. ait, Dñs habitabit in finem, æterni tatis eſt habitatio: vt & illud, Leua manus in ſuperbias eorum in finem, ideſt, ſuperbi perpetuas luent pœnas. Et illud patientia pauperū non peribit in finem. Et phraſis demum hæc pſalmis præſertim familiaris eſt. Porrò dilexit ſanè Chr̃s ſuos in finem vtroq; modo, & quia eximiè dilexit, & qa ęterno dilexit. Admonuit autē Dionyſius libro de diuinis nominibus. c. 4. amoris & dilectionis vocabula in diuinis ſcripturis promiſcuā habere ſignificātiā. Quare eadem hæc duo eſſe cenſeto, In finem dilexit eos, & in finem amauit eos. Habet autē

Solus Chriſtus verè trāſiuit de mūdo ad patrē.

Anima Chriſti trāſitum ſuū ſimul atq; condita nouit.

Ioan. 13.

Ioan. 12.

Rom. 4. 1. Cor. 15.

Cap. 43.

Quid eſt in finē diligere

Pſal. 73. Pſal. 9.

Amor & dilectio idē in ſcripturis.

Amoris quę ſit virtus.

amor eodem autore virtutem vnificam, & connexiuam, diſtinctã, & inconfuſam, & adunatiuam: quæ in pulchro & bono iacet, & propter pulchrum, & bonum ſubſiſtit: & ex pulchro & bono, & pulchri & boni cauſa, emanat ad nos. Amor rurſum æqualia continet ſociali inuicem cõnexione: & priora ad prouidentiam inferiorum mouet: inferioraq; ſuperioribus cõuerſione firmiter iungit. Demum diuinus amor mentis ſeceſſum ſiue extaſim facit, amatores ſui eſſe iuris non ſinens, ſed in ea quæ amant penitus trãsferens. Porrò in Chriſti amore ſingula hæc, quæ Dionyſius de amore conſcripſit diuino, experiri licebit, cuius amor virtutis eſt vnificæ connexiuæ, & adunatiuæ. In ipſo nanq; vnũ ſunt Deus, & homo: non naturarum confuſione humanæ ſcilicet cum diuina aut diuinę cum humana, amoris nanq; virtus diſtincta eſt, & incõfuſa, at vnitate perſonæ. Hic amor adunauit fideles cũ Chriſto, vt ſint vnum cum illo Ioan. 17. At verò à Chriſto Domino petamus hoc vnum, ſi amor eſt propter pulchrũ, & bonum, & ex pulchro & bono ortũ ducit, quale eſt hoc, quod amas bonum, hoc quod amas pulchrum, quando homines in finem dilexiſti? Omnes enim nos tãquã oues errauimus, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Manus noſtræ ſanguine ſunt pollutæ, venenum aſpidũ ſub labijs noſtris, pedes noſtri veloces ſunt ad effundẽdum ſanguinem, & demũ cõtritio, & infœlicitas in vijs ſunt noſtris. Siccinè Domine iſtud eſt bonũ, iſtud eſt pulchrũ, quod in finẽ amas, niſi dixerisnobis quod nos, nõ propter nos ſed propter te amas, cui pulchritudo agri iugiter adeſt. Imo ideo amas, vt deterſa tuorũ omni iniquitate, & culparum fœditate, bonos & pulchros nos reddas, qui in oculis tuis obſcœni eramus. Nãq; tu ipſe es, qui deles ꝓpter te, & propter gloriã nominis tui ſcelera & facinora nr̃a. Dilexit igitur ſuos, & in finẽ dilexit eos. Nõ quia qui ſui erãt antequã ſui eſſent meliores, aut pulchriores eſſent, quã qui nõ ſui erant. Omnes enim in Adam peccauerũt, & ſui, & nõ ſui. Quos ergo ſuos vocat, ex dilectione ſuos vocat. Siquidẽ ſui ſunt omnes non ſolũ mortales homines, imo vniuerſa illius ditioni ſubdũtur. At aliud eſt, ſi naturã ſpectas, aliud verò, ſi gratiã conſideras. Hæc enim grandi diſcerniculo diſcernuntur: ex natura omnia Dei ſunt homines, atq; angeli Dei ſunt etiam ſi malignorum ſupputes ſpirituum miriades. At ex gratia illi tantũ Dei ſunt, quos cum natura in fecerit gratia Dei abſterſit, atq; refecit. Hos ſane dilexit in finẽ quia ad æternas capiẽdas prędeſtinauit coronas. Sed quid nonne Chriſtus pro omnibus mortuus eſt. Quare ergo ſuos ait, ſe dilexiſſe qui erãt in mundo, ſiquidem vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, & omnia demum diligit Deus & nihil eorum, quę fecit odio habet? At vero nõ omnibus hominibus hæc dilectio generalis præſtat, quod quibuſdã particularis Dei dilectio donat. Etenim quoſdam ad vitam æternã amat Deus, nõ tamen omnes, quos ergo à vita repudiat fordeſcere Deus ſinit, & in culpis ſuis ad libitũ ferias celebrare, quibus, vt rebellibus diuino lumini dilectio Dei, quæ filijs impenditur nõ conceditur. Iſti ſanè creaturę Dei ſunt: at Deũ non recipiũt, quia præceptis eius nõ ſe morigeros reddũt. Vult igitur omnes ſeruare homines, at non eodẽ modo, nanq; electos ſuos efficaciter ſeruare æterno inſtituit, & voluntate beneplaciti, cæteros vero inefficaciter & voluntate antecedẽte. Rectè ergo cũ dilexiſſet ſuos, hoc eſt electos ſuos, qui erãt in hoc mundo in finẽ dilexit eos. In finẽ vtiq;, qui eximiè & efficaciter ad ęternã vitam dilexit. Nã maiorẽ hac dilectione nemo habet q̃ vt aĩam ſuã ponat qs ꝓ amicis ſuis: quidqđ ſi ꝓ inimicis illã poſuerit? Qđ ſi amor priora adprouidẽtiã inferiorũ mouet, qua lẽ credemus hũc amorem quẽ hodie apoſtolis ſuis demonſtrat Chr̃s, qui nõ ſolum Chr̃m vt inferioribus prouideret mouit, imò ad humilia obſequia apoſtolis impendẽda flexit hoceſt ad lauãdos piſcatorũ, & idiotarũ

Amor Chr̃i vnificus cõnexiuus & adunatiuus.

Eſai. 53.

Eſai 1. Pſal. 129. Pſal. 9. Pſal. 35. Eſai. 59. Pſal. 35. Rom. 3.

Rom. 5.

1. Timo. 2.

Apparẽs collisio ſcripturæ tollitur.

Lege' dilata à nobis ſup. 1. ſenten. diſt. 45.

Amor eſt ꝓuidus.

idiotarũ pedes vñ perſpectũ habebis extaticã vim amorẽ hũc habere,nã amor nõ ſinit amantes ſui eſſe iuris. Ius nanq; Chriſti erat, hoc vt ab vniuerſis illi ſeruiatur. Nam cum introducit Deus pater primogenitum ſuum in orbem terrarum dicit, Et adorent eum omnes angeli.Et quid ſi ab angelis adoratur Chriſtus tãquam Dominus. Vtiqueſi lauandi erãt pedes,pedes Chriſti ab apoſtolis lauandi erant & non apoſtolorum pedes à Chriſto. Nã de miniſterijs inferiores ſuperioribus exhibendis tenẽtur.Porro autem amor Chriſti extaticus non ſiuit amatorem ſui eſſe iuris. Ideo ceſsit iuri ſuo & miſit aquam in peluim & cœpit diſcipulorum lauare pedes. Imo, vt hæc ſedulo adminiſtret deponit veſtimenta ſua, & præcinxit ſe linteo, vt ſuccintiſsimi famuli miniſterium abſolueret.Et,vt per tranſennã cum Alberto Magno dixerim in cõmentario ad Ioannẽ Sap.13. quater Dñs depoſuit veſtimenta ſua,& ter reſumpſit.Hoc enim loco depoſitam reſumpſit veſtem:& cum flagris verberatur nudus verberatur:& reindutus eſt & illuſus propria fuit exutusveſte,& illam veſtiuit rurſum. Et demum quando cruci affigitur nudatur non reinduendus. Quæ ſanè à myſterio abhorrere q̃s credat? Sũt enim qui ad tempus à Chriſto diſcedũt cõtinuo tamen acceſſuri vt Petrus. Iſti ſunt, velut veſtis depoſita,mox tamen induenda.Sunt alij,qui longiuſculas ducunt moras. Cæterum ſeu gehennæ deterriti incẽdijs,ſiue ex diuini amoris illecti dulcedine,conuertuntur ad Dominum ſubindeq; reaſſumuntur à Chriſto.Sunt præterea qui totã vitam ſuam in criminibus ducũt, at verò ad finem vitæ crimina ponunt, & ad cor redeunt,vt fuit latro ille, qui iã iam efflaturus animam diuina Chriſti luce eſt perfuſus.Deniq; alij ſunt,quos ſanè tãquã immundam veſtem exuit Chriſ, nũquam tamen reſumendos à Chriſto qui obſtinato corde diem clauſerunt extremum.Neq; ſpernenda eſt hæc tropologica theoria,quã Albertus loco citato ex diuo Hieronymo ſe nobis detuliſſe commemorat: quę vtiq; de fidelibus tota texitur quatuor in partes illos diducens. Verum de infidelibus audienda nõ eſt, quippe fideles ſunt tanquam Chriſti veſtimentum illi dum hærẽt per fidem & amorem. At infideles veſtimenta hæc Chriſti non ſunt.Iam vero exutus Dominus veſte propria, præcinxit ſe linteo pedes diſcipulorum loturus:at lauacrum beatum Domini famulus Petrus refugit. Nam iura violanda credit ſi tantus Magiſter tantilli diſcipuli pedes lauet. At Magiſter cœleſtis qui eò venerat ad noſtra,quò noſtras fœdas abſtergeret ſordes, comminatur grauiſsimè diſcipulo,à magiſtri regno diſceſſum,ſi abluẽdum non ſe permittat.At Petrus comminationem formidans, non tantum pedes aqua mundandos,quin & manus offert,& caput abluenda. Quæ tria myſticam amãt theologiã.In capite nanq; mens ipſa,quæ caput eſt animæ noſtræ cõmode inſinuatur,vt in manibus operatio, & in pedibus cogitatio.Hæc ſanè tria Petrus offert detergenda à Chriſto. Nam nos immundi ſumus omnes,& iuſtificationes noſtræ,vt pannus mulieris menſtruatę. Quæ tamen Chriſ ſolus ſemel per baptiſmi lauacrum, quotidie autem ex pœnitentiæ noſtræ fletibus lauat, & mũdat,vt illud vaticinium Eſaiæ impleamus, Lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum.Linteo ad hæc prẽcingebatur Dominus exterius,at interius prædictus erat alio incomparabilis valoris linteo. Prædixerat enim Eſaias erit iuſtitia cingulũ eius & fides cinctorium renum eius. Vtrũque cinctorium pulchrum ſanè eſt:at hoc poſtremum longe latẽq; primũ ſuperat. Ad vos igitur eccleſiæ præſides ſit meus hic ſermo:cingite renes veſtros cinctorijs Chriſti. Nam vobis hoc ex munere incumbit ſubditorum emaculare ſordes. Nã ſi hæc amatis cinctoria iuſtitiam, ſcilicet & fidẽ plebes continebitis.Iuſtitia nanq; in primis ſeruanda eſt,& impartienda ſubditis. Non enim ſine cauſa gladium portant di-

Amor eſt extaticus.

Fideles ſunt Chriſti veſtimenta nõ in fideles.

Quid lotio pedũ capitis & manus denotet.

Quater Dominus depoſuit veſtimẽta ſua.

Quatuor diferẽtiæ peccatorum.

Eſaiæ.64.

Eſai.1.

Linteum Chriſti quale.

Eſai.11.

Rom. 13. naſtæ ideſt eccleſiaſtica poteſtate fulgentes.Et fides itidem erga inferiores obſeruanda.Etenim qui cuſtodes ſunt plebium ſi ſunt plebium proditores,vbi nã eſt quærenda fidelitas? Nanq; fides fidelitas hoc loco eſt.Si ergo eccleſię magiſtratus principē Chrīm paſtorũ amãt ſyncerè,diſcant amoris ſynceri erga Chrīm ſeruare quẽ ſeruabunt,ſi ipſi inferioribus cautè & ſedulo prouideant. Rurſum puta extatici amoris eſſe erga eundem,ſi iudices quæ iuris ſui ſunt,non ita ſedulo obſeruẽt, q̃ quæ iuris ſunt ouicularum ſibi à Chro cõmiſſarum. Id quod ſi recolis paulo ante Dionyſius admonebat. Amorẽ enim aiebat extaticũ non ſinere amatores ſuo iure potiri, non ſinit nos,autonomos ideſt noſtri iuris eſſe: ſed in amata iura trãſmittit ſua. Sed ph rem calamitoſam,pluris ſæpè fit obolus q̃ conſciẽtia fratris infirma. Porro in linteo Dominus ſordes pedum diſcipulorũ excipit,veſtemq; maculat ſuam,vt pedes apoſtolicos mũdet ſubindicãs facile ſe ſanguine aſpergẽdum,vt noſtras animi maculas emundaret.Quia dolores noſtros ipſe tulit,& iniquitates nras ipſe portauit. Quippequi vt thema proloquebat noſtrum cũ dilexiſſet ſuos,in finem dilexit eos. Vtiq; dilectio hæc ſuorum ſemper feruebat in Chro,ſemper ardebat inviſceribus Domini. Nam niſi arſiſſet,nõ ſe hodie flexiſſet, vt pedes Iudæ proditoris ablueret, ad illi⁹ pedes quaſi famulus prouolutus. At aſpice mihi humani cordis contumaciam Iudas nõ flectitur, & peruicax illius animus non frangitur:ideo etſi lauatur à Chro,cęterum immundus à lotione manet. Tremendum eſt geſtum hoc,quod ſcilicet lauetur à Chriſto Iudas,& ſordes ſuas nihilominus non deponat. At vero ſi iſtud te ad ſtuporẽ vertit:vertat quoq; id quod in eccleſia Dei plæruq; geri cernimus,plæroſq; abſolui à ſacerdotibus,& ligatos nihilominus manere.Nũ eſt hoc aliud, quã à Chriſto Iudam mũdari, & ſordidum ad huc habuiſſe animum?Etiam ſi quæ ſacerdos claue non errante abſoluit , Chriſtus verè abſoluit. At vero ſi animo impuro clanculari confeſsioni te committis,quoniam admittendi peccatum non depoſuiſti affectum,etiam ſi ſacerdos abſoluat, te ligatum etiamnum ducito:quia fallax fuit tua confeſsio. Iudas itidem non mũdatur quia fallaci erat animo. Nam cœnat ſub dolus cum Domino , & pedes ſuos porrigit Chriſto lauandos , cæterum non animam offert abſtergendum , qui ſordidor erat quam pedes. Cœnat equidem cũ mitiſsimo agno Chriſto truculentiſsimus lupus Iudas Iſcariotes , qui genus trahebat ex Iſachar,adnotante Hieronymo cõmẽ. ad Matthæ.Et concinnè ex illo genus ducebat:nã Iſachar mercedem ſignificat: Iudas autem iniquo pretio ſeſe conduxit,vt Chriſtum diuenderet. Aptiſsimè dixeris nunc illud Eſaiæ habitabit lupus cũ agno: ſiquidem cœnat Iudas cum Chriſto. At ò Iuda cur illud tibi non ſubijt in mentẽ, Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Loti ſunt pedes tui à Chriſto,quare coinquinas illos?Parum ne tibi videtur ad pedes tuos cœlorum Dominum habere?exiguum ne,pedes inquinatos tuos à mundiſſimis Chriſti verſari & tãgi manibus?Sed proh deflendam mortalium quorundam duritiem!Poſtquam ſemel enim in vitioſo propoſito obcalluerint,deliciæ omnes, atque diuini fauores illos non liquant. At vero quia cor durum malè habebit in nouiſsimo,cor tuum,& corpus tuum,ò Iuda male habuit,etiam ante nouiſsimum,quia ſuſpenſus medius crepuiſti: & diffuſa ſunt viſcera tua,& in nouiſsimo acerbius habebis,quando pœnas de corpore tuo Chriſtus ſumet æternas: vt iam de peſsima ſumuntur anima tua. Iam vero miramur & iuſtiſsimo vtique nomine,Seraphim alterum mundaſſe Eſaiæ labra lapillo ab igne altaris forcipe ſublato : quanto iuſtiore ratione geſtum hodiernum ſua , qua gaudet admiratione , vt nos in ſui contemplationem rapiat oportet , quando non Seraphim , ſed angelorum , & vniuerſæ machinæ viſibilis Dñs,pedes diſci-

pulorũ

Præſides eccleſię debẽt habere extaticum ouiũ cõcreditarũ amorem.

Eſai.53.

Vide declamationes noſtras de pœnitentia.

Iudas ex Iſachar traxit genus. Eſai.11.

Cantl.5.

Acto.1.

Mirabilis fuit lotio pedũ à Chro.

pulorũ propria manu lauat,& mũdat? Ne q; puta uerī huic lauacro ignẽ defuiſſe nã
Leui.6. ex igne eximiæ charitatis ardebat. In altari nanq; illo typico iugis erat ignis: atqui in vero & auguſtiſsimo altari (quod Chriſtus eſt) nunquam non ardet amoris diuini ignis. Vniuerſa nanque Chriſti opera ex hoc igne proceſſerunt. Nanque naſcitur Chriſtus, quia amore iſto ardebat. Et quanuis corpuſculum infantile (quod acceperat) brumalibus rigoribus torquebatur: at animus internus in corpuſculo vagiente latens brumales non ſentit iurias, imo æſtuante amore humanũ gelu ſoluit. Prẽterea circũciditur Chriſtus,
Oía Chriſto operae x ſumma erãt charitate. & ardet, lauat modo pedes diſcipulorum & ardet, & aquã miſit in peluim. At aqua hæc igne diuinæ charitatis bullit in vitam æternam. Ad hęc cibat ſemetipſo Apoſtolos ſuos, & ardet. Quid plura, ne ad infinita diſcurramus: moritur tãdem in cruce, & ignis hic ad ſummas ſe prodit flãmas. Quippe pro carnificibus, ꝓ traditoribus, demum pro inimicis orat, & moritur: vt veraciter cum prothemate dicamus, cum dilexiſſet ſuos in finẽ dilexit eos, ideſt, cũ dilexiſſet ſuos eximiè illos dilexit, ad mortem vſq; dilexit, & etiam poſt mortem reſurgens à morte dilexit: quia ab æterno dilexit, & æternò diligit. Id quod à nobis quoque obſeruandum eſt: vt verſa vice & nos Chriſtũ diligamus in finẽ. Sunt enim Lucæ. 8. qui ad tẽpus diligunt, & poſtea recedunt: quorum dilectio illos iuuat nihil, & obeſt plurimum. An non obeſt, domum ſcopare, & mũdare, vt inquinetur vehemẽtius? Et erunt iuxta Euangelicum verbũ nouiſſima illius hominis peiora prioribus. Por- Matth. 12. rò autem Chriſtus diligit in finem: at neque caro in finem delectat, neque mũdus Lucæ, 11. afficit in finẽ, quia vana ſunt vniuerſa, quę etiam nos ipſi inuiti mittemus. At Chriſtus in finem diligit, quippe ad bona æterna diligit. Quamobrem, & in dilectionẽ Dei incumbendum nobis eſt, quæ ad poſtremum vſque halitum nobiſcum perſeueret. Nam qui perſeuerauerit vſque in fi Matth. 24. nem hic ſaluus erit: quam ſalutẽ ipſe Chriſtus donabit diligentibus eam, &c. Quæ de ſacramento altaris hoc differenda erãt loco propria declamatione ſupra ſunt narrata. Dediuina rurſum charitate ſex declamationes longiuſculas habeo apud me cõditas quas ſi Deus edere dederit tibi erunt magno ex vſu ni fallor interim tamen iſtis fruitor.

P 5

Finis Libri Secundi.

DILVCIDATIO NVM ET DECLAMA-tionum tropologi in Eſaiam Prophetam.

LIBER TERTIVS.

Dilucidatio in Caput quinquageſimum quartum Eſaiæ.

Cap. 4. Vaticinium de fœlicitate Eccleſiæ.

Lauda.[a]) Paulus Apoſtolus Galatis ſcribens hunc indicat locum. Lætare, inquit, ſterilis, quę non paris. Qua propter non minimi eſt negotij. Differere capitis huius contextum, adquem ſcilicet ſcopum referendus ſit. Etenim de cœleſti illa Hieruſalem verba fiunt, vt Paulus præfert, nam poſtquam de Hieruſalem cœleſti verba fecerat hæc, Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalē libera eſt, quę eſt mater noſtra, rem confirmat verbis iſtis Eſaiæ, Lauda aut lætare vt ipſe Paulus expoſuit. Porrò ſi de cœleſti illa Hieruſalem, quam Eccleſiam triumphātem ſancti vocant ſermo verteretur, vt ſibi cohærebit, quod additur, Lætare ſterilis, quæ non paris? Illa nāque cœleſtis Hieroſolyma neutiquam ſterilis eſt, imo ſanctis Angelis & hominibus fœcundiſsima. Cuius fœcunditatem Ioannes in Apocalypſi expoſuit dicens, Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Quod ſi de Eccleſia militāte quiſpiam intellectum velit, vt hæc ſurſum eſt? vt hæc ſterilis eſt, quæ per orbem totum ſparſa eſt? commentaria diui Thomæ ad Synagogam Hebræorum ſub captiuitate preſſam reduxerunt hunc Propheticum ſermonem. Erat enim tunc Synagoga quaſi vidua orbata viro, pontificalibus atque ſacrificijs deſtituta, quibus Eſaias modo pollicet in meliora mutandos. Cui ſenſui concinit quod infrà Eſaias tradit. Quia vt mulierem, inquit, derelictam, & mœrentem ſpiritu vocauit te Dominus. Cæterū magnificentiora ſunt, quæ hoc denarrata cernimus capite, quā

Lauda[a] ſterilis q̄ nō paris: decāta laudem & hinni quę nō paries:

quę Hebręo populo poſtliminio reuerſo congruant. Quale illud, *Sternam per ordinem lapides tuos*, & cætera quæ annectuntur. Idcirco obſeruā dū maximè puto, vt verū huius loci & capitis totius aſſequamur intelligentiā, Eccleſiā in Abel primo iuſto ortū cœpiſſe. Nanq; Matth. 23. iuſtus à Chriſto cognominatur. Habuit autē hæc Eccleſia ab illo deducta initio, ſuos progreſſus & ad Abrahāvſq; fuit ꝓgreſsio prima: in q̄ vſq; ſolius naturæ legis viguit autoritas: ſub qua floruerūt Abel, Enoch, Noe, Sem, & alij etiā, quos ſcriptura cōmemorat, vt Melchiſedech, q̄ Hebræis eſt Sem. Hæc aūt Eccleſia gētiū erat, nō Iudæorū. Quippe oēs illi, qui id tēporis Deū coluerunt incircūciſi colebant, & lege ſcripta non vtebātur: ſed habebant opus legis ſcriptū in cordibus ſuis. Habuerūt nihilominus ſancti quidam id tēporis reuelationes diuinas, quos Enoch teſtāte Iuda ſcriptis mādauit, & ſacrificijs etiā quibuſdā potiebant, vt infantiū originales expiarēt maculas: at non ex legis alicui⁹ p̄ſcripto, ſed ex priuata Spūs ſancti admonitione. Ideoq; ſtatus ille legi natu-

Lex naturæ ab Abel vſq; in Abrahā ꝓducta.

Apoca. 7.

Sub lege naturæ fuerūt Propheticæ reuelationes.

Ioan. 7. gi naturali dat̃ur Abrahã verò, qui circun
ciſionẽ primus accepit, originem dedit Iu
Roma. 4. daicæ Eccleſiæ. Nam circunciſio non ex
Gene. 17. Moſe, ſed ex patribus deducta eſt. At quia
legem tulit Moſes Iudæis de circunciden
dis maſculorũ
Exodi. 4. præputijs, ab i-
pſo cœpit lex,
vetus & nouus
Eccleſiæ ſtatus,
inchoatus eſt q̃
ſub Chriſti lu-
ce abſolut⁹ eſt,
Leuic. 12. & nouacoruſca
uit Euãgelij cla
ritas, & nouus effulſit imò nouiſsimus Ec
cleſiæ ſtatus, in quem gentes conuolauer-
unt omnes. Vnde rectè dixeris Eccleſiã
gentium ſub legis naturę moderamine ſo
lũ tum degentem ſterilem ſatis fuiſſe: quia
rariſsimos habuit ſtatus ille mortaliũ diui
nitatis ſyncero ſcultores. Qui tñ tẽporũ la
bẽtibus curriculis, ſub Abrahã & filijs, atq;
nepotibus creuerũt: & multo copioſi⁹ ſub
lege Moſaica, quæ iã fertilior atq; fœcũ-
dior erat, q̃ lex naturæ in ꝓferẽdis Dei cul
toribus: qppè quæ duodecim numeroſiſsi
mas familias Iudaicas ꝓduxerat. Sub idq̃;
tẽporis gẽtilitas ſterilis erat: nã Deo nõ pa
riebat filios: imò ſeruiebant idolis, & vide
bantur gẽtes tũ veluti ſine Deo viuere, in
hoc mũdo. Hoc eſt ergo, qđ vates hoc ca.
docet faſtũ Iudaicũ deprimendũ, qui ſe fi
lios Abrahæ iactantes, & in circunciſione
carnis gloriãtes, gẽtes deſpicabant̃, vt Dei
Eccleſia ex gentibus vberior & magis proli fica Deo q̃ olim fuit Sy nagoga. hoſtes atq; inimicos. Prædicit verò Eſai.
hanc gẽtilitatẽ ſterilem, & infructuoſam,
fœcũdiorẽ & vberiorẽ futurã, quàm eſſet
Synagoga. Et profecto ſi accurate rẽ hanc
obſeruas, Eccleſiã videbis autore Chriſto
reductã in originẽ ſuã. Eccleſia nanq; Ieſu
Chri in gẽtib⁹ incircũciſis initia cœpit &
ſub hæc tãdẽ gẽtes reductæ ſunt ſub Chri
ſto ad ſyncerã fidẽ: q̃ primæui patres iam
coluerãt vt hinc iã circularẽ motũ Eccle-
ſiæ ꝓſpectũ habeas, nã ad patrũ fidẽ, fides
filiorũ regreſſa eſt: vt vel hinc Eccleſiæ ca
tholicæ perfectionẽ colligas, quippe cir-
cularis motus abſolutiſsimus, & ſine fine
eſt: vt Ariſt. in ijs quos de cœlo & mũdo li
bris cõſcripſit tradidit. De origine aũt Ec- Eccleſiæ mot⁹ circu-
cleſiæ in. 3. libr. ſententiarũ diſputauimus laris.
non pauca diſt.
25. denarrantes
Petri Lõgobar
di ſentẽtiarum
ſanctorũ decre
torum rhapſodi
digniſsimi: quæ
huc vocare nõ
eſt neceſſariũ.

quoniam[a] multi filij deſertæ magis quã eius quæ habebat virum, dicit Dominus. Dilata locum tẽ-
torij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, &

¶ *Quoniã.* a) Deſertam vocat gẽtiũ multitudinem in culta nanq; erat, non habens Dei fidem. Habebat autẽ virum Synagoga, ideſt Deũ, quem vnicè colebat. Eſt enim familiaris iſte ſermo ſacris ſcriptis, vt apud Hierem. ca. 3. legimus. Ego vir eius, & aſſumã eam. Deus virvocatur Synagogæ. Et in Oſea eandem viri metaphoram habemus. Et Paulus ad Rom. 7. in eadẽ perſiſtit. Synagoga igitur innumeros habuit filios, quos Deus ſua gratia, quaſi vir, myſtica tñ gñratione producebat. At vero Eccleſia Chri multò plures: qa quæ habebat filios Synagoga per infidelitatẽ infirmata eſt, & quę ſterilis erat gẽtilitas peperit plurimos, ex diuina quadã prole fœcũdata. 1. Reg. 2. Quãobrem dilatanda iubet Eſaias tẽtoria, laxandosq̃; funiculos, metaphora ſumpta ab Arabibus, qbus nõ ſunt fixa do Exodi. 19. micilia, ſed in caſulis, & mobilibus tẽtorijs, quę clauis terræ figunt̃ vt etiã Iudæi tẽtoria in deſerto colebãt. Et tabernaculum Exodi. 27. Moſaicũ inſtar tẽtorij cõſtructũ fuit. Nõ enim hic habemus ciuitatẽ permanẽtem, ſed futuram inquirimus: & dum hic agitur peregrinamur à Domino. Pelles quo- Hebr. 3. q; extẽdẽdas mandat, eò qđ Eccleſia in totũ diffuſa eſt orbẽ, ideoq̃; catholica dicit̃, ideſt vniuerſalis. Lex nãq; Iudaica ꝓprijs Hebr. 11. cõſtricta terminis extra ad gẽtes ditionis ſuæ iura non profundebat. Contra vero Eccleſia Chriſti dilatat tẽtoria, & ſuas extẽdit pelles, quippe quæ oẽs recipit in gremium,

mium, neminemque excludit. Tu lege declamationem noſtram, de dignitate catholicæ Eccleſiæ ad capitulũ quintũ. Adde quod etiam extendit pelles: in pellibus ſiquidẽ mortificatio deſignatur, quã Eccleſia Chriſti maiorem habet, quam Synagoga, Domino indicãte, Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſ quam Phariſæorum & Scribarum non intrabitis in regnum cœlorum. Vnde & Chriſtus mortuus eſt, vt nos mortificatos præſtaret eſſe carne, viuificatos autem ſpiritu, docente Petro, & Paulo ad Romanos capitulo ſeptimo, & ad Coloſſenſes capitulo tertio idem teſtante, & aliàs. Quapropter monogamia Chriſtiano populo iniungitur Matthæi capitulo decimono. Et inimicos diligere præcipitur & non iraſci in fratrem, Matthæi capitulo quinto, & id genus alia quæ mortificandæ iræ & libidini ſunt à Chriſto inſtituta. Neque nobis repudium permittitur aut fœnerari cum alienigenis vt Iudæis. Et egregiè perſtitit in metaphora. ¶ *Conſolida*, ait, *clauos tuos*. a) Etenim amplianda ſunt tentoria, & protendendi ſunt funiculi, claui ſunt conſolidandi: vt maiori ferendæ molli ſufficiant. ¶ *Ad dexteram*. b) Admonet Hieronymus, dextrum, & ſiniſtrum in ſcripturis nonnunquam proſpera & aduerſa denotare: nonnunquam vtrunque proſperum indicat, teſtante Salomone. Prouerbiorum capitulo tertio. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria: quanuis locus hic amplitudinem Eccleſiæ docet futuram maximam, vt omnia impleat, & omnia ſint Chriſto plena. Siquidem in omnem terram exiuit ſonus eorum. Niſi velis Philoſophorum etiam placitis adiutus locum exponere, quibus oriens dextrum eſt: eſt nanque motus origo: ſiniſtrum vero, occidens, in quem Sol decumbens hemiſpherium luce ſua orbat. Ad dextrũ igitur, & ſiniſtrum penetrare eſt in omnes plagas terræ diffundendum eſſe Chriſtianum Euãgeliũ. ¶ *Et ſemen*. c) Apoſtoli etiam ſi ex Iudæis traxerunt originem: at ſi primã petis originis radicẽ ex gentibus prima illorum eſt origo, quandoquidem Tharegentilis, erat vnde Abraham etiam Gentilis, ex natura quidem: at ex vocatione Iudæorum pater & fidei. Quamobrem Apoſtoli & Domini diſcipuli, ſemen, ſiue proles deducta ex gentibus erant. Fit igitur ſermo cum gentilitate. Semen ait tuum gentes hæreditabit: non quia ſemẽ tuum, ſed quia proles mea, ait Deus, quam genui verbo veritatis. ¶ *Noli*. d) Verba ſunt conſolatoria, Eccleſiam ex gentibus vocandam, demulcentia, quaſi dixerit, Nihil paue, nihil, time, quia opprobria tua, quod in circunciſa fis, quod à Deo vero aliena, quod dijs mancipata non tuis, hæc tibi me autore vertentur in melius. Baptizabo enim te luſtratoria Spiritus ſancti aqua. Sponſabo te mihi in fide, & mihi adhærebis vnicè ſtricta charitate. Quando adoleſcens eras fornicata es cum dijs multis, at vero ab hoc ſcelere ſanguine meo expiabo te. Et nihil erubeſces delicta priora decorata iam vberrima gratia. Etenim qui prouehitur ad honores regios, nihil pudebit figulum fuiſſe. Et opprobrij viduitatis tuæ, quæ eras quaſi ſine Deo in hoc mundo, non te tædebit: quippe mihi ſponſaberis.

clauos tuos cõſolida. a Ad dexteram b enim, & ad læuam penetrabis: & ſemen c tuum Gẽtes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit. Noli d timere, quia nõ confunderis, neq; erubeſces: nõ enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcẽtiæ tuæ obliuiſceris, & opprobrij viduitatis tuæ non re-

Pelles quid ſignificẽt in ſcriptura.

Matth. 5.

1. Petr. 3. Ad Colo. 3.

Eccleſia maiorẽ habet mortificationẽ quam Synagoga.

Matth. 25. Dextrum & ſiniſtrum quid in ſcriptura.

Dextrũ origo motus.

Gene. 11. Ioſue. 24.

Iacob. 1.

Conſolatio gentium.

Epheſ. 2.

¶ Et

Oſeæ. 2. Apo. 21. ¶ *Et dominabitur tui qui fecit te.* a) Diuus Hieronymus gentilem populum & Iudaicum duabus illis virgis, quas Zacha. commemorat ſe vidiſſe, alteram decoris, aliã funiculi, confert, gentes cognominans decoris virgam, quia decorẽ naturalis dictaminis obſeruabãt, aut quia ornatiſsimæ fuerunt naturalibus diſciplinis, populum vero Hebræum funiculi virgę quia funiculis eſt illi diſtributa hęreditas. Per Chriſtũ autẽ abiecta eſt funiculi virga & decoris virga reſtituta eſt priſti no ſctõrũ ſplendori. At iſtud ſanè egregiũ eſt allegoriasſacras tractãtib⁹, quia ſi literã Zachariæ cautius obſerueshabet ſenſum, quẽ Theodoretus in commentario eiuſdẽ expreſsit, beneficia Dei virgam eſſe decoris, at ſupplicia virgam eſſe funiculi. ¶ *Quia.* b) Abiecit Deus gentes in adoleſcentia, quia ante Abrãham idololatras fuiſſe iam diu legimus. At abiectam gentilitatem, & veluti repudiatam Chriſtus duxit in ſponſam, & quam ſibi copulauerat Synagogam, repudiauit. Ad punctum tamen, & in modico relictam docet: quia quanuis multa elapſa ſunt ſęcula, antequam fidem Ieſu reciperent: cæterum mille anni in conſpectu Dei tanquam dies heſterna, quæ præceſsit, ſunt. Neque tamen putes gentes ſic prorſus olim à Deo derelictas, vt Deo hærere nequiuiſſent. Hoc abſit, pcul à nobis. Poterãt nanque ſi voluiſſent, Deum verum & vnũ colere. Paulus etenim acerbè inuehitur in eas. Quia cũ deum, ait, cognouiſſent non ſicut Deum honorificauerunt: ſed euanuerũt in cogitationib⁹ ſuis. Et rurſum gentes, quæ legem non habẽt, naturaliter quæ ſunt legis faciũt. Sũt autem derelictę quia in principio non tãto fauore, neq; tã inſigni eas De⁹ p ſequutus eſt gratia, quãtum Hebræos. Vide declamationẽ noſtrã de excæcatione cordis humani ad capitulo. 6. ¶ *Sicut.* c) Ex aquarum diluuio mũdo obruto Deus placidum ſe exhibuit, & pactum iniuit cum Noe, mundum deinceps non euertendum aquis. Geneſis capitulo nono. Ita quoque Chriſtus pactum Euangelicum ſanguine ſuo firmauit: nanque erit pax omnibus, qui regulam Euangelicam ſectantur. Ad Galatas capitulo ſexto. Et qui-

Cap. 11. 2. Cor. 11.

Synagoga virga funiculi gentili tas virga decoris.

Literalis Zachariæ ſenſus.

2. Cor. 11. Oſeæ. 2.

Pſal. 89.

cordaberis amplio. Quia dominabitur tui qui fecit te, a Dominus exercituum nomẽ eius: & redẽptor tuo ſctũs Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur. Quia b vt mulierem derelictam, & mœrentem ſpiritu vocauit te Dominus & vxorem adoleſcentia abiectam dixit Deus tuus. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parũper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redẽptor tuus Dominus. Sicut c in diebo Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas vltra ſuper terram: ſic iuraui vt non irascar tibi, & non increpẽ te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent, miſericordia autẽ mea nõ recedet à te, & fœdus pacis meę non mouebitur: dixit miſerator tuus Dominus.

quicunque hanc regulam ſequuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia & ſuper Iſrael Dei. ¶ *Paupercula.* a) Quam dixerat mœrentẽ,& abiectam pauperculã vocat, & tẽpeſtate cõuulſam,ſeu actã metaphora capta ex nauigãtibus, quos tempeſtates vehemẽtiſsimę cõcuſſerũt. Atquę vlla tẽpeſtas maior, quã fidem vnius dei nõ habere? ¶ *Ecce.* b) Quaſi dicat diſſipata es & humi æquata, at ego te reædificabo: non ex lapidibus mortuis, ſed viuis,qui ſancti ſunt Martyres, cõfeſſores, &c. Et rurſum non vulgares lapides aptabo ad te reconſtruẽdam:imo fundabo te in ſapphiris,be ſapphirim Hebraicè legimus. Contendit ſcholium Vatabli in carbunculo legendũ eſſe:at Hebraicè nõ carbunculus, imo ſapphirus eſt,in plurali numero. Eſt autẽ ſapphirus cœleſtem referens colorẽ lapillus eximius, quos plures myſticos habet Eccleſia Dei: quorum conuerſatio in cœlis eſt. Quod ſi per ordinem ſternendi ſunt lapides, quare obſecro Eccleſiã hæretici inordinatam amant, ſummo detrahentes pontifici,& ſacerdotia fœminis tradẽtes? Neq; mirari ob hoc ſubit, etemẽ quid ſi in ordinatiſsimi homines nõ ordinẽ,ſed cõfuſionẽ amẽt? Declamationes noſtras cõſule ſi iuuat,cõtra hæreticos. ¶ *Iaſpidem.* c) Eccleſiæ doctores ſunt inſtar iaſpidis eximio rerum, virore ſcilicet cœleſtium ſpe reſplẽdentes. De quibus propria declamatione ſupra à me multa ſunt enarrata. Per portas aũt epiſcopos, & ſacerdotes ſubaudi. Per hos enim pateſcit aditus ad fideliũ ſocietatẽ. Et iſti variè ſculpti ſunt ſanè: qa varijs virtutibus fulgẽt. Termini autẽ Eccleſiæ ſunt lapides deſiderabiles. Beati nã q; termini ſunt Eccleſiæ:beatitudo aũt deſiderabilis eſt. Et rectè dixeris beatitudinẽ terminũ Eccleſiæ eſſe. Illò eñ totus ſe rapit,aĩm°,tota in ſudat Eccleſiæ militãtis intentio. Habes Ioannis reuelationẽ ca.21.quę Hieruſalẽ deſcendẽtem de cœlo demõſtrat. At Hieruſalem hanc q̃ Ioãnes vidit militãtem eſſe Eccleſiã quis hęſitabit ? Nã quæ ſupra cœlũ eſt de agonib' ſub cœlo habitis ſupra cœlũ iam triũphat. Latèq; diuus Ioannes huius ciuitatis ſtructurã diuinã ex pretioſis lapidibus coalitam eſſe proſequitur: quæ modo perſequi non eſt huius inſtituti. Cæterum proprietates horũ lapidũ,quos Eſaias hîc cõmemorat, & Ioannes indicato iam loco, luculenter diſcere qui volet comparet ſibi Georgiũ Agricolam libris, quos coegit de metallis,& lapillis,vbi doctiſsimè illa diſſerit:& nullius negocij erit illa oĩa ad ſctõs Dei viros referre. ¶ *Vniuerſos filios.* d) Locũ hunc Dñs indicat apud Ioannem, Eſt ſcriptũ, In prophetis erũt oẽs docibiles Dei,at edidere fere idem Septuaginta,ſcilicet,diſcipulos,nõ doctos,vt habet Hebraica veritas. Et rectè dixit in prophetis: nã Hieremias ca.31.in hoc alludens,ait, Nõ docebit vir vltra proximũ ſuũ, &c. Et apud Ioelẽ.c.2. dedit vobis doctores. Quid aũt velit locus habẽda eſt(vt palã ſit) rãtio eorũ,quæ præceſſerunt apud Ioãnẽ,vnde Dñs locũ Eſaiæ indicãdi occaſionẽ acceperit. Siquidem

Paupercula[a] tempeſtate cõuulſa, abſq; vlla cõſolatione. Ecce[b] ego ſternã per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponã iaſpidem[c] propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & oẽs terminos tuos ĩ lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios[d] tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filijs tuis. Et in iuſtitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia nõ timebis: & à pauore, quia nõ appinquabit tibi.

1.Petr.2.

Ad Phil.3. Apocal.21.

Lutheranũ dogma reijcitur.

Beatitudo Eccleſiæ mĩ litantis terminus.

Ioan.9.

dē prædixerat, Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Et quibuſdam paucis interpoſitis, ait, Eſt ſcriptū in prophetis. Hic ergo tractus intrinſecus diuinus, doctrina intrinſeca & diuina eſt. Fides nā q; quippemetas etiā acerrimorū ingeniorū trāſcēdit, Deo doctore eget. Sunt ſanè doctores externi neceſſarij, qui ſunt ſacræ Theologiæ profeſſores, quibus hoc muneris incumbit. Auguſtino libro. 1. de Trinitate demonſtrante. Ego, ait, huic ſcientiæ tribuo, quò fides ſalubrrima gignitur, nutritur, roboratur, at q; defenditur. At Bernardus facile docet fruſtra prędicatoris Euangelici vocem extra ſonare, niſi Deus ad aurem loquatur cordis noſtri internam. Non ergo ſat eſt vt Euangelio morigeros nos exhibeamus, doctores habere, & Magiſtros extrinſecos, niſi etiā doctore Deo potiridetur. Id quod Apoſtolica geſta. c. 10. nobis innuunt. Nāq; quid eſt Apoſtolis prædicātibus in credētes Spiritū ſanctum cecidiſſe niſi quod Spiritus ſancti operatio neceſſaria eſt prædicatoribus vt prædicatio eorū frugifera ſit. Miracula adhæc Dñs fecit in ſignia corā omni plebe, at quidā propter miracula crediderunt, alij vero miracula ſpreuerūt: præter hæc doctrinā Chri quidā ſuſpēſi hauriebant, alij vero irridebant, teſtante Luca, Et irridebant ait eum, quia auari erāt. Quid ergo eadē ſunt miracula ipſiſima eſt Chri doctrina, cur à quibuſdā recepta, & ab alijs neglecta? Nanq;, vt idem ſol eſt, qui liquat ceras, & lutum condenſat, actus nāq; actiuorū ſunt in patiente bene diſpoſito, vt Ariſto. 2. de anima diſertè tradidit: ita varia noſtræ mentis affectio hoc idē efficit. Quoſdā enim Deus liquat, quos ſibi nō obſiſtere nouit: alios verò indurat nō liquādo, quos propoſiti iniquitenaciſſimos eſſe aſpicit. Neceſſaria eſt igit diuina īſpiratio internè nos admonēs, non ſolū, vt fidē ſuſcipiamus, ſed etiā, vt Deo iubēti ad ſalutē alia neceſſaria paream⁹. Et obſerua locū. Nō ait filios, ſed vniuerſos filios tuos doctos à Deo: qa nōſolū magiſtri illi primarij Eccleſiæ, ideſt, Apoſtoli, & Euāgeliſtæ, quin imò vniuerſi fideles à Deo docent. Neq; aliud Ioānes ſenſerat dicēs vnctio docebit vos de omnibus. Cæterū magiſtri Eccleſiaſtici, maiori egēt doctrina, q̄ plebes fidelium ab illis erudiendæ. ¶ *Ecce.* a) Gentes varias ad Eccleſiā vocādas docet. Septuaginta ediderunt lucidius, *Ecce proſelyti accedēt tibi per me, & coloni erunt tui.* Etiam ſi Hebraica litera aliud præſeferat, videlicet cōgregādos globos aduerſariorū cōtra Eccleſiā: at nō ex diuino iuſſu, imo ex humana actos furia, cæterū nō eſſe pauēdos aduerſantes infideliū globos: qa Chri p̄ſidia cœleſtia ſunt, quę Eccleſiā muniūt, cōtra q̄ portæ inferi non præuale būt. ¶ *Ecce ego.* b) Quaſi dixerit, Ego ipſe, q̄ permiſi hoſtiles in te ſæuire furias, vt te exerceā in ſpūali militia, ego ipſe pręſidia tibi prouidi. Sermo vertit ad Eccleſiā Ieſu Chri, q̄ vulnerat, & ſanat, mortificat & viuificat. Per fabrū igitur ſufflātē carbones principes, q̄ hoſtiles parabāt cōtra Eccleſiā catholicā pugnas ſubaudi: per interfectorē verò patronos Eccleſiæ Angelos, cæteroſq; principes q̄ Eccleſiæ inſigni fuerūt præſidio: vt Cōſtātinus imperator fuit, q̄ ab iniurijs Eccleſiā primus eripuit infideliū. ¶ *Omne vas quod fictum.* c) Vas in ſcripturis veteribus inſtrumētū eſt, quo artifices ad mechanica cōponēda vtuntur opera. Omnia igitur diaboli machinamenta nihil

Tract⁹ Dei quo trahit hominē doctrina Dei eſt.

Ecce, [a] accola veniet, qui nō erat mecum, aduena quōdam tuus ad iungetur tibi. Ecce [b] ego creaui fabrum ſufflātem in igne prunas, & proferentem vas ī opus ſuum, & ego creaui interfectorē ad diſperdendū. Omne vas quod fictum [c] eſt contra te, nō dirigetur,

Non ſat eſt vox prædicatoris niſi Deus intra cor hominis operet.

Luc. 16.

1. Ioan. 2.

Matth. 16. De⁹ qui permittit ſanctos ſuos furijs patere iniquorum præſidia nō ſubtrahit vt ab illis eripiantur.

nihil prævaluerunt contra Ecclesiam Iesu Christi qui contriuit Satanam sub pedibus fidelium,vt neque contra caput ita neque contra membra efficaciam habere possunt. ¶ *Et.*a) Philosophi acuerunt linguas suas, vt & hæretici, cõtra Christi Ecclesiam, tanquam venenati serpẽtes,& venenum aspidum sub labijs eorum:qui posuerũt in cœlum os suũ, & linguas suas magnificauerunt contra Christum,& Ecclesiam. At Dominus dãnauit has linguas quippe proiectæ sunt tanquam puluis,quem proijcit vẽtus à facie terræ. ¶ *Hæc.*b) Nanque Ecclesia Dei hæreditas est,atq; seruorũ Dei, illius quia conditor, horum quia compotes sunt regni cælestis. ¶ *Et iustitia.*c) Fideliũ iustitia est Euãgelicas seruare præceptiones. Hãc iustitiam solam amat Deus. Nam veteres obseruantias iam odio habet: quia iustus apud Deũ is est,qui ex fide charitate socia ta viuit. Vel aliter locum differere licebit istum. Prædixerat dudũ,ptegẽdos seruos suos à semetipso, ab omni aduersario impetu. Subdit modo hanc esse hæreditatem seruorum Dei, idest, hoc celeberrimo potituros priuilegio, vt Deus illorum sit assertor potentissimus. Et iustitia eorum apud Deum est. Quia à Domino decretum iustissimum est suos de tentationibus eripere. Clarior est translatio altera & iustitia eorũ à me est: quia mihi vindicta (dicit Dominus) & ego retribuam.

Rom. 16.

Psal. 139.

& [a] omnẽ linguã resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc [b] est hæreditas seruorũ Dñi, & iustitia eorũ [c] apud me, dicit Dominus.

Psal. 72. Psalm. 11. Psal. 1.

Ecclc. 35. Psal. 90. 2. Cor. 1. Galat. 2. 2. Timo. 3. Deute. 33.

DILVCIDATIO IN Esaiæ Caput. 55.

*Mnes.*a) Septuaginta, *Væ, qui sititis venite ad aquas ediderunt*, Moti ex interiectione Hebraica,hoi, quæ nonnunquam dolẽtis est, vt ho, nonnunquam affectuosè vocantis. Et vtraq; lectio sensum commodum habet. Est enim Dei vocãtis sitientes ad aquas,aut Dei dolẽtis sitim nostram. Et commiseras,ait, Væ,qui sitim patimini, quasi non esset vobis fontis perennis copia, vnde sitim vestram sedaretis. Diuus Dionysius libro illo arcano,quẽ de diuinis conflauit nominibus capi. 1. de nominibus diuinis(quod erat sui instituti) differens, quærit inter nomina diuina,qđ diuino numini sit aptissimum. Et ex multis Dei appellationibus in medium produ ctis,vt vita,luce, & id genus alijs, bonum ait cunctorum nominum Deo esse germanissimum: & rectè quippe quod ad extantia,& non extantia diuina se fundit bonitas, ad iustos, videlicet, & iniustos. At missum facio,quod à Platonicis obseruari aiaduerto,materiam primã nõ esse ens, at esse bonũ. Nam appetens est boni formarum videlicet. Ad quod placitum etiam Dionysiaca Theologia referri poterit,bonum scilicet extẽdi ad entia, & non entia: quia ad materiã etiam extenditur,quæ nõ est ens actu,sed potentia. Hæc autem nihil ad præsens negotium. Imò dixerim bonitatem esse precipuam Dei nominationem, quippe omnes ad se prouocat,vt Esaias ait, *Omnes sitientes venite ad aquas.* Neq; alio nomine vniuersa

Vaticinium prouocans homines ad Deum.

Omnes [a] sitiẽtes venite ad aquas: & qui non habetis argentum,

Quod est Deo nomẽ aptissimũ.

Materia est bona & nõ est ens.

vniuerſa cõdidit, niſi quia optimus eſt. Et voluit ſua alijs elargiri, vt qui in ſemetipſo eſt perfectiſsimus, ſuæ tamẽ bonitatis characterem creaturis ſuis imprimeret. Et diuina oracula varijs modis iam per tropologiam, iam per metaphoram, hanc nobis exponere bonitatem curant, vt Hieronymus in Oſeam capitulo. 10. admonet, & 3. lib. de doctrina Chriſtiana Auguſtinus capitulo. 29. ſubſcribens Hieronymo itidem docet. Et ipſa ſcripturæ ſeries nullo teſtante ſe prodit quantis tropis abundet. Sub metaphora ergo ſiticuloſi, cuius ſtudium hoc vnicè amat, ſitim ſuam extinguere: diuinæ dulcedinis erga homines quanta ſit magnitudo oſtendit. Vocat igitur Deus non omnes ad aquarum cœleſtium fontes epotandos, at ſiticuloſos, dũtaxat. Etenim nauſeantes pocula, & faſtidio habentes potum ad bibendum non ſunt proritandi, ne illud euangelicum offendamus, Nolite ſanctum dare canibus. Matthæi capitu. 7. Vnde dominus clamat per Ioannem, Qui ſitit, veniat ad me idẽque ſapiebat qui dicebat, Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me. Cupidos ergo vocare eſt ſiticuloſos ad potum ducere. Et dominus Ieſus Chriſtus rem hãc dilucidat dicens venite ad me omnes qui laboratis & egeni eſtis, & ego reficiam vos. Id quod perinde eſt atque ſi verbis Eſaiæ diceret. *Omnes ſitientes venite ad aquas.* Qui enim labores ſentiunt atque indigentias ſeculi, atque moleſtias ſedare cupiunt, iſti ſunt ſitientes pacem æternam, quam vnus Chriſtus donare potens eſt: iſti nanque qui eſuriunt, hanc Dei pacem ſaturabuntur. Iſti præter hæc ſunt qui eſuriunt, & ſiticuloſi ſunt iuſtitiæ, ideoque illa cibabuntur, & potabuntur. Eſurientes etenim deus impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Diuites nanque modo vocat diua virgo eos, qui ſpiritu ſunt tumentes, qui exiſtimãt ſe meritis diuites cum alioqui pauperes ſint. Iſti non ſunt ſitientes diuina qp pe putãt ſe ſibi ſat eſſe, vt Iudeçi legẽ euangelicam non ſitiunt, & hæretici illam faſtidiunt. Porrò negligentes diuina à Deo negliguntur. Nã quid illud eſt, Petite & accipietis, quærite, & inueniens, pulſate & aperietur vobis, niſi, ſitite, & potabimini? Neque animus legentis hęc, ſibi imponat, credens quia noſtram ſitim exigit Deus, idcirco noſtrum prorſus eſſe ſitire diuina: eſt quidẽ ſitire noſtri arbitrij id quod nemo inficiabitur, niſi qui Luteraniſmum ſapuerit? At prorſus eſſe noſtri iuris, nemo fatebitur, niſi qui Pelagij Britonis hauſit venena: aduerſus quæ diuus Auguſt. libris ſex hipognoſticon propinauit antidotũ: quæ etiam concilium Carthaginenſe & Mileuitanum ſub Innocentio primo reiecerũt iam pridem. Et Diuus Hieronymus ſcribens Damaſo liberum conſitetur arbitrium (ad merita ſubaudi) at hanc libertatem habet ex opitulante Dei gratia. In ſiti hac igitur diuina recognoſcamus præſidia. Hæc nanque nos excitant, vt cum illo ſiticuloſo dicamus, Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita anima mea ad te deus. Quare nemo ſibi inſoleſcat tãtiſper dũ ſitit, ne diuinæ ſit iniurius largitati: imo Deo acceptum ferat, quod ſitiat. Nam ipſe eſt, qui vocat, ipſe eſt, qui trahit: ipſe deniq; nos ſitire fontem viuum præſtat. Lege Auguſtinum de eccleſiaſticis dogmatibus capitulo. 23. Porrò Ariſtotele tradente. 2. de Anima ſitis frigidi, & humentis liquoris appetentia eſt. Procedit autem ex viſcerum exiccatione, quam caloris interni edax virtus operatur. At nihil eſt quod tam deurat animę noſtra vitalia, quam cupiditas, quæ radix eſt omnium malorum. Et demum amor ſeculi cupiditas hæc eſt, autore Auguſtino libro. 11. ſuper Geneſim ad liter. capitu. 13. Porro ardores hos mundanos qui deurunt mortalium pectora, aquæ iſtæ ſolummodo, quas Eſaias cõmemorat, extinguere poſſunt. Nanq; qui biberit ex aquis iſtis, non ſitiet in æternũ. Sunt autem aquæ iſtæ euangelica prædicatio, quæ mortalium pectora & ſatiat ſitibũda, & inquinata mũdat. Nam hæc ſola eſt, quæ aditum æternum reſerat per ſangui-

Qui vocantur ad diuinã deguſtãdã dulcedinem.

Ioan. 7.

Eccle. 24.

Matth. 11.

Luc. 2.

Matth. 17. Lucæ. 11.

Sitire diuina noſtri eſt arbitrij & diuini muneris eſt.

Pſal. 41.

1. Ad Tim. 6

Quid eſt ſitis.

Amor ſeculi cupiditas eſt.

Ioan. 4.

Aquæ ſedãtes ſitim noſtram ſunt euangelium.

nem Ieſu Chriſti,& ſacramenta, quæ tradit. Sunt porrò aquæ aliæ furtiuæ,quas nõ ſitit ſpiritus,ſed caro,vt hęreticorum ſunt doctrinæ: vtique furtiuas illas dixeris, & æquo nomine. Nam quas non probat eccleſia catholica reprobę ſunt doctrinæ. Tametſi hæreticis dulciſſimæ ſint:at extrema earum amara ſunt, vt abſynthium. Lege declamationem noſtram de diuini verbi efficacia in. 1. Tomo. ¶ *Properate.*) Quæ eſt Dei munificentia, vt omnia donet gratis. Nihil enim habet homo peccator,quod tanti faciat Deus, vt in iuſtificationis humanæ pretium accipiat. Etenim quid habemus,quod non acceperimus:& ſi accepimus,quid gloriamur? Nam diximus non ſemel iuſtificantem primam gratiam,puram gratiam eſſe. Nanque etiam ſi augmẽtum gratiæ,& glorificationis,ex meritis noſtris (præuentis tamen diuino præſidio) proficiſcantur:at quod is, qui in peccatis infixus iacet excitetur, puræ gratiæ eſt. At vero hac potiri gratia volentibus nihil ſit obſtaculo,quod gratia eſt:qp pe illam nobis impartiri dominus amat,dicens.*Properate emite abſque argento.* At ais quomodo emptio eſt,ſi ſine p̃tio,&gratis eſt? cur ait ergo.*Emite*? Dicendum videbatur potius, Accipite aquas,quas ego donabo vobis gratis. Verum non ait,Donabo, ſed.*Emite.* Nẽpe emimus diuina bona nõ noſtro:ſed alieno pretio: id quod eſt ſanguis Ieſu Chriſti. At inſiſtes forſitan, Ecquid ſi ſanguine Chriſti emimus,vt gratis iuſtificamur? Gratis ſanè,quia pretium nobis gratis donatur. Fac vt rem hanc intelligas pauperem aliquem qui ex eleemoſynis ſibi donatis forte emit veſtẽ vel quod malueris aliud, ab eodem à quo eleemoſynã acceperat, an nõ hic emit pauper veſtem,& nõ emit? emit ſanè quia pretio iuſto ſibi veſtem parat:& nõ emit,quia pretium quod dat ab eodẽ accepit gratis cui datur. Quanquam exemplum hoc eò diſcrepat à propoſito negotio quod inter deũ & homines nõ eſt iuſtum ſimpliciter, ſed ex hypotheſi vt alibi oſtendimus nullum enim opus humanum diuinis donis æquiualens eſt. Ipſe ergo Deus dat nobis vnde emamus, & quod emam?, quia dat velle, & perficere, pro bona voluntate. Dixit eñ alicubi, Nolite timere puſillus grex,quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. En tibi,vnde emimus,quia cõplacuit patri nos vocare & iuſtificare, & glorificare. Et rurſum, quia Chriſtus ſemetipſum obtulit hoſtiam, & oblationẽ in odorem ſuauitatis, & pro nobis egenus factus eſt, ideo nos locupletes reddidit(alioqui pauperrimos) vt poſsimus emere aquas has vitæ æternæ,quæ vadunt cum ſilentio. Sanè cum ſilentio decurrunt aquæ iſtæ qa pacatiſsima ſunt æterna bona. Ad primam igitur iuſtificationis gratiam,niſi conſenſum liberi arbitrij præſtemus exhibere poſſumus nihil, quod Deo gratũ ſit. Non enim Deum præuenimus iuſtificantem nos,ſed Deus iuſtificãs nos pręuenit. Porrò aſſenſum liberum noſtrum quem paramus vt iuſtificemur, Deus gratum ſibi facit, vt pretium ad emẽda cœleſtia ſit idoneum. Vt iam verè dixeris nos ex noſtra voluntaria pœnitentia emere iuſtificationis gratiam,& non emere: emere ſanè, quia illam plauſibilem ſibi & gratam Deus facit, per quã nos abſtergat à noſtrarum culparũ ſordibus,& non emere,quippe pœnitentiam verã Deus donat. Quod ſi ad emendas has vitales aquas Deus pretium gratis nobis donat,quis tam petulãs, vt ex emptione hac in ſeipſo glorietur? imo qui gloriatur in domino glorietur. Obſerua interim ad duo nos à Deo inuitari,qualia ſunt vt comedamus, & bibamus. *Venite*(inquit)*Comedite,& bibite.* Quod ſi dixiſſet.*Venite, & bibite*, germanus prioribus videtur ſermo. At quod aquę ſint comedẽdæ forſitan te offendet ſermonis in congrui

properate[a] emite, & comedite, venite, emite, abſque argento,

Prouerb.5.

1.ad Cor.4.

Prima gratia nõ eſt ex meritis nris at poſteriores gr̃æ ſub merito cadent.

Homo non poteſt ad gratiam iuſtificantem Deum præuenire.

Phili.1.

Luc.12.
Rom.8.
Ephe.1.

2.ad Cor.8
Eſa.7.

congruitas. Sed non eſt cur offendat, ſed eſt cur ſermonis ſublimitatem mireris, nã aquæ iſtæ myſticæ ſunt ideo habent, vnde ſitim abigant noſtram, habẽt etiam vn de famem depellant. Sunt enim non materiales iſtæ aquæ, quæ liquentes cum ſint ſitim ſedant, non famem. Porrò a quæ iſtæ ſunt lõge ſublimiores, ad omnia arcenda mala, ſunt potentes. Exeunt .n. de latere dextro Dei. Quare non ſunt aquæ iſtæ viſibiles creatæ ſub cœlo, ſed aquæ ſunt quas cõdidit ſupra firmamẽtũ Deus. Etquod dixerat ſub nomine aquarum, ſub alia metaphora apertius inſinuans ſubdit. ¶ *Abſq; vlla cõmutatione vinum & lac.* a) In vino mentis eſt hilaritas, in lacte guſtus eſt dulcedo, in pane cordis humani eſt ſtabilitas, in aquis verò viſcerum ſubauditur refocillatio. Hæc cõmoda tibi præſtabunt aquæ iſtæ, ſi illas auidè ebiberis. Quod ſi diligenter verba hæc conſideras. *Sine argento, & abſque vlla commutatione.*) Gratiam Dei in cunctis Dei operibus reuerearis oportet. Et in memoriã reducito, quod Matth. c. 17. ſcripſit. Petro nõ habente vnde ſolueret cenſus Cæſarei didragmũ, dominus illi inquit, vt hamo piſcem capiat, in cuius ore inuẽtus ſtater exactionẽ ſoluit. Eſt autem ſtater duo didragma. Nos quoque Petri inſtar Deo ſoluendo nõ ſumus pro beneficijs receptis, quid & peccatorũ noſtrorum pœnitentiam habere pro mereamur? At ipſe Chriſtus donat nobis ſanguinis ſui ſtaterem, quo tincti coram illo pacẽ habeamus. Lege declamationes noſtras de pœnitentia. Porrò eſt nobis quædam natiua ſitis, omnes enim naturaliter bona appetunt, vt pacem, lucem, ſalutem, immortalitatem & hoc genus reliqua: at ſitis alia eſt non natiua quidem, at cœleſtis ſitis cœleſtium bonorum, qualia euangelica bona ſunt. Hęc ſitire homo nequit, niſi Deus ſitire donet, qui alioqui omnia donat. Ad hæc nanque natura non anhelat. iſtis euangelicis bonis non inhiat, niſi abſpiritu Dei ſubleuetur. Etenim natiua nobis, & germana bona, illa affectamus: ad ea vero, quæ noſtros excedunt humeros torpemus. Overè beatiſsimam ſitim, quæ mortalem hominem ad immortalia leuat, & temporalem hominem æternitatis compotem facit. Quãto fœlicius eſt ſic ſitire, quam terrenis abũdare bonis? & plærunque ſi aliud non detur, ſatis eſt ſitiuiſſe. Nam cui copia ſacri fontis baptiſmatis negatur, baptiſmũ ſitiuiſſe ſatis erit, vt vitam adipiſcatur ęternam, & in alijs comparandis diuinis, quando ipſa operis fugit exequutio, nos illa ſitire ita amat Deus, vt non factum pro facto ducat. Ipſa ſitis denique cœleſtium bonorum pro potu reputatur aquæ huius ſalutaris. ¶ *Quare.*b) Inuehitur in ſeculi amatores expendentes pecunias ſuas in paſcẽdis vẽtis, & in rebus infrugiferis operas ſuas vanè collocãtes, quę humanam mẽtem explere nequeũt. Iſtud ſanè eſt appendere argentum ſiue humanas prodigere ſubſtantias, & non in panibus, hoc eſt vitæ panibus, & diſciplinæ, & intellectus. ¶ *Feriam.*c) In biblijs non exactè depurgatis à mẽdis legimus Dauid fidelis. At vitioſa eſt lectio: ſed legẽdum eſt miſericordias Dauid fideles. Et ſenſus eſt ſi mihi morẽ geratis, promiſsiones, quas Dauidi promiſi ſtabiles atque firmas faciam. Diuus Paulus in geſtis apoſtolicis. c. 13. hunc locum in eum modum indicat, quo illum Septuaginta tranſtulerunt, Da-

Ezechi. 47.

& abſq; vlla cõmutatione vinũ & lac. a Quare b appenditis argẽtum non in panibus, & laborẽ veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonũ, & delectabitur in craſsitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam c

Gratia Dei in cunctis diuiniseſt operibus.

Stater & didragmum.

1. & 2. Tomo.

Homo cœleſtia ſitire nequit niſi Deus ſitire donet.

Baptiſm' in voto ſatis eſt ad vitã æternam ſi alia non dãtur.

bo vobis ſancta Dauid fidelia. Quem locum induxit, vt colligeret Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis. Quaſi dixiſſet, ſi à morte nõ ſurrexit Chriſtus, vana extitiſſẽt ſanctiſsima illa, quæ pepigit & firmauit Deus cum Dauid de Chriſto venturo pacta: id q̃ fieri nequit. Semel nãq̃ue, ait, iuraui in ſctõ meo, ſi Dauid mentiar, ſemẽ eius in cõſpectu meo in æternum manebit. *Ecce.*a) Chriſtus fuit teſtis veniens ad noſtra ſupernaturaliũ bonorum. Nanq̃ue patrem nemo nouit, ſed vnigenitus filius, qui eſt ĩ ſinu patris ipſe enarrauit nobis. Res enim occultæ q̃ nos latent teſtimonijs aliorum qui nouerunt indigẽt, vt palam fiãt. Res autem æternæ vitę, prſus humanũ fugiunt conſpectum. Ipſe igitur Chriſtus ab arce cœleſti ad noſtra deſcendẽs teſtatus eſt nobis, hæc ſpiritualia, quæ diximus bona. Teſtatus eſt ſanè illa verbo, & opere, illa docẽs, quæ nemo alius docere poterat & diuinis prodigijs doctrinam ſuam probauit. Et Paulus. 1. ad Timotheum capitulo. 2. Homo, inquit, Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus: teſtimonium tẽporibus ſuis. Quo loco ipſum Chriſtum & redemptionem pro omnibus nominat, atq̃ue teſtimoniũ. Siquidem etiamſi in biblijs noſtris legamus, cuius teſtimonium, Hieron. aptius legit ſine, cuius. Et demũ frequens eſt hæc Chriſti appellatio, in ſcripturis: vt in Malachia, ſub cuius perſona traditur, Ero teſtis velox, &c. Et in Apocalypſi capitulo. 1. Cap. 3.

Locus Pauli exponit.

Pſal. 88. Ioan. 13. Ioan. 1.

Ioan. 7. Ioan. 15.

Chriſtus eſt oculatus teſtis cœleſtiũ bonorum.

vobiſcum pactũ ſempiternũ, miſericordias Dauid fidelis. Ecce[a] teſtẽ populis dedi eũ, ducem ac pręceptorẽ Gentium. Ecce gentem quã neſciebas, vocabis: & gentes quę te nõ cognouerũt, ad te current propter dñm Deum tuum, & ſanctũ Iſrael: quia glorificauit te. Quærite[b] dominũ dũ inueniri poteſt: inuocate eũ dũ ppe eſt. Derelinquat impi⁹ viam ſuam, & vir iniquus cogitatiões ſuas, & reuertatur ad dominũ, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcẽdum. Non enim cogitationes meæ, cogitatiões veſtræ: neq; viæ veſtræ, vię meę, dicit dominus. Quia[c] ſicut exaltãtur cæli à terra, ſic exaltatę ſũt vię meæ à vijs veſtris, et cogitationes meæ

¶ *Quærite.*b) Idẽtidem per vates ſuos has ingeminat voces de⁹: vt illũ toto ſtudio quæramus. Nam prope eſt omnibus inuocantibus eum in veritate. Nemo autẽ ſolerti ſtudio Deum quęritabit, niſi derelinquat impiam viã ſuam: & iniquas cogitationes ſuas. Non enim ſatis eſt apud dominum facinora dereliquiſſe, niſi ex veraci pœnitentia animum quoq; faciendorũ malorum depoſueris, ſiquidẽ lex ciuilis, aut eccleſiaſtica animũ punire nequit: vt decretum habes de pœnitẽ. diſtin. 1. capitulo Cogitatio, &. 32. diſtin, capitu. Erubeſcant. &. 1. quæſt. 5. capitul. Chriſtiana, & alibi. Vnus nanq̃ue Deus eſt penitiſsimarum cogitationum vindex. Idcirco cogitationes, & opera munda amat vt iam ſupra admonuerat Eſaias capitulo. 1. auferre malum cogitationum veſtrarum. Deus ſiquidem puriſsima cum ſit mens, colendus itidem & puro animo eſt. ¶ *Quia.*c) Diuina opera munda ſunt, & cogitationes ſanctiſsimæ: vnde monebat ille, Sẽtite de domino in bonitate. At verò nr̃æ viæ corruptiſsimæ

Leges ciuiles aut eccleſiaſtice occultũ animum prauũ nõ puniũt.

Sapient. 1.

ptiſsimę ſunt, atque cogitationes. Propterea eam diſtantiam propoſuit qua cœli & terra diſtãt, qua nulla eſt maior, vt differẽtiam diuini atque humani ſtudij latiſsimã facilè eſſe inſinuaret, quæ tamen alioqui infinita eſt. Vnde vt diuinam amicitiam ineamus, ad diuinã nos accedere ſimilitudinem oportet. Nanque vnum quodque animal diligit ſibi ſimile, & De⁹ peccatores, tanquam à ſe quam diſsimillimos non amat, at iuſtos, vt ſibi magis conſentientes amore proſequitur. ¶ *Et quo modo.*[a]) Promiſſiones ſuas (quas verbis propheta rum Deus prædixerat) ſtabiles futuras demonſtrat. Etenim, vt nix, & imber de cœlo ad terram ſine impedimento labuntur (deſcendunt autem, vt terram infundant, & infuſam germinantem faciant) ita diuina promiſsio, quam verbum ſuum hoc loco vocat Deus, etiamſi mundus machinetur aduerſus illam quas poterit technas, cęterum proſpero tandem curſu implebitur à Deo. Nam quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, & eccleſiam ſuã ſatis olim diu exatam impiorum tyrannide mirè protexit, & euangelium ſuum in quod mundus caro, & Satanas ad furorem vſque debacchati ſunt, & excogitatis ingenijs peſsimis ſtuduerunt penitus peruertere, non tamen valuerunt. Imò inebriat Deus terram mundanis repugnantibus, & cœlitus infũdit mitia corda, & germina re illa facit ſalutis germina. At verò Paulus. 2. ad Corin. 9. ad hunc locum Eſaiæ alluſit. Qui dat inquit, ſemen ſerenti, & panem ad manducandum præſtabit: & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Eſt autem Dei verbum, & ſemen cœleſte, & panis ille quẽ commemorat Salomon in Proverbijs capitulo 20. Aperientur oculi veſtri vt panem comedant. Etenim niſi fides Chriſti illuſtret humanas mentes, ex hoc pane veſci nequimus. Panis igitur cœleſtis illuminatos comedentis petit oculos: vſualis autem non item. Item Chriſtus eſt Dei patris verbum, quod in noſtrũ veniens orbem, caro factum eſt, & dein conſummato opere redemptionis à Patre ſibi concredito, regreſſum eſt ad patrem non vacuum, ſed opima referẽs ſpolia ſanctorum patrum, & palam de hoſtibus ſuis omnibus triumphans. Ideo ait. ¶ *Non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet, quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.*[b]) Nam poſuit pro peccato animam ſuam, & ideo vidit ſemẽ longęuum. ¶ *Quia.*[c]) Egreſſæ ſunt animæ ſanctorum de antiqno inferni carcere in lætitia, CHRISTO vincula conterente, & montes, & colles cantabant coram animabus ſanctorum patrum. Nam angelorum chori illos ex exilio deducebant ouantes ad æthera. Et apoſtolos & diſcipulos Domini cæteroſque fideles, tum ex tam magnifica impendiò lætatos eſſe præda ne dubita.

Deus peccatores tãquã ſibi diſsimiles nõ amat.

Ecclę. 13.

Gala. 4.

Panis cœleſtis illuminatos petit oculos, non tamen vſualis panis.

Ioan. 16.

Coloſ. 2.

Eſa. 53.

â cogitationibus veſtris. Et quomodo [a] deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertetur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panẽ comedenti: Sic erit verbũ meũ quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. [b] Quia [c] in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regiõis plau

¶ *Pro.a*) Non ſaliunculam ſed rubum ſpinoſum alij verterunt: vt ſit ſenſus, Depulſis iniquis, & indignis hominibus, alij dignioresſubrogabuntur. Nam auferetur di
Matth.21. debat Iudęis dominus, à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Porrò dictio Hebræa, q̃ Eſaias Hebræus habet eſt, Nahaſus: pro qua vertit noſtra editio ſaliunca, aut ſaliuncula. Et Hebræis eſt frutex, ſpecies ſcilicet, ſpinarum in deſerto creſcentium. Septuaginta vero verterunt. ¶ *Pro ſtipite vili aſcendet cypariſſus, & pro conyza aſcendet myrtus.*[b]) Quæ omnia illò ſpectant, quò prædixerit Eſaias ſubmotis Phariſæis, & ſcribis, & põtificibus illis, qui vmbratili legi deſeruiebant: ſufficiendos eſſe apoſtolos, & alios ſucceſſores, qui nõ vmbris, ſed veritati ad adminiſtrarent. Diuus Gregorius in Moralibus ſuis aliò torſit Eſaiæ locum hunc. *Pro ſaliuncula aſcendet abies.*) Dum inquit, In ſanctorũ cordibus pro abiectione terrenæ cogitationis altitudo ſupernæ contẽplationis exoritur. *Et pro vrtica myrtus.*) Quando ſanctorũ mentes à prurigine vitiorum ad ſpiritualem pacem transferuntur. Hæc tamen ad tropologias apta ſunt: quas tamen inter dilucidandũ Eſaiã nõ venamur. ¶ *Et.* c) Ideſt, quia ſpinas, & veprestollet Deus, & ex hominibus impuris, puriſsimos, & procerrimæ ſanctitatis faciet viros, vt Paulum, Magdalenam & cæteros: & quia auferet regnum Dei à Iudæis, & donabit gẽtibus. Ideo erit nominatus dominus, qui eſt terribilis in conſilijs ſuper filios hominum: Pſal.65.
qui tanquam cancellans in cruce manus ſuas, antiquum Iudæorum populum reiecit, & iuniorem gentium traxit & recepit. Eſt quidem nominatus Dominus Ieſus, qui eſt in ruinam & reſurrectionem multorum & in ſignum, cui cõtradicetur. Eſt Lucæ.2.
tamẽ ſignum hoc, ſignum ęternum, quod non auferetur. Quia Chriſtus glorioſuſsedet ad dextram dei Pris, vel repugnãtibus Iudęis, & ſeculi tyrannis obgannientibus.

Deus ex impuris puriſſimos facit homines.

dẽt manu, Pro[a] ſaliuncula aſcendet abies, & ꝑ vrtica creſcet myrtus:[b] & [c] erit dñs nominatus in ſignum ęternum, ꝙ nõ auferetur.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Cap. quinquageſimum quintum Appendix.

TROPOLOGICA Declamatio in feſto omnium ſanctorum agenda, cuius prothema eſt. Omnes ſitientes venite ad aquas. Eſaiæ. 55.

MEMINI ME INter elucidandum Eſaiã in illorum numero recenſuiſſe, qui ſitiunt diuinas aquas eos, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quos dominus deniq̃ ſaturandos pollicetur Matthæi capitulo. 5. Quamobrem ſatis germana eſt conſenſio horum ſiticuloſorum, quos prothema retulit noſtrum, & illorum beatorum quos Matthæus commemorat dicens, Beati pauperes ſpiritu, quorum ipſorum eſt regnum cœlorum & cætera, quæ proſequitur tradens octo beatitudines. Omnes nanq̃ beati iſti, qui iam beatas ebiberunt aquas, illas antequam libaſſent anxio affecto ſitiuerunt. Libet ergo euangeliũ hoc, quod

mirę

miræ eſt maieſtatis, & arcanæ ſapientiæ diſſerere. Vt hinc liqueat, qui ſunt iſti ſiticuloſi, & quæ aquæ ſunt, aut quales fontes, vnde beatam ſuam mitigant ſitim. Dominus ergo Ieſus Chriſtus aſcendens in montem grandia docturus aperuit os ſuum, & reuera rem ſummi momenti docuit, videlicet mentis humanæ non vulgarem, & ex medio petitam triuio beatitudinem eſſe. Etenim maximi referebat oſtendere quis nam humanæ vitæ ſcopus ſit, inquem referendæ ſint humanæ actiones. Id quodneq; per prophetas ſuos aut patriarchas dilucidauit ita clarè, vt ipſe modo aperiens os ſuum voce propria exprimit dicens, Beati pauperes ſpiritu, &c. Porrò accedit nonnihil dignitatis, ne dicam decoris plurimum, ſacratiſsimis doctrinis, quas ipſemet Chriſtus dei verbum proprio ore deprompſit, quod ipſe dominus eas deprompſerit. Quamobrem & euangelicæ doctrinæ omnes aſſurgimus & retectis capitibus excipimus, & luminaribus accenſis & ſpirante thure euangelicas voces à diaconis decantatas eccleſia ornat & celebrat. Qui cultus epiſtolicis lectionibus, aut Dauidicis Pſalmodijs, tribuitur minimè. Quanuis vniuerſa ſacrarum muſarum documenta æqualis ſint fidei & veracitatis. Primam igitur beatitudinem in paupertate ſpiritus locauit dominus. Dixerim autem pauperes ſpiritu pauperes eſſe ſpontaneos, qui ex affectu non ex coactione, aut ex inanis gloriæ cupiditate ducti, paupertatis ſunt cultores. Nam philoſophos legimus, vt Cratem illum Thebanum paupertatem amaſſe: alioſque nonnullos: at non ex ſpiritu pauperes erant, at ex carnis ſenſu pauperes. Non enim amore cœleſtium ſe ſpoliabant terrenis, vt ſcilicet ad vitam æternam adipiſcendam nihil terrenæ facultatis oppediret: cæterum terrenos alios ſequuti fines, paupertatem amplexi ſunt. Porrò in ſcripturis plærunque id caro cognominatur, quod cœleſtia non ſpirat: vt contra ſpiritus quidquid cœleſtia ſapit. Qui ergo paupertatem amauerunt, nulla cœleſtium habita ratione, non ſpiritu pauperes, imo pauperes ſecundum carnem germanius appellaueris. Aduertendum autem priuſquam has beatitudines exactius enucleemus, quædam eſſe virtutum opera, in quæ cunctis incumbere eſt neceſſe. Qualia ſunt præceptorum diuinorum opera: quorum ſtudium neceſſarium Dominus indicauit dicens. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata: in quibus tamen nō locauit beatitudines Chriſtus. Non enim ait, Beatus eſt, qui non mœchatur, aut qui non furatur, aut parentes colit. Sunt præter hæc aliæ virtutum operationes, quæ planè ſunt heroicæ, & philoſophorum placita hanc virtutum diſtinctionem etiam ſuis ſcriptis in monumentum reliquerunt. Hāc autem diſtinctionem etiam in peccatis licet aduertere. Quædam ſunt enim in vſu hominum peccata: vt mœchia, fornicatio, & id genus: alia verò ſunt, quæ beſtialia & feralia appellauit Ariſtoteles, quale eſt humanis veſci carnibus. Heroicum autem illud tradiderūt eſſe philoſophi, quod excellit vulgatam & familiarem hominum virtutem. Quale fuit illud Curtij geſtum, quod heroicum reputatur apud ſuos: nam in gratiam Romanæ Reipublicæ viuum in Baratrum ſe coniecit: & hoc genus alia, quæ Romanorum hiſtoriographorum te docebit lectio. At vero alia ſunt opera, quæ quanquam ab hominibus ſenſualibus non tantopere laudentur quantopere Curtij geſtum, & alia Scæuolæ & Lucretiæ geſta, verè tamen ſunt Heroica opera, quæ hodiernum euangelium commemorat dicens, Beati pauperes ſpiritu, & reliqua, quæ recenſentur opera beata. Porrò autem octo annumerat Matthæus præclariſsima virtutum ſtudia, aut octo humanę mentis tantiſperdum hîc agitur inſignes epitomat ſpiritualis vitæ perfectiones quas beatitudines vocat. Neque te moretur vnam tantum eſſe beatitudinem ſanctorum, Dei viſionem ſcilicet, atque fruitionem,

Maximi refert ſcire qs ſit ſcop⁹ humanæ vitæ.

Cur euangeliū maiori cæremonia & cultu quā cætera diuina verba ornamus.

Quid caro quid ſpūs in ſcripturis.

Matth. 19.

In operibus præceptorū Chriſtus nō locauit beatitudines.

Lege magna moralia Ariſt. lib. 2. cap. 5. & 7. Ethi. cap. 8.

tionem: cur ergo modo octo denarrãtur? Etenim beatitudines istę, quæ modo recẽ sentur à Chri famulis in carne viuentibus mortali apprehẽdũtur. Rectè nãq; dixeris, in horto tuo esse mala punica & persica & cidonia, si horum virgulta, seu plãtulæ adhuc fructum nõ referentia cõsita inibi habeas: quippe q̃ in spe certissima habetur, tanq̃ iam habitũ, & obtentum reputat vt de proximo accingendus, reputatur p̃ accincto. Quanq̃ igitur virgulta illa recẽtia fruct' nõ sint feraciat à fructu quẽ sunt latura, fructifera appellãtur. Secundũ quẽ loquẽdi ritũ spõsa vxor in diuinis literis cognominatur etiãsi sponsus vxoria in spõsam suã nõ exercuerit iura, vt de virgine sacra in euãgelio p̃ditũ est, Noli timere ait angelus Ioseph, accipere Mariã cõiugẽ tuã. Octo ergo hę perfectiones, aut vitæ spũalis heroica studia, aut vitę Chriane supmi apices certã habẽtibus faciũt ęternã illã futurã btitudinẽ, q̃ fideles sperant, fructũq; illũ certificãt btõrũ, ĩ quẽ tẽdũt oĩa sctõrũ exercitamẽta non tñ hoc ita accipe vt credas certã alicui esse interim dũ hîc agit btitudinẽ, q̃ certitudo ex vulgata Dei lege nulli adest. At certã habẽtibus illã dixerim, qa qui btitudinibus istis mõ fruit ęterna etiã fruiturum certũ est: tametsi latet habentem si beatitudinibus prænominatis nũc fruitur. Isti ergo euangelici pauperes, isti euangelici mites isti mundicordes, &c. vitam etiã num degentes mortalem decerpere fructus iam incipiunt æternæ vitæ. Ideoq; illos beatos iam Chrs appellat. Id q̃ si nondũ planum tibi est singulas beatitudines enodemus, & planum tibi erit. Pauperes enim spiritu attente contemplare, & videbis iam illos pro humano captu cœlestes illas beatorum possidere diuitias. Beatorum nanq; est visibilia calcare, & mundana despicere, vniq; Deo æterno hęrere. At pauperes euãgelici pauperes sunt spõtanei, q̃ semetipsos ex amore cœlestiũ proprijs exuerũt facultatibus, ne diuitiarũ solicitudo eos ad terrena deuolueret, neue seculi dulcedo eos allicere ad voluptates noxias sectãdas, ideo terrena exuunt vt cœlestia induant. An non tibi sublucebit si hæc seriò aduertis egregiè à dño beatos esse hos euangelicos pauperes cognominatos? Nanq; plurimum illos beatos cœlites, quos cœleste regnum carne exutos susscepit, referunt: ideò non absurdũ est, imò satis cõsentiens rõni beatos eos dicere qui beatis sunt q̃ simillimi. Porrò scio Aristot. diuitias dixisse beatitudini cõferre & paupertatẽ noxiam esse. At vero de beatitudine naturali sermonẽ habuit, nõ de hac supernãli de q̃ illud euãgelicũ sonuit beati pauperes spũ, &c. Quanq̃ scientissimè memoriæ prodit nõ in diuitijs humanã statuendã fœlicitatẽ, at in mẽtali illaq; præcipua cõtẽplatiuæ mẽtis functione. At verò magister supmus Chrs, nõ cõducibiles, imò noxias duxit diuitas ęternę beatitudini: quippe quæ admodũ diuertũt hoẽm à cœlestib', & deturbãt ad terrena. Ideo ait, Beati pauperes spũ, qm̃ ipsorũ est regnum cœlorum? An nõ beatos appositè dices eos qui rarissimã adepti sunt virtutem? Quotusquisq; enim est, qui omnia visibilia cõtẽnat amore ductus inuisibiliũ? rara est hęc virtus, vniuersa scilicet p̃sentia despicere: vt cœlestia assequaris. Et verè nisi diuinus auxiliares spũs p̃beat manus, hunc cõtemptum mundi (quẽ voco spontaneam paupertatem) nemo consequi poterit. Oĩa nanq;, vt sapiens ille dixit pecuniæ obediunt, nam honores, amici, vxor, fauor, atq; potestas ex pecunia facilè cõparãtur. Pecuniam igitur cõtemnere est vniuersa despicata habere. Hãc ergo euãgelicã paupertatẽ qui sectãtur filij dei sunt, & spũ Dei agunt. Isti sunt iustissimo noĩe hęredes regni cœlestis: qppe eiusdẽ cõq; rẽdigẽa se spoliauerunt, & hæredes se cõstituerunt terrenorum bonorum: quare viuax Christi exemplum complexi sunt, qui egenus factus pro nobis est vltro, qui alioqui locupletissimus est. Et demum extremam, siue altissimã paupertatem primus ipse tanq̃ spõsam suã amauit. Etem vulpes foueas habẽt, & aues cœli nidos filius aũt

hoĩs

Beatitudo sanctorum viæ quædã alia patriæ.

Aduertẽda cõparatio.

Matth. 1.

Ethi. 10. c. 8 1. Ethi. c. 8. & 1 o. Ethi. cap. 7: 1. Rhetor. cap. 5.

Cõtemptus mũdi ex Deo est. Eccle. 10.

Rom. 8.

1. Corin. 8.

Matth. 5. Lucæ. 9. hoīs nō habet, vbi reclinet caput ſuū. Quā rurſum apoſtoli & diſcipuli Chri exactiſsimè imitati ſunt. Quibus ipſe qa nō vulgatū præſtiterāt opus mundū cōtēnēdo, ait, Vos q reliquiſtis oīa, & ſecuti eſtis me in regeneratione ſedebitis & vos &c. Et dignū haud dubiū vt hæc euāgelica paupertas ſit orbi toto miraculo grādi, nempe q terrenus homo fragili, carni immixtus, terrena quæ videt & palpat fugiat bona, in quæ captāda tota hoīm natura vehementiſsimè ꝓpellit ꝓpter illa, quæ neq; palpat neq; videt. Diogenes ille Anthiſtenis diſcipulus in volubili dolio ſe torquens fuit Alexādro Macedoni admirationi, qd quod pauperes euangelici ſint? Pauper ſanè erat Diogenes & torquēs dolium ſe volubilē habere domū iocabat. At verò hic ſeculi cōtemptor, diuina nō æſtimabat, at ſic viuere amabat quia ſic agere ſibi cordi erat. At vero euāgelica paupertas viſibilia ex affectu cœleſtiū calcat & pauperes iſti verè cōtēnūt terrena, & qđ eſt maximum oīm & ſeipſos parui faciunt, vt Chrm in ſe ipſis glorificēt. ¶ Atqui ſūt pauperes, quos natura, vel caſus fecit pauperes, alij vero, q ex vitio ſunt pauperes, alij q ex affectu pauperes, alij demq; qui ex affectu & effectu Chri gra ſunt pauperes, & poſtremorū ſolū beauit Chrs paupertatē. Nā ex natura pauperes, ſunt qui ex parentibus inopibus ꝓducti, inopia etiā ꝑmunt. At inopia hæc cōmēdāda nō eſt, liquidē inuita eſt. Ad diuitias nāq; aſpirat plærunq;, quas etiā cōtētioſè quæſitas adipiſci nequit. Porrò paupertas eorum, quos caſus infœlix ex diuitibus reddidit miſeros, ſi æquo ferat animo, laudāda ī paupertate æquanimitas: atſi de infœlici fortuna dolēt & priſtinā ꝓſperitatē amāt, culpādi nōſunt: qppe qui meliorē deſiderātes fortunam nemini iniurij ſunt. At verò btī nō ſunt pauperes iſti, quos euāgelica hiſtoria eximiè cōmēdat. Qui vero ex vitio pauperes ſunt ī vitio ſanè ſunt, qa cū ſcortis, aut ganeis, aut ludis bona ſua ꝓdegerūt. Aduerſus quos oēs declamationē ſuperius inſtruximus. At vero ex affectu dūtaxat pauperes ſunt ij, q alioqui diuites, at nō multi faciunt diuitias ſuas quibus affluētibus aīos erga illas non apponunt: vt fuerūt priſci illi ſctiſsimiq; patres, qui multis abundātes ſubſtātijs, nihili tñ illas ducebāt. Nā ſi Abrahā loquēs cū deo ſe cinerē æſtimabat, atq; puluerē, quāti putas ſua feciſſe, qui ſe pili faciebat? Verū nō eſt iſta illa altiſsima btāq; paupertas, quā Paul. 2. ad Corin. 8. denarrās ait, Et altiſsima paupertas eorū abūdauit in diuitias ſimplicitatis eorū. Iſti nāq; ſunt, qui ardētiſsimo cœleſtiū ęſtuātes amore acquirēdis terrenis bonis nō ſolū nō inhiant: imo acquiſita bona in Chri alēdos pauperes libentiſsimè erogāt. Eq dē iſti nudata gerūt corpora et exonerata à tędioſa ſarcina tēporaliū bonorū, at aīas multo nudiores ab affectibus fluxæ & perituræ ſubſtantiæ gerūt. De heroibus ſcripſit Plutarchus, illos agi ſuperno quodā ſpū, vt heroica quædā gerāt. Quā ob rē Amianus Marcellinus nobilis hiſtoriographus ſuū Iulianū imperatorē ī numero heroū reputat, ꝓpter quædā magnifica, quæ illū feciſſe recēſet q alioquī impius erat: at multo ſatius eſt heroicā & planè cœleſtē hāc euāgelicā noīare paupertatē, cęteroſq;, quos hodierna lectio euāgelica docet, heroes etiā iure appellabimus, quippe rē grādē & hoībus impoſsibilē niſi ex diuino ꝑſidio ad illā potētes redderent præſtiterūt? Nam vti terrenis facultatibus iuſto noīe conquiſitis, lex non vetat diuina. At pauperes iſti hac licētia ſe orbauerūt, ſponte Chri gra, & alios ex ſuis ꝓpter chri amorē ditauerūt, & ſe ꝓprijs ſpoliauerūt: vt de ſeraphico Frāciſco & de alijs legim⁹. Adhæc iniuſtas diuitias iſti odio habent, iuſtas verò negligūt, paupertatē vero ſpōtinā & ſpūalem arctiſsimè ſunt amplexi. Ideoq; illos Chri lingua beat: quos humana fortaſsis irrideret. Beati, ait, pauperes ſpiritu, qm ipſorū eſt regnum cœlorū. Etenim Leuitæ illi, quos Hebraica ferebat lex, quia nulla illis obtigerat terrena inter fratres ſors, Deū habebant in ſortē. Dominus em erat illorū poſſeſsio & hæreditas.

Gene. 18.

Altiſsima paupertas quæ eſt Paulo.

Paupertas euangelica heroica virtus eſt & pauperes euāgelici ſunt heroes fideles.

Num. 1. & 2.

Diogenes Cinicus.

Paupertas euangelica eſt perfecta paupertas.

Paupertatū varia gūra.

Quid tu putas de euãgelicis pauperibus, qui ſortẽ terrenã à ſemetipſis ablegarunt? nõne diuina erit illorũ ſors? Ideo ait, Ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. At q̃d eſt, ipſorũ eſt regnũ cœlorũ? num iã regna tenent cœleſtia? nõ ſanè, At vero q̃ eligũt ad eẽpatũ gerendũ, eẽpi iã appellant: vt electi ad quẽ voles aliũ primatũ primates cognominant. Iſti ergo pauperes, q̃a electi ſunt ad regna æterna poſsidẽda, ideo ait, Ipſorum eſt regnũ cælorũ. Quaſi dixerit, Beati pauperes ſpũ, quorũ paupertas certiſsima eſt electio ad regna captãda cœleſtia. Itidẽ in cæteris beatitudinibus accipito. Quã ob rẽ nõ ab re Paulus hos euãgelicos cõmẽdãs pauperes aiebat, Tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. Poſsidentes ſanè omnia, quia electi ſunt à Deo, vt omnia poſsideãt: nam regnũ cœleſte omnia cõprehẽdit bona. Rurſum poſsidẽt oĩa, quippe Deo fidentiſsimi vniuerſa amore Chr̃i eijciẽtes, à cœlo pẽdẽt dũtaxat. Vñ alimẽta & quibus teganr̃ expectãt, illa tenaci firmantes memoria, quæ dñs apud Matthæũ docuerat, Nolite ſoliciti eſſe aĩæ vr̃æ quid manducetis, neq; corpori vr̃o, quid induamini. Hanc ſolicitudinẽ (quæ diuina plurimũ ne verſent̃ remorat̃) iſti euãgelici pauperes à ſe excuſſerũt, certo hærẽtes verbo dñi, Nolite ſoliciti eſſe. Nã qui olim Eliã citra ſolicitudinẽ pauit in deſerto, & Paulum Eremi primũ cultorẽ, & illos paſturũ dubio ꝓcul æſtimant. Iſti nãq; non ſuis ſe exuerũt bonis, vt otio torperẽt inertes, vt plæriq; ſecularibus nõ ſe immiſcẽt rebus, vt ſibi otio indulgeãt. At iſti ſe exuerũt ab iſtis, vt liberiores, & expeditiores vitę prę ſentis, ſtadiũ currerẽt: quo deniq; velocius & certius ad brauiũ ſupernę vocationis ab Agonotheta Chr̃o præfixũ conuolarent. Qui ergo vt expeditius, & ſolertius Deo vacent, ſua dimiſerunt, an hos non curabit Deus, vt illis quæ neceſſaria ſunt vitæ degẽdæ nõ ſubminiſtret? Procul ſit iſtæc cogitatio. Nãq; qui humana, quæ habebat ſolatia, atq; præſidia, ꝓpter Chr̃m contẽnit, reliquũ eſt, vt ipſe Chr̃s illi de certo præſidio ꝓuideat. An non apoſtolos legat ſine ſacculo, & pera & calceamentis, & id genus humanæ vitæ præſidijs, quibus poſtmodum ait quando miſi vos ſine ſacculo, & pera nunquid aliquid defuit vobis? Dicunt ei, Nihil. Tales ſunt iſti euãgelici pauperes, qui verbo Chriſti innixi ſubſtantiã ſuam reliquerũt. Neque ſolum terrenam ſubſtantiã, imo etiã & honores, & principatus, & alia quæ humanũ ſuſpicit ingeniũ contẽpſerunt: vt ſemẽ diuini verbi ab iſtis ſpinis expeditũ, vberius in cordibus eorũ Deo fructificaret. En tibi in huius rei paradigma, fratres Frãciſcanos, qui nõ ſerũt neq; metunt, & tñ pater cœleſtis paſcit illos.

Lucæ. 22. Matth. 10.

2. Corin. 6.

Paupertas euangelica à Deo pendet.

1. Timo. 6. Matth. 6.

3. Reg. 17. Deus ſuos maximè curat.

¶ At verò beatitudines has euulgaturus Chr̃s in ſublimẽ montẽ conſcẽdit, ad has nãq; aſſequẽdas, quis tam idoneus, vt illis fruat̃? An nõ præexcelſus mons hic eſt, relinquere ſcilicet patrẽ, aut matrẽ, aut vxorem, filios, aut agros, ꝓpter nomẽ Chr̃i: at ſublimior eſt gradus vniuerſa contẽnere, & ſemetipſum Chr̃i gr̃a. Qualis ille erat, qui aiebat, Mihi autẽ abſit gloriari niſi in cruce dñi nr̃i Ieſu Chr̃i: per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo. Nõ tales philoſophi extiterũt, qui ſi contẽpſerunt ſubſtantiã ſuã, & patriã, vt Clazomenius ille Anaxagoras, qui nõ vt ſe contẽnerẽt, cõtempſerũt ſua: imò vt ſe pluris facerent in mũdi cõſpectu, vt Empedocles Agrigẽtinus q̃ res phyſicas elegãtiſsimo cõſcripſit carmine: ſe in Aethnęas cõiecit flãmas: vt in deorũ albo recẽſeret̃. Supremus eſt hic paupertatis mõs & verè, niſi ſpũs Dei ſuppetias tulerit, ſcãdi nõ poterit. Quas ſanè multis hactenus tulit, vt conſcenderent: & conſcenderunt. Non enim ſunt beatitudines iſtæ euangelicæ, quales ille philoſophicæ. Tradiderunt enim philoſophi quidam beatitudinem noſtram in copulatione intellectus adepti, cum ſupremo intellectu cõſiſtere. At vero neque ipſi ſunt beatitudinẽ quã fatebant̃ adepti. Neq; certas imo inanes tradiderunt formas adipiſcendi. At Chriſtus octo præſcripſit certiſsimas beatitudinis aſſequendæ formas: ad quas

Chriſtus ex ſublimi loco beatitudinẽ docet.

Matth. 19. Galat. 6.

Paupertas euangelica ſublimis eſt.

Empedocles faſtuoſus philoſophus.

ad quas ſuos prouexit apoſtolos, & diſcipulos, & quotidie ſuos fideles prouehit. Quarum prima eſt, Beati pauperes ſpiritu. Ipſaque poſtremæ beatitudinis conſequendæ forma beatitudo etiam appellatur: quia certiſsima eſt ad illam adipiſcendam præparatio. Neque hoc miraberis ſi Dauidicum pſalmũ illum recolueris beatos dicentem immaculatos in via, & rurſum, Beatus canit eſſe Dauid eos, qui ſcrutantur teſtimonia Dei & in toto corde exquirũt eum. Viatores igitur dixit beatos ſi immaculatã egerint vitã: at nulli immaculatiores, quã quos dominus recẽſet in hoc euangelio. Rectiſsimè igitur beati nuncupantur. Neq; veteres illi ab Stoa ſtoici appellati philoſophi, ab hac phraſi euangelica abhorruerunt. Dixit nanque Socrates virtutem ipſam eſſe beatitudinem, & Xenocrates vitam ſtudioſam eſſe beatam teſtatus eſt Ariſtotele cõmemorante. 7. Topicorum capi. 1. Quidquod ſi vel olfeciſſent noſtros pauperes euangelicos, aut manſuetos, aut miſericordes, vtique deos verſari inter homines exclamaſſent. Verum cur primum beatitudinũ paupertas obtineat locum, non cuiuis peruium eſt: ſiquidẽ qualem præſcribit Chriſtus coronã pauperibus ſpũ, talem etiã donat ijs q perſecutionẽ patiuntur ꝓpter iuſtitiã. De vtriſque eñ ait, Qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Qd̃ ſi eſt harũ virtutum æqua corona, cur paupertas primũ tenet, tolerãtia vero perſequutionũ poſteriorẽ tenet locum nõ temerè hæſitabit aliquis. Ego vero qñ in arcanũ iſtud mẽtis meæ operã conduco paupertatẽ, quam præſcripſi euangelicã radicem, & veluti fontẽ cæterarũ beatitudinũ eſſe animaduerto. Præſcripſi eñ paupertatem hanc contemptũ eſſe ſui, & ſuorum, ob Chriſti amorẽ. Qui vero hoc heroico contẽptu præditus eſt, ille profecto mitis eſt. Iraſcentia eñ inde originẽ habet, quia parui pendimur ab alijs: inde ſuccẽſus feruore ſanguinis noſter animus vilipenſionis illatæ contendit rependere iniuriam. At vero qui honores, ſubſtantiã ſeculi, & ſemetipſum, vilipendit & vt ſtercora cum Paulo ducit, mitis planè erit, neque conuitia aut offenſas iniurias eſſe æſtimabit, ab eo vlciſcendas: ſed pacato animo illas audiet, vt Dauid ꝓbra Semei trã quillo ſuſtinuit corde. Rurſum qui hac euãgelica paupertate diues eſt, habet equidem vnde lugeat. Riſus enim ex admiratione originẽ accipit. At vero qui vniuerſa negligit, non habet cur viſilia admiretur, neque cur rideat: imò habet, vnde doleat, quippe videt mortales magni pende re: quæ ipſe veravtens trutina terũcij facit. Habet rurſum, vnde eſuriat, & ſitiat iuſtitiam, quippe quẽ terrena bona non ſatiãt, imo contemptui ſunt: quid ſupereſt niſi, vt alia præſtantiora ſitiat bona? Habent etiã, vnde ſint miſericordes pauperes. Nãque ſi Chriſti amore ſua reliquerũt vtiq;, non profuderunt illa inaniter prodigentes ſed Chriſti pauperibus ſanctè erogauerũt. Ad hæc iſta paupertas eſt, vñ eximia mundities humano conciliatur cordi, qñ quidẽ affectus terreni quid aliud quã ſordes ſunt mentis humanæ? Cæterùm qui ſe & ſua, contẽnit propter Chriſtũ nõ habet vnde coinquinetur. Habet præter hæc vnde ſit pacifica hæc paupertas: ſiquidem qui ſua liberaliter alijs donat, de alienis non obiurgabit bonis. Iam vero paupertas hæc (quippe quę deſpicatur viſilia vniuerſa) bellum atrox illis indixit, vt hoſtibus capitalibus ſuis. Quare paratã eſſe oportebit, vt hoſtiles diuexationes & perſequutiones, & maledictiones æquiſsimo perferat animo. Obſeruas ne, vt ab illa euãgelicæ paupertatis radice, cæteræ euangelicæ perfectiões veluti rami ex trũco deriuant? Abſolui igit̃ (ſi nõ fallor) id quod hæſitabat, cur altiſsimæ quã diximus paupertatis prima eſt oĩm beatitudo. ¶Sub hæc aũt opus facto erit, vt ad cæteras quoq; euãgelicas btĩtudines manũ admoueamus. Beati, ait, mites, qm̃ ipſi poſsidebũt terrã. Atqui beatitudo hęc iraſcibilẽ partẽ infrę nat: vt prior concupiſcibilẽ componebat. Iraſci porrò nõnunquã in vitio eſt vt q ci

ira

Pſal. 11. Pſalm. 2. Pſalm. 31. Pſal. 126.

2. Reg. 16. 3. Regũ. 2.

A primabea titudine cæteræ deriuãtur.

Cur beatitudinum paupertas euangelica primum obtineat locum.

Paupertas euangelica contemptus ſui & ſuorũ ꝓpter chriſtum.

Secũda beatitudo.

Mititas euã gelica quæ cõponit ira ſcibilem, vt paupertas concupiſcibilem.

tra cauſam, & temerè iraſcitur. At iraſci nonnunquam virtutis eſt. Nam incãdeſcere in malefactores (vt oportet) laudis eſt: vt quondam Elias in ſacrilegos illos ſacerdotes Baal incanduit, & dominus in ſacri templi profanatores iratus eſt: vt nos affatim expoſuimus in declamatione de ſanctis doctoribus. At contra offenſores, & aduerſarios, nõ ſolum non iraſci, quinetiã beneficia illis præſtare: & pro illis Deo preces fundere, vi reſipiſcãt à diaboli laqueis, iſtud ſanè heroicum eſt. Id quod dominus monebat dicens, Orate pro perſequẽtibus vos: benefacite ijs, qui oderunt vos &c. Nam tametſi diligere inimicos præcepti ſit quantum ad generalia dilectionis argumenta (nã qui illos à generalibus precibus excluderet, delinqueret: itemq; qui non habet animum paratum inimico ſub uenire, ſi illum grauiter fame laborare ad uerteret, charitatem fraternam violaret) verum ſpeciales Deo porrigere preces in inimicorum fauorem, illisq; blanda verba atque opera oſtendere, vt à diuina offenſa deſiſtant, iſtud heroicum eſſe ne dubita. Id quod præſtitit dominus in cruce pendẽs pro tranſgreſſoribus patrem rogans, Pater, dicẽs, ignoſce ijs, quia neſciũt quid faciunt. Etenim ex maximis non irritari offenſis ſupra hominẽ eſt. Hæc perfectio igitur eſt beatitudo. Beati mites, quoniã poſſidebunt terram. In virtute igitur mãſuetudinis, quæ hominibus eſt familiaris ſtudioſis, nõ eſt beatitudo locata, at in huius virtutis abſoluta perfectione. Dixit nanque Ariſto. virtutes imperfectas, non eſſe honore proſequẽdas, ſed pfectas. Porrò ait quiſpiam, Cur ſupremum illumque diuinum mãſuetudinis gradum dominus terrenorum coronat poſſeſsione? dicit enim, Quoniam ipſi poſſidebunt terram: diuina nanque quæ in hominibus fulgent virtutum opera indignum eſt quod, terrenis præmientur. At verò neutiquam putãdum terrenam poſſeſsionem manſuetudinis huius heroicæ eſſe mercedem. Abſit enim, vt credamus Chriſtum ſuos terre-

Inimici ex præcepto ſunt diligendi quomodo.

Matth. 5.

Matth. 27.

Notanda quæſtio.

nis iſtis, & fluxibilibus, coronare beatos. Poſſeſsio nanque terræ, etiam immitibus & trucibus ſæpè confertur. Eſt autem aptiſsima quædam cõgruentia, vt mitibus hominibus principatus terreni conferantur. Quandoquidem qui ex minimis ira feruent, vt ſunt admodum bilioſi, inepti ſunt, qui gubernacula rerum publicarum adminiſtrent. Nam iracũdo feruori ſi poteſtatem ſociaueris tyrannũ habebis. Gerendis autem publicis gubernaculis apti ſunt homines mites, vt æquo animo infirmorum ferant quando ratio exegerit, animoſitatem, & inſolentiam. Vt Moſes ille Hebraici populi princeps erat mãſuetiſsimus hominum, qui erant ſuper terrã: qui ad pedes domini prouolutus delinquentibus veniam impetrat, illorumque iniurias pluſquam humano pertulit animo. Et Dauid rurſum eiuſdem populi regiam tenẽs adminiſtrationem mititate excelluit: cuius manſuetudinem oracula hymnica celebrant in hac verba, Memento domine Dauid & omnis manſuetudinis eius. Beati ergo ſunt mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Quid eſt poſſidebunt terram? hoc eſt iure optimo, illis congruit terrenus principatus. Nam ſedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Eccleſiaſtici. 10. Vnde ſuperbas Phariſæorum cathedras, atque tumentia ſupercilia deiecit Deus, & mites apoſtolos ſedere fecit pro eis. Et ipſe Chriſtus mititatis ſuæ nos amat eſſe diſcipulos. Diſcite ait à me, quia mitis ſum & humilis corde. Eſt porrò mãſuetudo quædã, quam euangelica in ſuis diſcipulis exigit doctrina, imò quã omnes Magiſtri in ſuis diſcipulis exoptãt. Oportet enim addiſcẽtẽ credere. Quã mãſuetudinẽ Iacobus cõmemorat, Suſcipite, dicens, in mãſuetudine inſitũ verbũ. Et pſalmus eandẽ cõmonefecit. Docebit, inquit, mites vias ſuas, Pſalmo. 24. At verò hæc manſuetudo nõ eſt huius inſtituti, ſed illa, quam egregius Chriſti protomartyr Stephanus exercuit: lapidibus ſiquidem obruebatur, & pro lapidan-

Mites apti ad gubernacula.

Numc. 12.

Exodi. 34.

Pſal. 131.

Soluit quæſtio mota.

Matth. 11.

Doctrinæ exigunt diſcipulos mãſuetos.

Iacobi. 1.

Acto. 7. pidantibus Chriſtum precabatur. Ne ſtatuas, ait, illis hoc peccatũ. Porrò ſunt, qui ſimulant ex arte manſuetudinem, vt hypocritę, at quanlibet ſe ſe mites gerant, cæterùm quia ſub ouilibus aut agninis pellibus lupinam condunt rapacitatẽ, non hos manſuetos recipit dominus, ſed illos tantum, qui ex corde mites ſunt, qui miteſcũt ſcilicet ob Dei gloriam, non propter mũdi fauores. Iſti enim ſunt, qui Pauli hærentes verbis non ſe defendunt, ſed dant locũ iræ, ſummo ſtudio affectantes non vi vim repellere (quod iuris naturalis eſt) ſed precibus, & beneficijs (quod gratiæ diuinæ eſt) importunorũ hominum liquare corda. vt Paulus. 2. ad Corinthios. 2. feciſſe ſe teſtatur. Scripſi, ait, vobis per multas lachrymas. Habes iam quales mites beatificat Chriſtus: quibusque congruit, vt res publicas gerant. terrenaque dominia poſſideant. Sunt demum, qui interpretentur mites terrã poſſeſſuros, id eſt, ſe ipſos, qui ſunt ex terra compacti. Nam immites & iracundi non ſunt ſui compotes, neque ſui iuris, quando furore aguntur. Ego vero dixerim ſi tropologiæ hæc expoſitio datur ferenda eſt: at litera euangelica, non hunc ſenſum amat. Nanque hæc manſuetudo etiam philoſophica eſt, verum euangelicã heroicamque differimus modo mãſuetudinẽ, quæ longè eſt preclarior quam philoſophica manſuetudo, vt iam præſcripſimus. ¶ Eſt porrò tertia beatitudo, eorum, qui lugent. Docet enim Chriſtus, Beatos lugentes eſſe qm ipſi conſolabũtur. Eſt luctus ſanè quidã ad vitã parandam æternã neceſſarius, videlicet peccata admiſſa deflere, vt Petrus fleuit, & Magdalena fleuit. Verum hic, quem dominus beatificat luctus, ſublimior quidam luctus eſt. Nã luctus hic ille eſt, quem incola ille obtinebat dicens, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt habitaui cum habitantibus Cedar: multũ incola fuit anima mea. Non erat luctus hic dolentis peccata, ſed mœrentis, quod moroſa duceret exilia. At qualia ſunt hæc exilia ô Dauid? Celſitudine præſtas regia: inter tuos contribules agis, & moroſa tua exilia luges? Nempe non terrena lugebat exilia, non hæc dolebat, non ob hæc angebatur: ſed cœleſtia illa anhelabat regna: beatam ſanctorũ ſuſpirabat patriam. Legimus enim in libro iudicum, capit. 15. Axam aſino inſidentem ſuſpiraſſe, atque vehementer ingemuiſſe: quod illi arens terra, & non irrigua obtigiſſet in ſortem. Hęc quoque ſunt ſuſpiria ſanctorũ, qui corporibus ſuis inſident, veluti iumentis quibuſdam. At dolent, quod aridam dum inſident iumentis iſtis obtineant terram. Quippe nondum torrente æterno diuinæ voluptatis potant: atſi quæ interim illis diuina donatur dulcedo, guttatim inſtillatur. Audi Paulum aſino ſuo huic inſidẽtem, & obſerua quid promat, promit ſanè ſe eſſe cupidũ diſſolui, vt eſſe cum Chriſto illi contingat. Propterea igitur lugent ſancti, vt velox proprij ſit taber uaculi terreſtris diſſolutio: lugent, vt cita ſit terrenæ molis, qua premuntur, depoſitio, & vt prõpta ſit ab ergaſtulo corporali quo grauantur emancipatio. Et quanquã gemant terram arentem, irriguum tamen datur ſuperius, interim & inferius, & præclarius, quam Axæ extitit conceſſum. Porrò irriguum ſuperius ſe profitebatur adeptum ille, qui aiebat, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus. Et rurſum vnam petij à domino, hãc requiram, vt habitem in domo domini. Is ipſe & irriguo donatus eſt inferiore. Vidi, ait, præuaricantes, & tabeſcebã & rurſum defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Quam ob rem iſtos lugentes dixerim verè eſſe beatos, quorum conuerſatio eſt in cœlis. Nam præpeti volatu ad æthereas volare ſedes ſatagunt: id quod cum nõ obtineant pro votis, modo gemunt ſuum incolatum. At conſolabuntur planè, nõ ſolum æterna illa, quam tam anxiè affectant conſolatione: quinetiã tantiſperdum hanc tranſigunt vitam, eximijs & incredibilibus donantur cõſolatiõibus.

Ficta mãſuetudo hypocritarum. Pſal. 146.

Roma. 12.

2. Theſſ. 3.

Tertia beatitudo.

Lucæ. 7. Marci. 5. Matth. 27. Lucæ. 23. Pſal. 119.

Sanctorum luctus atque ſuſpiria qualia.

Pſalm. 35.

2. Corin. 5. Philippẽ. 1. 2. Petri. 1.

Pſalm. 41.

Pſalm. 26.

Pſal. 118.

Phillipp. 3.

2. Corint. 1.

Luctus

Luctus igitur iſti non ſunt vulgata pœnitentium, ſed Sanctorum ſunt lamenta. Qui luctus heroici ſunt, & ſupra familiarem fidelibus pœnitentiam.

¶Eſt autem quarta, quæ ſequitur beatitudo, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Eſt porrò ſitire iuſtitiam Dei, & fameſcere, id quod Dominus precandum nobis iniunxit. Fiat, inquit, voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Etenim qui hoc amant, & deſiderant flammantibus affectibus, quod dominica hac petitione comprehenditur: iſti demum ſunt, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Nulla nanque alia potior iuſtitia eſt, quam diuina voluntas: quam qui ſummè auet, vt fiat in cunctis, hic eſurie hac & ſiti beatis premitur. Nanque non æquè vſurpant ſacratæ Muſæ iuſtitiæ vocem, atque philoſophi. Iſti enim iuſtitiam tradiderunt eſſe virtutem, qua iuſti ſumus, & iuſta operamur, quam totam occupant in commercijs iuſtè exercendis, aut præmiandis virtutibus, aut vitijs plectendis. At euangelica iuſtitia eſt ea quæ abſoluerit euangelica, ita præcepta vt conſilia. Vocitat tamen Ariſoteles iuſtitiam quãdam legitimam, quam generalem cenſuit eſſe. Et illa eſt, quæ operi mandat, quidquid legibus comprehenſum eſt. Nos quoque hanc iuſtitiam euangelicam appellamus, quæ euangelio comprehenſa explere cupit. Porrò hac eſurie hacque ſiti ille torquebatur, qui aiebat, Cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas. Et rurſum, Quomodo dilexi legem tuam domine? tota die meditatio mea eſt. Præter hæc, hanc eſuriem Paulus monuit, Siue comedatis, ait, ſiue bibatis, omnia in gloriam Dei facite. Hæc iuſtitia non ſolum neceſſaria præcepta diuinæ legis amplectitur: quinimo, vt dicere cœpi & conſilia. Nam horum exequutio hominem reddit apud Deum gratiorem. Et quò quis Deo gratior eſt, eò iuſtior. Quod ergo, ait Dominus, beati qui eſuriunt, &c. perinde eſt atque ſi dixiſſet, Beati ij ſunt, qui non contenti quolibet vulgari amore Dei ad flammantiſsimã æſtuant charitatẽ Dei obtinendã, & quotidie edentes diuinum panem quotidie eſuriunt, vt vberius ſatientur. Ipſa nanque Dei charitas ipſa eſt hæc iuſtitia. Huiuſque in dies noua deſiderare incrementa, euangelica ſitis atque eſuries eſt. Charitas autem iuſtorum dum in hoc exilio agit, nunquam dicit ſufficit. Eſt nanque voracis ignis inſtar, qui quò vehemẽtius alitur lignis, eò ſe vegetiorem prodit. Extinguitur autem ſi pabulum illi non ſubminiſtratur, alioqui in infinitum creſceret, ſi materia illi perpetuo adminiſtraretur. Charitas itidem, quæ velut quidam myſticus ignis eſt, ſi meritis continuis foueatur, augeſcet in dies. Quibus tamen ſubmotis tepeſcit, vt tandem accedente crimine extinguatur. Ipſius nanque eſt natura hæc, aut vt iugiter proficiat, aut vt deficiat. Quam ob rem dum hîc viuitur, nemo ad tantas charitatis flammas promoueri poterit, quibus nouas addere nequeat. Hoc nanque beatorum eſt, quorum non eſt iam proficere: quippe qui iam beata pace fruuntur. Viatores verò illud audiant, viatoribus proprium verbum, cum conſummauerit homo, tunc incipiet. Et meminerint quendam Apocalypſis tertio. commemoraſſe Ioannem. Dicis, ait, Diues ſum, & nullius egeo, & ignoras, quod pauper es & cæcus. Tales erunt, qui iam apicem charitatis chriſtianæ arbitrantur ſe aſſequutos. Cæci ſanè ſunt iſti, & miſerabiles. Obliuioni rurſum tradiderunt: id quod Dominus iuſsit non ſegniter recolendum. Cum feceritis, ait, omnia quæ præcipio vobis dicite ſerui inutiles ſumus. Quantalibet ergo ſanctitate polleãt viatores, adhuc eſt locus charitatis profectibus, quæ paulatim ſuccreſcit, donec aucta diteſcat in vitam æternam: vbi profectus eius penitus ſiſtetur: quia vbi ceciderit lignum, illic permanebit. Sed ait quiſpiam, Hæc eſuries, atque ſitis, communis eſt Chriſtiano populo, nihilque ſubinde heroicum habebit.

Quarta beatitudo.

Matth.6.

Iuſtitia quid velit in ſcriptura.

5.Ethi.cap. 1.&.2.

Iuſtitia alij gũralis alia particularis.

Pſalm. 118

1.Corí.10.

Qui deo magis grat⁹ eſt quoque iuſtior.

Prouer. 30.

2.de anima. text.ca.41.

Viæ charitas augeri poteſt in infinitum. Sapien. 9. Eccle. 18.

Lucæ.16.

Geneſ.16. Eccle.11.

bebit. Nam quotus quiſque fidelium eſt, qui iſtud non optet ſummis votis ſe gratiorem, & chariorem eſſe Deo ? Id quod eſurire iuſtitiam eſſe dudum commemoratum eſt: & hoc ipſum meminit Auguſtinus in libro de ſermone domini in mõte. At verò, aliud eſt ſegniter deſiderare, aliud eſt feruenter affectare, imò vehementiſsimè cupere. Oẽs ſanè deſiderãt fideles diuinã habere iuſtitiã: modo noĩe tenus fideles nõ ſint. At verò rariſsimi ſunt qui hanc iuſtitiam ardentiſsimè exoptẽt. Quam ob rem diuus Hierony. ſcitè dixit nõ ſatis eſt velle iuſtitiã, ſed illam fameſcere oportet. Et quidvtimur teſtibus in re aperta non neceſſarijs, ipſe Chr̃s beatos dixit eſuriẽtes, & ſitientes iuſtitiã. Atqui ſitire & fameſcere cibi, & potus acris eſt, & nõ tepida appetentia. ¶ Quintum tenent miſericordes beatitudinis ordinem. Beatiait, miſericordes: qm̃ ipſi mĩam conſequẽtur. Eſt autem mĩa virtus, quæ pauperũ leuat miſerias. Hæc autem vt ſit heroica virtus, & beato ornetur à Chr̃o epitheto, nõ vulgaris erit mĩa, & quæ in quouis extet angulo: ſed alia præeminentior eſt quærẽda, quæ rara ſit, & eximiæ ſingularitatis. Rari autẽ ſunt, qui ita ſua ſtudia curãdis & prouidendis pauperum & egenorũ miſeriĳs mancipauerũt, vt ille illis ſit vnus vitæ ſcopus, vna ſit hæc animi intẽtio pauperibus prouidere & in hãc totus anhelet affectus, & huic curãdæ rei oĩs inuigilet animi cura. Vt iam ſanctorũ quorũdã memoria extat, ad hanc ſe geſsiſſe formã: ad quã præſcripſimus: vt Ioãnes eleemoſynarius, q̃ ob ſingularem erga Chriſti pauperes affectũ, eleemoſynarij ꝓmeruit illuſtre cognomen. Et Gregorius ille verè magnus, non reficiebat corpus materialibus alimẽtis, niſi primũ Chriſti pauperes (quos in catalogo deſcriptos habebat) pabulo refice ret congruenti. Et quis non ſtupet Martini Turonenſis epiſcopi, eleemoſynã, qui mediam clamydem militarem ſcindens, pauperi tegendo conceſsit. Fuerũt & alij qui inſigni hac miſericordia fulſerũt quos cõmemorare in præſentia opus facto non eſt. Hæ ſunt igitur heroicæ miſericordię, iſti & his ſimiles beatitudinis inſigniũtur nomine. Nam qui pauperi miſeretur Domino fœneratur, qui autem tam eximiè pauperes amat, quam diximus, non ſolum fœneratur, vt pro paruis accipiat magna: quinetiam in albo beatorum adhucvitam degens mortalem recenſetur. Si enim calix aquæ frigidæ, quæ nullius ſumptus eſt, mercedem habet æternam, quidquod anxia hæc pauperum cura iam in præſentia beata ſit? Deus enim qui dives eſt in miſericordia gratũ habet, ſi miſericordes ipſi quoque ſimus: multòq́ue vehementius amat ſi eximiè miſericordes ſimus, quales ſuntiſti quos Matthæus denarrauit, Beatos dicens miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequẽtur. Quaſi dixerit, Beati diuites in miſericordia, quoniam ipſi diuitem miſericordiam conſequentur. At occines mihi quid ſi beati ſunt, miſericordia nihil opus habent? nam miſericordia miſeriæ alienæ releuatio eſt: at verò qui beatus eſt miſer non eſt. Cæterùm ſuperius admonuimus beatos quidem eſſe, non vt arbitremur illos iam prẽmia ſanctorum comprehendiſſe. Etenim Paulus non hoc arbitrabatur: quippe ad propoſita æternitatis currebat, vt adipiſceretur brauia: quanquã pauperum ſummam geſſit curam, & hac beatitudine miſericordiũ ipſe cum cæteris apoſtolis mortaliter viuens adeptus eſt. Sunt planè beati miſericordes, non vt comprehenſores: nanq; in ſtadio adhuc currunt, & in agone decertant cum vitijs & concupiſcentijs, ſiue ſpiritu pauperes ſint, ſiue mites, ſiue miſericordes. Quandoquidẽ etiam ſi heroicis potiantur virtutũ gradibus cæterũ in multis delinquimus omnes. Nam Paulus, qui tertiũ verſarat cœlũ clamat, Infœlix ego homo, q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Et rurſum, Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ &c. Beati ꝓfecto ſunt, at labi poſſunt: ideoq́; miſericordiã conſequent̃, ne labantur, in mortali vita &, vt ſtabilian

tur tan-

Quinta beatitudo.

Quid ſit miſericordia quæ beatitudinis nomẽ clatione obtinet.

Prouer. 19.

Matth. 10.

Epheſi. 2. Roma. 10.

Matth. 5.

1. Corin. 9. Philippẽ. 3.

1. Cor. 12. Roma. 7.

tur tandem in æterna. Neque coarctandã putes miſericordiam modo, vt corporalẽ ſolum duxerit Lucas beatos facere, cũ tantò beatior ſpiritualis ſit miſericordia (quæ animi fratris miſerias leuat) quanto præclarior corpore, animus eſt. Vnde nõ habent cur expoſtulent cum Chro pauperes, quod huius beatitudinis ſint aſymboli: quippe qui vnde pauperes alios alãt deſiderant: nãque ſi deſiderant vnde pauperes alant: at vnde ſpirituales porrigant eleemoſynas ad manum habent, nempe vel conſulendo, vel pro fratribus orando. Verè beati miſericordes, qui de ſpinis colligunt vuas & de tribulis ficus. An non ipſa veritas diuitias ſpinas eſſe docuit? Qui ergo illas egenorum vſibus largiter confert, nõne de ſpinis colligit vuas? Quippe de tẽporalibus diuitijs ſibi parat æternas. Iſti enim ſunt q inſtar Dauidis de torrẽte lapides limpidiſsimos colligunt, quibus Goliath Philiſtæum proſternũt. Etenim de ſeculi fluxibilibus (inſtar torrentis) bonis, pauperes Chriſti amore alere, quid aliud eſt quam lapides puros in Satanam iacere? Nihil enim tam aduerſatẽ tenebrarum principi quam eleemoſyna. Diabolus enim trux eſt, violentus, atque crudelis. Idcirco miſericordes oppidò ſunt illi infenſiſsimi. Cõtra vero Chriſto ſunt gratiſsimi quia Chriſtus propiciatio eſt non ſolum pro peccatis noſtris, ſed etiam totius mundi: oportet autẽ eleemoſynas puras eſſe, vt Saranam feriant. Nam qui ſubſtantiam ſuam omnem vſibus pauperum contulerit, ſi charitatem non habuerit nihil illi, vt Chriſto fruatur ęternò proderit. 1. ad Corin. 13. Ad hæc ſolent medici, & pharmacopæi venena in pharmaca temperare, nãque viperinas carnes, in trochiſcos quoſdam conflant: vnde theriacalia medicamenta ornant. Inſtar quorum miſericordes ſunt, qui venena in antidotum vertunt. Eſt autem venenum mammona iniquitatis, vnde nihilominus parant ſibi ſaluberrimum antidotum, recolunt enim dominica iuſſa, Facite, ait, vobis amicos de mãmona iniquitatis, ideſt de iniquis lucris. Diuitiæ nanque quippe homines ad iniqua frequenter adigunt, non immerito iniquum ſunt mammona. Non enim facilè eſt, neque promptum eſt qui diuitijs ſtudẽt innoxios ſe ſeruare: vt de cauponibus proditum eſt. Eccle. 27. & de reliquis diuitias amantibus euãgelica oracula meminere. Nanq; qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et quemadmodum agricolæ ſtercora animalium diligenter ſeruant, terræ impinguandæ, teneriſque plantulis fouendis, reclamante tamen Heſiodo. Nã terræ fructus ſtercoribus fotos non admodum ſalubres eſſe duxit, quia nonnihil extranei caloris ab ſtercore ſibi conciliant, qui humanæ ſaluti pernicioſus eſt. Agricolis tamen differendum miſſum facio. Sat ſit dixiſſe miſericordes facultates terrenas cum Paulo veluti ſtercora reputare, quæ ſi interim ſeruant, non auara vtiq; mente: ſed eò ſeruant quò ſuo tempore Chri plãtas, id eſt pauperes foueant. Porrò autem obſeruãdum eſt, ne hæc quę diximus ſtercora ſibi & non Deo theſaurizent, qđ auarorum eſt. Nanque huiuſmodi homines, lapidabuntur de ſtercoribus iſtis. Nanque ſapiens, De ſtercoribus boum lapidãdum eſſe pigrum meminit. Sunt ſiquidem boues miſericordes iſti, quos dominus beat. Alunt nanque eleemoſynis ſuis pauperes Ieſu Chriſti: nanque omnes operas ſuas huic ſtudio fouendorum pauperum vnicè dicauerunt. Sunt autem lapidandi ex ſtercoribus horum boum auari, qui pro craſtinantes, manum ſuam cõtrahunt ſub aſellis, ne pauperibus ſubueniant. At verò ſtercora boum obijcientur in die iudicij contra ſomnolentos auaros. Nam diuitiæ ſanctorum, pauperibus erogatæ, pudefacient iniquos auaros, qui malluerunt putida ſibi conſeruare ſtercora, quam ad domini fouendam conuehere vineam. Neque tamen putes negotia miſericordiæ iã te abſoluiſſe, ſi pauperes alueris. Nã quid ſi alis, cæterùm illorum iniurias potens repellere non repellis? Miſericordes enim illi ſunt

Matth. 7. Matth. 13.

1. Reg. 17.

Eleemoſynæ lapides ſunt Satanã proſternentes.

Eleemoſinã oportet eſſe puram.

Notandacõ paratio.

Lucæ. 16. Matth. 6.

Eccle. 26. Prouerb. 20 Eccle. 37.

Philippẽ. 3.

Eccle. 22.

Prouer. 26.

Diuitię ſunt tanquã ſtercora.

Miſericordes q beati.

li ſunt beati, qui pro ſuo penſo fratrum miſerias omnes vel propulſare, vel abigere ſatagunt, ſiue eæ miſeriæ corporis, ſiue animæ ſint. Vide quid aiebat miſericors ille; 2. Cor. 11. Quis ſcandalizatur, & ego non vror? quis infirmatur & ego non infirmor? Fratrum enim miſerias ſuas reputabat eſſe Paulus: quare fratrum ſcandala atq; offendicula ſua eſſe ducebat. Et fraternum morbũ ſuũ eſſe clamat, ideſt aduerſa quæ patiebãtur fideles, non aliena putat, ſed ſe eadem pati docebat. Tãtus erat in Paulo amoris diuini æſtus! Aſpice mihi ſi nõ credis quod 2. Cor. 12. Rom. 12. Phil. 1. Coloſ. 2. ait, Vtinã, impẽdar, & ſuper impẽdar pro vobis. Nouerat enim hic miſericors, gaudere cũ gaudentibus, & flere cũ flẽtibus. Gaudebat ordinem fratrum ſuorũ in fide & charitate inuiolatum eſſe aduertẽs: violatum autem cernens flebat. An nõ vel iure iurando, hunc miſericordem beatũ eſſe firmabis? Ad hæc quoq;, non illos miſericordes ęſtimes, qui amicis pauperibus aut conſanguineis bona expendunt ſua, & inimicos & extraneos eleemoſynæ ſolatio ꝺ ſtituunt. Illud ſanè rectũ eſt, vt de Tobia Tob. 2. ſcriptura teſtatur, contribulibus ſuis miſericordem extitiſſe: cæterũ hoc neceſſariũ opus eſt. Nanq; amicis & conſanguineis ſubuenire nihil habet heroicum, quippe quod etiã iumẽtis eſt familiare, ſibi ſocialia amare iumẽta, ſobolẽq; nutrire ſuam. Matth. 5. Quare Dñs, Si diligitis, inqt, eos, qui vos diligunt, quã mercedẽ habebitis? Inimicis autem beneficos nos præſtare, illorumq; calamitatibus adeſſe, iſtud eſt, quod miſeQuæ miſericordia donatur beatitudine. ricordiæ apicẽ obtinet. Hanc igitur, qui à ſe ablegat miſericordiã, in numero beatorũ horũqui ex euãgelio miſericordes ſunt neutiquã eſt referẽꝺ, neq; miſericordiã cõſequetur ab illo, qui oĩa diligit, & nihil Sapi. 11. odit eorũ, quæ fecit. Pauperibus igitur extrema ꝺpreſsis inopia ſubuenire præcepti diuini eſt. Paſcẽdus nãq; eſt pauper fameEleemoſyna quæ eſt in præcepto licus quod, ſi nõ paueris, occides. At vero nõ ſolũ extremis ſed grauiſsimis etiã alijs calamitatibus fratrũ adeſſe diuini præcepti quãtũ ego arbitror etiã eſt. At vero inopũ indigẽtijs ſe totũ mãcipare releuandis, beatitudinis eſt: vt qui Xenodochijs fideliũ Chri amore ſuas, quoad vixerint ſacrãt operas, vt pauperibus præſto ſint: & qui redimere curant captiuos fideles non cõducti terrena, ſed mercede cœleſti, hos miſericordes dicito beatos. Tanto nanq; præclarior, atq; diuinior miſericordia eſt, quã to pluribus eſt proficua. At vero neq; miſericordiũ beatitudine hac fruentur, qui a Miſericordes ad nos oportet eſſe antequã ad alios. Eccle. 30. lijs ſemetipſos miſericordes exhibent: ſibi verò ſunt crudeles: quippequi ſibi metipſis nõ miſerentur. Nã etſi miſericordia ad alios effundatur, verũ diſpenſante ſcriptura, atq; illud monẽte, Miſerere animę tuæ placẽs Deo, hoc in primis curandũ, ne qui erga pauperes viſcera miſericordiæ referant, ſibi claudant, & qui alijs ſe amicos pſtant, ne ipſi ſibi ſint hoſtes, crimina ſcilicet amantes. Et tãdẽ, vt rẽ hãc cũ Salomonico oraculo abſoluamus, qui deſpicit proximũ peccat: qui autẽ miſeretur pauperis beatus erit. Aduertis ne, quã concinni ſint Prouẽr. 14. verus Salomõ Chrs, qui miſericordes beatos vocat, & typicus ille Salomõ, qui hoc ipſum præſenſerat dicẽs, Qui pauperis miſeretur beatus erit? Sanè beatus erit ąa miſericordiã cõſequetur in tẽpore opportuno. Iã vero illos quoq; beatos duxit Chrs, Sexta beatitudo. qui ſunt mũdi corde. Beati, ait, mũdicorde qm ipſi Ꝺeũ videbũt. Sũt ſanè mũdi fideles oẽs ij, qui Deo grati ſunt: & neceſſaria mũdities hæc oĩbus, ſe gratos Deo exhibere cõtẽdẽtibus. At hæc mũdities, ąa nõ ſingularis eſt, quippe vitæ aſſequẽdæ ĩ primis eſt neceſſaria, apoſtolico docẽte teſtimonio, Pacẽ cũ oĩbus ſequimini, & ſanctiHeb. 12. moniã, ſine qua nemo videbit Deũ: ideo nõ eſt hæc, quæ illuſtri beatitudinis donatur mõ cognomẽto. Eſt porrò alia multo ſublimior mũdities, quæ nõ oĩbꝰ Deo charis adeſt, ſed pauciſsimis contingit, quos Deus in chariſsimos ſibi ſelegit. Iſti ſunt, ą 1. Cor. 9. 1. Cor. 6. & 10. ab oĩbus ſe abſtinẽt, vt ad immarceſcibiles cõuolẽt coronas: iſti ſunt, qui cũ Paulo à licitis, nõ tñ ſibi expediẽtibus, nedũ ab illici Eccle. 13. tis, cauẽt. Aduertũt enim quod ſapiẽs ille

memoratur, Qui tetigerit picē inquinabi tur abea. Quam obrē abſtractiſsimas (quā tum humana portio virium donat) mētes gerunt & à ſecularibus negotijs, & ab humanis tumultibus ſemotas habent, Adhęc inter eos, quos dignos duxit Dauid vt aſcē derent in montem Dñi iſti recenſentur.

Pſal. 23: Quærit enim, Quis aſcendet in montem Dñi? & ſibi reſpōdens, Innocens, ait, manibus, & mūdo corde. Nihil nāq; referebat innoxias ſeruare manus, niſi cordis ſancti

Ioan. 13. & 21. monia accederet. Iſti ſunt, qui cum Ioāne in pectore Dñi recumbunt: iſti ſunt quaſi aquilæ grandes, quæ perſpicaciſsimę ſunt.

Iob. 39. Quippe in corporibus defixi terrenis cœleſtia contemplantur. Aquila rurſum non

Iob. 39. capit muſcas, neq; in viliſsimas quaſq; intendit prædas: at in arduis ponit nidū ſuū: vt inde nobilem contempletur eſcam. Ta

Mundagerē tes corda ſunt vt aquilæ. les ſunt mundi cordes, qui non terrena lucella, aut delicias tranſitorias, aut fallaces voluptates, quæ ſunt inſtar volitātium muſcarum quæritant: imo ab omnibus iſtis ſe ſubducūt, vt Deo tenacius hęreant, & ita ſint corā Deo tori mūdi. Nāq; qui mūdus

Ioan. 13. eſt nō eget alio, quā vt pedes lauet: & erit mudus totus. Iſti enim lotos habēt pedes: nā terrenis nō inficiūtur ſordibus. Et quo quis Deo hæret amore vehementius, eò

1. ad Cor. 2. mūdior euadit. Nā qui adhæret Deo vnus efficitur cum eo. Atqui Deus mūdiſsimus

Pſal. 72. eſt: conficitur igitur vt illi hærentes etiam puri verè ſint. Vnde aiebat ille, Mihi ad hærere Deo bonum eſt. Iſti cum Magda-

Lucæ. 10. Pſal. 84. lena ad pedes Dñi prouoluti audiūt quid loquatur illis Dominus: quoniā illis loquitur pacē ſempiternā. Iſti ſunt, quos duxit Spiritus ſanctus in ſolitudinem vt doceret

Oſeæ. 2. eos ſecreta cœleſtia. Eſt aūt ſolitudo hæc à ſeculi turbulētia abſtractio, & à terrenis

Mundities cordis abſtractionem exigit à ſeculi tumultibus. fluctibus ſubductio. Anima em̄ humana ab iſtis vacās ſtrepitibus mūdanis, Deo vacare facilius poterit. Iſti cū Dauide cōgruè

Pſal. 54. dicēt, Elōgaui fugiens & manſi in ſolitudine. Elōgātur nāq; & fugiunt à terra, vt cœlo propiores & viciniores reddātur. Elongantur à tenebricoſis ſeculi negocijs, vt lucidis ſanctorum commercijs pacatius interſint. Etenim quæ à longe ſpectantur cō fuſaneè, & non acriter cernuntur: at vero quæ propinqua ſunt exactius diſpicienda ſe obijciunt. Cœleſtia autē procul à terre-

Eſai. 55. nis diſtant. Nam ſicut exaltantur cœli à terra, ita viæ diuinę atq; cogitationes à noſtris diſtant. Mundi cordes autem hoc cō tēdūt obnixè cœleſtibus appropinquare & à terrenis elongari, vt acrius, & perſpicacius illa conſiderent, & hæc firmius deſpiciant. Speculum nanq; quo terſius nitet eò exacti⁹ ſibi obiecta reddit. At ſi eſt ſordibus infectum illa referre nequibit, aut

Compara tio aduertē da. ſi retulerit, non ad viuum exprimet. Mēs itidem humana veluti diuinitatis quoddā ſpeculum eſt. Nam ſi creaturas viſibiles

1. Cor. 13. ſpeculum Dei Paulus affirmat eſſe, quid quod, & mens ipſa, quæ imago eſt diuinitatis ſpeculum à me nominetur? Mens igi tur ſi impura eſt diuinos in ſe excipere nequibit fulgores, neque diuinis imbui poterit theorijs. Peccatori enim dixit Deus,

Pſal. 49. Cur tu enarras iuſtitias meas? Cæterum ſi terſa ſit & polita & à ſeculi maculis ſubtracta iam apta eſt, quæ diuinitus irradietur. An non beati ſunt mundo corde, qui hac puritate ſpeculi gaudent modo? Quam obrem aptiſsimi ſunt, qui cœleſtia ſcrutētur myſteria. At ſcio te morabit̄ id quod ego memorabor. Ecquid eſt, quod ait, Ipſi Deum videbunt? Hoc ſanè omnibus

Notāda dubitatio. eſt commune ſanctis præmium: cur ergo mundicordibus in ſpeciale pollicetur? Vtiq;, quia ex profeſsione meriti magis illis conſentit diuina viſio, quam cæteris beatis. Eſt nanque meriti profeſsio ſanctimonia & eximia mundities, cui concinna eſt deitatis viſio: quæ hoc ipſum poſcit. Aut fortaſsis, quia iſti clarius Deum videbunt cæteris. Eſt autem clarius videre, plura in Deo videre. Aut demum quia iſtis adhuc corporea mole onuſtis diuina magis lucent quam cæteris: & inuiſibili modo Deum vident, & ab imaginibus ſenſilibus minus pertur batur horum cognitio, quam aliorum.

Clarius vi dere eſt plu ra videre.

Tametſi

Tametſi ęnigmatica eſt viatorũ omnium quã de diuinis habẽt notitia. Porro ſi non eſt hõ ſup terrã qui nõ peccet & nemo gloriabitur iuſtè ſe mũdum gerere cor: quale igit̃ eſt hoc qđ Dñs ait, Beati mũdo corđ, qm̃ ipſi Deũ videbũt? Vbi nã ſunt mundi iſti? Siq dẽ in angelis ſuis reperit prauitatẽ, quãto magis hi qui habitãt domos luteas At verò aliud eſt naturæ infectio, aliud eſt diuinæ gratiæ ſctificatio, aliud eſt, qđ hõ in ſemetipſo glorieť, ſe mũdũ habere cor, aliud qđ in Deo glorieť. Nã qui gloriatur in Dño glorietur. Gratia ergo Ieſu Chri mẽtes humanas eſt quæ mũdat. Qui ait, Iã vos mũdi eſtis ꝓpter ſermonẽ meũ. At vero minimè inficias ibo interim qđ carnis ergaſtulo Chri famuli aſtricti ſunt, nõ ea poſſe puritate gaudere, qua terrenis exuti cõtagijs gaudebũt. Aufer, dixit ſapiẽs ille, rubiginẽ ab argẽto & egredietur vas puriſsimũ. Eſt ſanè mortalibus cũctis concreta rubigo hęc, qa in multis offendimus oẽs. Hãc aũt rubiginẽ tũc demũ abſterget Deus, qm̃ mortale iſtud, qđ gerimus abſorbebitur. Tũc erũt humanæ mẽtes nõ ſolũ mũdę: imo & mũdiſsimę. Illos igit̃ beatos Chrs vocat, q quoad fieri licet iuxta humanũ captũ puritatẽ, & amãt & ſeruant. Quæ ſanè puritas veris cõtẽplatiuis amica & germaniſsima eſt. De ſtatu aũt cõtẽplationis nos multa in declamatione de aſſumptione Dei ferę virginis Mariæ diſſeruim⁹: propterea in ꝑſentia maiori tractatu ſupſedẽdũ eſſe cẽſeo. Habuit porro eccleſia Ieſu Chri horũ beatorũ immẽſam olim ſyluã. Poſt apoſtolos enim & Dñi diſcipulos, floruerunt Anachoretæ illi veteres patres, atq; cœnobitæ: qui legem Dñi meditabãtur noctu, atq; interdiu: quibus multa diuinitus demõſtrata fuiſſe legim⁹. Equorũ numero fuit Paulus anachoretarũ primus, Arſenius, Antonius & cæteri patres, quorũ vita mũdiſsima & à ſeculi fæcibus excoctiſsima extitit. Propterea q́ue & ſimpidiorẽ diuinitatis intuitũ obtinuerũt, iuxta Dñi verbũ, Beati mũdo corđ: qm̃ ipſi Deũ videbũt. Sũt etiã viri pacifici inhũc beatorũ catalogo aſciti. Beati, ait, pacifici, qm̃ filij Dei vocabũtur. Et merito inſigni hac appellatione à Chro donãtur. Siqdẽ filius vnigenitus æterni patris, ad hoc in mũdũ venit, vt pacẽ cõponeret inter Deũ & homines. Illoq; recẽs nato ex Mariavirgine, hoc angelica voce beati illi ſpũs reſonabãt dulce melos pacẽ precantes hoibus bonæ volũtatis. Quare qui huic ſe addixerũt vnicè ſtudio, vt pacẽ hominũ cũ Deo cõciliare curẽt, tanq̃ ſequeſtres ſunt, atq; mediatores inter Deũ & homines, & ęterni filij munus imitantur. Vñ æquo noie, & filiationis ſibi vẽdicãt nomẽ. Iſti nãq; ſunt imitatores Aaronis illius legalis põtificis, qui ſe mediũ ſtatuẽs thuribulo accẽſo inter viuos & mortuos, flãmas à diuina ira ſuccenſas cõpeſcuit. Et Moſes quoq; huius Pontificis frater pacificus itidẽ extitit. Nã inſtãter precatur Deũ, neq; à precibus ceſſat, donec populo ſibi concredito pacẽ cũ Deo obtineat. Iſtud nãq; eſt prẽlatorũ præclariſsimũ & ſpectatiſsimũ munus, diuinos ex nr̃is piaculis cõcitatos ſedare furores. Nãq; inter tẽplũ & altare plorabũt ſacerdotes dicẽtes, Parce parce Dñe populo tuo. Et ad diuinã obtinẽdã pacem, nihil ſuffugij ſupereſt niſi ad eccleſiæ conuolare proceres. Et Philiſtæi quõdã vlceribus miſerabilibus percuſsi, ad ſuos Satrapas & ſacerdotes cõfugiũt: quorum cõſilio ducti pacẽ à Deo impetrant. Quid quod ad veros ſacerdotes, ad eãdẽ cõciliãdã cũ Chro cõuolãdũ ſit? Porrò autẽ ſunt pacifici qui pacẽ tẽporalẽ curãt. Hocvnũ intẽdẽtes, vt reipublicę ſtatus trãquillus ſit. Et hæc pax haud dubiũ admodũ neceſſaria mortalibus eſt: etqui tãto operi inſudãt laudes promerẽtur eximias. Nanq; ſi factionibus, ſi bellis turbãtur vniuerſa, viuere nõ licebit, & virtutibus clauditur oſtiũ, & vitiorum patet vorago. Vnde irridendi AEgyptij illi, qui Alexãdrũ orbis cruẽtiſsimũ hoſtẽ omnia turbantẽ bellis, & pugnis, filiũ Dei ideſt, Iouis Amonij cognominauerunt. Non enim filiorum Dei eſt gẽtes diſsipare & turbare, ſed potius pacificare. Nã pa-

3. Reg. 8. Pro. 20.

Iob. 4.

1. Cor. 1. & 10.

Ioan. 15.

Puritas mẽtis perfecta nõ adeſt viatoribus.

Pro. 25. Iaco. 2.

1. Cor. 15.

Puritas cordis contemplatiuis germanior eſt.

Pſal. 1.

Anachoretę limpidũ diuinorũ quo ad licuit habuerũt viſũ.

Septima beatitudo.

Pacifici filij Dei ſunt.

Luc. 2.

Deu. 5.

Num. 16.

Exod. 34.

Epiſcoporũ munus eſt pacificare. Ioe. 2.

1. Reg. 5. & 6.

Pax temporalis neceſſaria.

2.Cor.13. cem aiebat Paulus habete, & Deus pacis erit vobiſcũ. Nãq; Deus, Deus pacis eſt. Decet filios Dei igitur nõ cõcitare bella, ſed pacificos eſſe erga oẽs: quantũq; in illorũ arbitrio ſitũ eſt ſedulò pacẽ curabunt & concitata ab iniquitate bella ſedabunt. Sũt nãq; bella, quę ſanè pacificos inire cõgruit, vt ſi Chriana turbaẽ religio: ſi fides catholica ab impijs cõcutitur cui ſedandæ tamẽ, neq; monita ſalutis, neq; pacis oblatio ſufficiunt. Tunc quid ſupereſt niſi manus cũ hoſtibus cõſerere: & illorũ pervicaciam vi retũdere? Pacificus erat Moſes, at hic ſacrilegos legitima animaduerſione puniuit: & hoſtes Dei deiecit. Pacẽ dixit Paulus, habete cũ omnibus hominibus: at ſi fieri põt adiecit, qđ in vobis eſt.

Bella iuſta & iniuſta.

Rom.12. Heb.12. Pacifici igitur eſt nulli offenſionẽ præbere, & offenſiones & ſcãdala eccleſiæ ſub mouere. At vero ſi cõtumacia, & petulantia corruptorũ hominũ excreuerint, illã armis opprimere aut reprimere oportebit, vt eccleſia Ieſu Chri tranquillã vitã agat. 1. ad Timo. 2. Et ſi rẽ libratè expenderis, iſti pacifici etiã bella gerẽtes, ſunt pacifici, & nõ belligeri. Nãq; illorum animus nõ bella committere ſpectat, ſed pacẽ: vt medici cautheria admouẽtes, & ſectiões, humanis corporibus, nõ ſecare amant, aut vrere, ſed ſanitatẽ, quam vt aſſequantur, oĩbus alijs primo tẽtatis fruſtra tñ, remedijs, ad grauiſsima tẽtãda ſeparãt: vt vel ſic tandẽ optatæ ſanitatis ij, quibus medentur ſint cõpotes. Pacificorũ eſt igitur fidẽ Ieſu Chri charitatẽ, deniq; cultũ ſi læſa aſpexerint, aut perturbationibus cõcuſſa, trãquilla, & ſerena reddere, precibus porrectis & diuinis adhibitis ſuadelis, vt pax cõponatur. Vnde Paulus poſteriore ad Cori. 5. poſtq̃ prædixerat, Pro Chro ergo legatione fungimur tanq̃ Deo exhortãte p nos: obſecramus, ſubdit, pro Chro recõciliamini Deo. En tibi pacificorũ munus: qui propterea filij Dei vocabũtur. Nã de Chro filio vero Dei ipſemet Paulus ait, Q̃m qdẽ Deus erat in Chro, mũdũ recõcilians ſibi. Et re vera qui hoc ipſum curæ habẽt ſcilicet Chro, vt Paulus faciebat recõciliare fideles, iuſtè filiorũ Dei appellationẽ Chri autoritate ſibi vẽdicabunt. Nã tametſi electi oẽs filij Dei ſint adoptiui: at iſti huius adoptionis iura peculiari noĩe ad ſe vocãt. Quippe ipſi adminiſtrãt opus illud ſummũ & planè heroicũ, ſcilicet recõciliandi homines Deo. Id quod primum primogenitus Dei filius exercuit: dein apoſtoli vt idẽ exercerẽt munus per orbẽ legãtur. Inter maximos enim pacẽ cõponere, maximorum quoq; eſt. Et quãquã hõ vilis ſatis eſt, qñ peccatis ſordeſcit, at creaturarũ viſi liũ maxima creatura hõ eſt, & præſtãtiſsima: & ad maxima obtinẽda cõditus eſt bona Dei. Quapropter & hominis cũ Deo amicitiæ inire fœdera, nõ cuiuis cõtingit, ſupremũ diuinũq; hoc exhibere opus: ſed pacificorũ eſt quos Deus filios vocat atq; beatos. Quia filiorũ germanũ eſt irã pater nã aduerſus alios ſedare incitatã. Sũt præter hos alij, quos beatos & ęqualibus nominibus vtique appellare voluit Chrs. Beatus ait, qui perſequutionẽ patiũtur propter iuſtitiã: qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Nã qui vitã cõtẽpſerũt propter Chrm tẽporalẽ, vt æterna donẽtur dignũ erit. Circa hanc beatitudinẽ nõ eſt, quod diſtinguas neceſſariũ ab heroico opere, vt in cæteris diſtingui aduertebã. Etenim quod inuoluit operis neceſſarij hæc beatitudo eſt excellẽtis beatitudinis opus. Eſt nãq; operis neceſſarij qñ oportuerit Chri amore ſanguinem fundere: & iſtud præexcelſum eſt op9. Nã pellẽ pro pelle, & cũcta quæ habet homo dabit pro aĩa ſua. Sunt porrò quidã ſanctorũ, qui propter fidei veritatẽ perierũt: ſunt alij, qui nõ perierũt, at vt fidẽ teſtarẽtur rũ & corporis damna tulerũt acerbiſsima, vt Athanaſius, Chryſoſtomus, Hilarius, & ſctõrũ innumeri alij. Alij vero, nõ p fidei incolumitate mortui ſunt: at optãtes vitã immaculatã degere & malignorũ obſiſtere conatibus vſq; ad ſanguinẽ reſtiterũt: vt Dñi pręcurſor, qui Herodi dicebat, Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui: & Thomas Cantuariẽſis archiantiſtes iniuſtis regis

Pacifici bella gerentes non cadũt a munere pacificorum.

Pacificorũ munus.

Pacifici deo recõciliãt fideles.

Pacifici Inter maximos pacis fœdera corant.

Septimabea titudo.

Ioh.2.

Mar.6. Luc.3. Matth.14.

gis exactiõibus remittẽs gladijs impiorũ occubuit. Qui oẽs & cæteri quos referre facto nõ eſt opus ꝓſequutionẽ paſsi ſunt ꝓpter iuſtitiã & laureati ĩ cœlis triũphãt. Idcirco, viuentes hos illuſtri beatitudinis nomẽclatione donauit Chriſs. Nanq; huiuſmodi etiã nũ apud nos agentes beatos dicere poſſes: at nũc vita iã defuncti, regna poſsidẽt cœleſtia. Atqui iuſtitia hęc, euãgelica iuſtitia eſt, quę diuina iuſtitia eſt, vt ſuperior noſter demõſtrauit ſermo. Et ideo qui ob hãc tuẽdã periclitãtur iſti beati ſunt. Nõ enim dixeris Lucretiã illã Romanã fœminã, quę ne cõtoralẽ fædaret torũ, mortis violẽtia paſſa eſt (vt vnũ è multorũ exẽplorũ turba tibi ꝓferã) perſequutionẽ ſuſtinuiſſe propter iuſtitiã. Nõ em euãgelica iuſtitia ſuicidas comẽdat imo reprobat. Et quanq̃ ethnici ſcriptores geſtũ hoc clariſsimo dignũ ornãdũ putent monumento eccleſiaſtici tractatores æterno ſupplicio torqueri Lucretię facinus audax certo æſtimãt. Etem vis illata pudicitiæ, ſi animũ nõ flectit vt impudicitiã velit, vis illata ſanè eſt: at crimẽ nõ eſt. Nã crimẽ nullũ eſt, ſi voluntariũ nõ eſt. Nolẽs igitur qd̃ coacta patiebatur adulteriũ, adulterij macula nõ fœdabatur Lucretia. Et virgo ex vi corrupta virginitatis pręmia nõ perdit. Diſſeruimus ſatis de re hac in quodlibetis nr̃is propterea hæc interim valere iubeo. Quæ tn̄ commemorata ſunt, vt diſcamus, quid nã ſit pati propter iuſtitiã. Hoc enim gratiſsimũ Deo eſt ſi propter Dei cõſcientiã, ſubſtinuerit quiſpiã triſtitias, & moleſtias patiẽs illas iniuſtè. Quæ enim eſt gratia aiebat ille ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? ſed ſi benefaciẽtes patienter ſubſtinetis. 1. Petr. 2. Beatos hos quoq́; veluti cœleſtis magiſtri repetẽs lectionẽ Diuus Iacob⁹ appellat. Beatus, ait, vir, qui ſuffert tẽtationẽ: quia cũ probatus fuerit accipiet coronã vitæ. Et Petrus, Si quid, inquit, patimini propter iuſtitiã beati. Qd̃ ſi rẽ hãc quã verſamus attẽtiuſculè penſitaſti, pauperũ ſpiritu, & corũ qui patiunt perſequutionẽ propter euãgelicã iuſtitiã, eãdẽ cernes eſſe coronã. Etenim de vtriſq́; ait, Ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Et ni fallor, ambo iſti in eodẽ cardine meritorũ vertuntur. Pauperes em ſpũ, diximus eſſe eos qui vniuerſa cõtẽpſerũt viſibilia, ſpũ ſctõ animos illorũ corroborãte, vt cœleſti ſolũ nitãtur ſubſidio, & ab illo ſolũ ſperẽt victũ qui dat eſcã coruis, & pullis coruorũ inuocãtibus eũ. Iſtos ſanè qui ſubſtantiã terrenã, vnde cõmeatũ ſibi parabãt ſpreuerũt, & vitam quoq́; tẽporalẽ ſpreuiſſe, quis nõ cõcedet? Nãq; qui opes aufert, & vitã auferre vulgus nõ ineptè aſſerit. Rurſum & hi, q̃ diuexationibus, & calamitatibus ſe ſubdũt propter fidẽ & Chri legẽ, & omni hora periclitãtur, vitã à filo habere pẽdulã quis nõ videt? Quã obrẽ Paulus propter euãgelij gloriã periclitãs iugiter ſe ſubiacere mortibus cõmemorat. Quare cũ de vita agatur ſiue ſub ſpõtanea paupertate, ſiue ſub plagis & moleſtijs, eadẽ illis ꝓmittitur corona. Ipſorũ, ait, eſt regnũ cœlorũ. Neq́; in animũ induxeris tuũ hãc beatitudinem in Martyres Chri dũtaxat referẽdã: quippe nõ in ſolos martyres, imo in oẽs, vt præ diximus, ꝓducẽda eſt, qui grauia ꝓ Chri amore pertulerũt detrimẽta. Dixerim grauia: nã leuiculas perferre iacturas non eſt qd̃ tãto gradu beatitudinis donetur iſto. Cæterarum nãq; virtutum merita habent æternã mercedẽ: at vero hæc, quæ retulimus ſingularẽ ſortiũtur prærogatiuam. Octaua autẽ quã inclauſula beatitudinum appoſuit Dñs, Beati dicẽs eſtis, cum male dixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduerſum vos, ad ꝓximam de perſequutionibus ferẽdis itidem pertinet. Nã probra & cõuitia ferre falſaq́; teſtimonia tuẽdæ Chrianæ legis gratia acres etiã ſunt vexationes. Hæc igitur poſtrema beatitudo ſeptimę beatitudinis explicatio eſt. Omnes autẽ beati, quos euãgelica denarrat hiſtoria ſunt ſiticuloſi illi, quos nr̃um prothema cõmemorabatur. Omnes ſitiẽtes enim, aiebat, venite ad aquas. An pauperes, mites, lugẽtes, mundi cordes, & alij, quos ꝺnarrauimus ſiticuloſi nõ ſunt aquarum

Iuſtitia euãgelica.

Primi beati & poſtremi in eodẽ vertuntur cardine.

Pſal. 140.

2. Cor. 11.

Vis illata pudicitiæ pudorẽ nõ tollit ſi animus non adſit.

Beatitudo octaua etiã cõgruit non martyribus

Quid pati ꝓ ſequutionẽ propter iuſtitiam.

Opera heroica ſingularẽ habent beatitudinẽ

Iaco. 1.

1. Pe. 3.

Omnes viatores beati ſunt ſiticuloſi poſtremæ beatitudinis.

rum viuētiū illarū, quas inter dilucidādū expoſuimus? Vtiq; ſitiētiſsimi ſunt cœleſtis torrētis. Nā ſi nō ſitirēt vehemētiſsimè neq; altiſsimā amplexarētur paupertē neq; cordis terſiſsimā amaſſent mūditiā, neq; lachrymis vitā tranſigeret vt tranſigūt. Et de alijs itidē dicito. Aquæ nāq; iſtę nō aurū, aut argentum amant, quibus parentur in pretiū: imo cōtēptū auri, & argēti, & deniq; tēporaliū omniū diligūt. Nā ex cōtēptu viſibiliū inuiſibilia emūtur: nō ex illorum affluētia cōparātur propterea Emite, ait, Eſaias abſq; argēto, ſiue ſine pecunia & abſq; vlla cōmutatione. Puto autē has beatitudines, etiā ſi à plęriſq; ſctōrū virtutes ſcribantur eſſe: nō tā virtutes eſſe, q̄ operationes quædā inſignes ex ſpūs ſcti dono fidelibus quibuſdā cōceſſæ. Et ſi rē diſpexeris ſingulas denarra beatitudines & in operationib⁹ oēs has locatas videbis. Et ſi pauperes ſpū nō operationē, imò paupertatis euāgelicę habitū præſeferāt. Cęterū vt prædiximus, pauperies hæc cōtēptus eſt terrenarū opū: at cōtēptus hic actio animi eſt ſpernentis caduca hæc. Philoſophi illa etiā quā ſuſpicati ſunt beatidinē eſſe in optima mētis cōtēplatiuę functione cōſidētē, fecerunt. Rurſum & qui diuexantur propter iuſtitiā nō actum præſeferūt: ſed ſufferrēt iā tyrannidis. At nō ſufferrēt æquo animo, niſi voluiſſent libēter tormētis ſubdi, propter Chrīm. Et quanq̄ beatitudo hæc patiētiæ corona videatur: at ſola patiētia moralis virtus (etiā ſi infuſam illa ſtatueris) nō eſt, quæ tantæ tormentorū moli ferēdæ pares habeat vires. Quæ alioqui ad vulgatiora ferenda mala potens eſt ad rariora ſubeūda tormēta impar eſt. Diximus nāq; has beatitudines in excellentibus fideliū actiōibus repoſitas eſſe. Quas ſanè neque virtutes, theologicæ vt ſunt in vulgato vſu fideliū, neq; cardinales, neque morales aliæ ad tātā celſitudinē attingūt. Nā quære tibi fortitudinē quę illa promat verba, Aſſatum eſt iā verſa, & māduca: nā facultates, quas requiris, manus pauperum in theſauros cœleſtes reportauerūt. Lapidatur rurſum Stephanus, & pro hoſtibus orat: quære tibi vulgatā quādā patientiā & animi cōſtātiam, quæ hoc præſtare ſufficiat. Et demū ſi oīa diſcuſſeris, quę reſtāt alia, mihi fidē dabis. Ad hæc Dīns, diſcipulis iuſsit, Cū autem tradent vos nolite cogitare quid loquamini: dabit enim vobis in illa hora quid loquamini. Nanq; ſi fides aut charitas ſola tāto faſtigio aſſequendo par fuiſſet, vtiq; diſcipuli fideles erāt, quos ſpiritus ſanctus iā in die pentecoſtes illuſtrarat. Cur igitur poſt ſpiritū ſanctū acceptum ſub ipſo euulgandæ Chrīanæ gratię articulo Spiritus paracleti aſsiſtentia apoſtolis promittitur? ſanè quia ipſe articulus poſcebat. Aliud eſt nanq̄; ſi rē domi, aliud ſi in foro egeris, aliud ſi non imminēte capitis iactura loquaris, aliud ſi gladio tibi īpendente ſermonē habueris. Quòd ſi ad enarrandū Chrī euangeliū coram principib⁹ ſeculi noua ſpūs ſcti cooperatio Apoſtolis promittitur, neq; pignora alia iam illis collata atq; ſpiritus eiuſdē chariſmata illis cōceſſa abūdē erant, euangelio euulgādo ſub tyrannide iniquorū, quid quod vt immaniſsimas paterētur mortes? Hoc ēm grauioris negotij eſt, quam diuinū euulgare coram mundi rectoribus verbū. Eſt ſanè mori pro Chro eximiæ charitatis actio, vt ſingularis & ſtrenuæ fortitudinis operatio: cæterum noue neceſſarium eſt tantę rei præſtandæ vt Deus ſuppetias ferat. Siquidē virtutes quibus fideles potiuntur cōmuniter tanto negotio gerēdo impotentes ſunt: quale eſt hominem facultatibus terrenis ſe exuere, vt Chrīm expeditius ſectetur, apoſtolicis hærentem veſtigijs, qui oīa reliquerunt, vt Chrīm ſectarētur. Niſi dono Dei iſtud aſſequamur virtus nulla ſola donare poterit, niſi cœlitus adiuuetur. Vt autem iſtæ beatitudines diuinis aptentur donis conſulendus eſt beatus Thomas. 22. q. 19. ar. 12. & ibidē quæ. 69. ar. 3. Iſtis autē accedat harū beatitudinū quaſdā eſſe quæ diuinos amores dūtaxat geſtire videnī: vt paupertatis beatitudo atq; mūdities cordis, tolerātięq; beatitudo,

Lege. S. Tho. 1. 2. q. 69. ar. 1. & 70. ar. 2. & 2. 2. q. 157. ar. 2. ad 3.

Beatitudines in actibus cōſiſtūt.

Patiētia moralis virtus nō ſat eſt ferendo martyrio.

Beatitudines euangelicæ in actibus excellētibus ſtatuūtur.

Act. 7.

Matth. 10. Mar. 13. Luc. 12.

Notandum argumentā probās præter virtutes ad operationes heroicas neceſſarium eſſe Dei auxilium.

Matth. 19. Matth. 4. Mar. 1.

Aptantur beatitudines donis.

Beatitudinum diſcrimen.

tudo,famis itidē & iuſtitiæ ſitis. Quæ oēs in Deū ſe fundunt, & in illū vt in ſcopum ſuorum laborū defixos tenent oculos. Aliæ vero harū ad proximorum ſe deuoluunt emolumēta:vt miſericordiæ beatitudo, itidē & beatitudo pacificorū. Deus nāq;,qui eſt beatus,& ſolus potēs miſerię capax non eſt. Et ipſe, qui eſt pax & pacis Deus,alienā tranquillitatē nō exigit. Demū poſtremo loco alię Beatitudines ſunt, quæ tametſi ad proximos ſe deducunt,nō nunq̄,ad Deum etiam aliqñ ſe reducūt,vt luctus beatitudo,& quę ī māſuetudine ſtatuit beatitudo:vt ex ijs, quæ iā à me denarrata ſunt in propatulo legēti erit. Cæterū ne iſtud ſubſilentio premam, nō erit cum cæteris parergon hoc aliud diſſerere, cur ſcilicet Lucas tantum quatuor cōminiſcit beatitudines,Matth.autē octo recēſuerit? Quāquam ſine accomodato ſibi præmio octauā reliquit:imo generalē beatitudinū omniū retributionēcōcluſit,dicēs,Gaudete & exultate,quia merces vra copioſa eſt in cœlis:vt facile inſinuaret poſtremā beatitudinē cum ſeptima ſymbolū nō mediocre habere.Porrò,vt egregiè gloſſa quædā dixit,Lucas nō cibat nos lacte:ſed ſolido cibo.Etem perfectiſsimas & oibus ſuis abſolutas numeris expoſuit beatitudines: quales ſunt paupertatis,luctus,eſuriei iuſtitiæ,& tolerantiæ beatitudines: quas ſane paulò ante aiebamus in Deum defixos tenere oculos diuinaq̄; ſpectare ſolū. Quia quanuis luctus euangelicus humana doleat aliquando mala:at,vt præhabitus docuit ſermo hoc in primis dolet quod inualle lachrymarum exilia ſua producit. Matthæus vero nō ſolum has,quin etiam alias recenſuit beatitudines:quas ſi quatuor recēſitis cōferas,ad illas dixeris has eſſe quaſdam diuinas præparationes.Miſericordia ſiquidem ad luctū inſtigat. Eſt miſericordia enim alienæ miſeriæ in corde noſtro impreſſus affectus: vnde lachrymis ex miſericordia ſuffundimur nōnunquam.Manſuetudo etiam patientię viam ſternit:at pacificatio ad æquanimitatē in aduerſis mētem parat : munditia cordis ad viſionem deitatis diſponit æternam. Hæc nanq̄; eſt velut inchoatio diuina quędam viſionem diuinam iā in hoc exilio præmoliēs.Sunt nanq̄; mundicordes viri diuinitatis theorici & ſpectatores : nam à longe cernunt patriam illam beatam,& à longè illam ſalutant. Vt enim condens Deus orbē varia condidit,quæ illum eximio exornarēt cultu vt reptilia natatilia & volatilia:ita in eccleſia ſua,quæ eſt tanquam nouus ſpiritualis orbis habet fidelium quoſdam,qui ſunt inſtar reptilium (nam humi repentes puluerem & ſitum,neceſſariò ſibi conciliant) alios verò qui fluctibus agitati ſecularibus mundanis quoque alluuntur tēpeſtatibus. Et hic eſt actiuorum fidelium ſtatus , qui ſoliciti ſunt & turbantur erga plurima.At vero alios habet qui ſicut volucres pernici conſiderationis volatu ad ſublimes Dei conſcendunt theorias. Volant em ſuper pennas ventorum , quia ſupra omnia temporalia(quæ ventis volantibus conferuntur) ſuperferuntur. Quos ſanè Gen.9. ſacræ adumbrant muſæ,in Sem, & Iaphet fratribus:quibus benedicens Noe illorum pater ait, Dilatet Iaphet Deus & habitet in tabernaculis Sem.Dilatantur ſiquidem ij,qui pijs officijs erga proximos impēdēdis ſtudium ſuum collocant. Proximis nāq; ſubueniūt,quibus ſunt oppidò neceſſarij.At vero contemplationibus diuinis dediti,in tabernaculo illonō manu facto etiānum vitam agentes mortalem habitant: quorum conuerſatio in cœlis eſt. ad Phi. 3 .Iſaac itidem illuſtris ille patriarcha,formam contemplatiuis exhibuit:quippequi egreſſus eſt in agrum ad meditandum.Cę leſtis nanq̄; meditatio ciuium turbas fugit vt adhuc tenellus Baptiſta declinabat.Iacob itidem Iſaac filius in ſemetipſo vtriuſq̄; ſtatus formam expreſsit,nam cū angelo colluctatur,& Deum tandēvidet.Colluctatio verò actiuorum eſt,qui citra inducias vitijs,& cōcupiſcētijs bella pluſquam ciuilia indixerunt.Ideo diuina intueri, & myſticum eſſe Iſraelem, cōtemplatiuorū

Matth.5. Lucæ.6.

Actiui & cō tēplatiui.

Lucæ.10.

Conſenſus euangeliſtarum exquiritur in numero beatitudinum.

Pſal.17. Iob.7.

Gen.1.

Hebr.9.

Gene.14.

Beatitudines quædā parant viā alijs.

Gene.32.

eſt.Eſt nanq; Iſrael Deũ videns. Deus autem qui abſolutam,nudãq; ſui ipſius viſionẽ viatoribus negat, poſsibilem tamẽ,viatoribus iſtis cõcedit.Cæterũ in abſolutam & inuolucris obtectam,quia vident etiam num cõtemplatiui vel accerrimi ꝓſpeculũ in ænigmate, quanuis puriores quã cæteri diuinos aſſequuntur fulgores. Etenim nubilantia mentem profana omnia vitãt negotia,& quidquid ſanctiſsimæ cõtẽplationis relaxat otia protinus expellũt,muſcasque cum Abraham ne interturbent Deo
Gẽn.15. gratiſsimum officium ,abigunt. Pugnat porro Ioſue cõtra Amalechitas, at Moſes tranquillam in mõte orationẽ fundit. Pugnaces enim ſunt actiui, & inuehuntur acri
Exod.17. Deu.25. ter in Amalech.Interpretatur autẽ Amalech lingẽs ſanguinem. Etenim actiuorũ bella contra carnẽ & ſanguinẽ iugiter conſeruntur:imo & cõtra Satanam ipſum,cuius eſt ſanguinem auidè lingere noſtrum. Nam impenſiſsimè in hominũ delectatur perditione.Cõtẽplatiui vero cũ Moſe manibus cœlũ verſus porrectas habẽt. Leuãt
1.Tim.2. nãq; puras manus,purasq; ad Deũ mẽtes, & cũ Petro Ioanne & Iacobo cũ Chriſto montis præexcelſi iuga ſcandunt,& arca-
Matth.17. na pro ſuo penſo rimãtur cœleſtia, ſplẽdoresq; Chri diuinos quantum fragilitas nra ſinit attingunt. Ad hæc oẽs refecit apoſtolos Chrs cœleſti pabulo,ideſt corpore, & ſanguine ſuo. Cæterũ apoſtolorũ vn° fuit Ioannes,in pectore Dñi recumbẽs:ſiquidẽ etſi electos omnes Chrs gratia ſua donet,at ſoli contemplatiui ſunt,qui inſigne
Pſal.63. Can.2. amoris diuini gerũt. Aſcẽdũt enim ad cor altum & introducuntur in cellam diuinæ charitatis vinariã.Rurſum actiui ſunt mo-
Matth.24. lentes in mola:quippe in prouidendis fratribus ſoliciti ſunt,& illorum æquo animo ferunt moleſtias : at contemplatiui in lecto pacis internę diuinis inſpectionibus fruuntur. Abſconditi enim ſunt in taberna culo Dei cum Moſe & Aarõ:& ibi turbas tumultuoſas,ideſt,ſeculi furores declinant Pſal. 30.
nume. 17.Ex quibus omnibus diſces, quã neceſſaria ſit mũditia cordialis ad beatam Deivi ſionem.Omnes igitur beatitudines iſtæ ſunt veluti quædam inchoationes æternæ beatitudinis.Clariſsimi nanq; philoſophi materiam primam tradiderunt ad venturas,quas ſuſceptura eſt,formas , inchoationes quaſdam prẽhabere cõceptas. At Chriſtus ad cœleſtem illam,quam ſuis promiſit claritatem , etiam inchoationes quaſdam in fidelibus ſuis præmiſit : quæ ad illam parent,& viam facilè ornent. Et ſunt beatitudines,de quibus hactenus diſſeruimus.Et vt pictores imagines adũbrãt carbonibus illas delineantes,dein vero natiuis illas inſtruunt coloribus, Chriſtus iti dem venturę fœlicitatis in ſanctis ſuis in carne etiamnum degentibus, has beatitudines donans adumbrat imaginẽ:quæ vtiq; ſi ad venturam ſanctorum formam referatur,rudis eſt,quæ alioqui ſine relatione eſt abſolutiſsima. Nam omnia relinquere & ſequi Chriſtum cum apoſtolis, & ea ad huc quæ in victum habentur cum vidua illa in gazophilatium mittere id quod pauperes ſpiritu præſtant,eximiæ gratiæ opus eſt.Et in cæteras beatitudines diſcurre ſi libet,& idem tibi conſtabit.At verò quia illæ,quas Lucas commemorat, ſunt dignio res cæteris,quæ ſuppreſsit ipſe,& Matthę. expreſsit , idcirco ſcitè Albertus magnus com.ad Lu.ca.6.illas formas dixit,cęteras vero diſpoſitiones ad has. Porrò ſiue illę, ſiue iſtę beatã q̃ expectamus vitã,in fidelibus inchoãt,& adũbrãt.Chrm igitur precemur,vt in horũ beatorũ numero nos referre dignetur:vt ad brauia ſupernæ vocationis,poſt certamina,& pugnas tandẽ ab angelis ſanctis in ſinũ Abrahę deferamur.

Beatitudines viatorũ inchoatiões ſunt,æternę beatitudinis.

Beatitudines viæ imperfectæ.

Luc. 21.

Beatitudidum quædã ſunt formæ aliæ vero diſpoſitiones.

Finis Libri Tertij

DILVCIDATIO NVM ET DECLAMATIONUM TROPOLOGI. IN ESAIAM PROPHETAM.

LIBER QVARTVS.

Dilucidatio in Caput quinquageſimum ſextum Eſaiæ.

Vaticinium docet Deũ nonhorrere vilitatẽ noſtram.

HAEC.a) Hoc cap. Dominus per vatem ſuum Eſaiam oſtendit naturæ vitia, aut generis obſcuritatem, aut fortunæ caſus, diuinã gratiam ineundam non impedire. Cõſolatur nãq; aduenas vel proſelytos, qui Iudaicæ religioni ex gẽtibus erãt aſſuti. Et itidem conſolatur eunuchos, qui videbãtur legẽ illã violare. Deutero. 7. Nõ erit in te ſterilis. Vnde gentes ſe alienas putabant à teſtamenti veteris promiſſionibus, quas Paulus ſolatur, alioqui & magnificat dicens, Fratres non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei. Ad Epheſios capitu. 2.

Deus oẽs ad ſe vocat ſine diſcrimine.

Rom. 3. & 10. Ad Gala. 3.

Quia igitur Chriſti tempora præſentiebat vates hic inter ſcribendum hæc, hac ratione hos animat ad ſpem diuinam & gratiam habendam. Nam ſub luce Euangelica nulla eſt diſtinctio, ſiue Iudæi, ſiue Græci, omnes æſtimantur tãquam vnum, ſimulatque proluuntur ſacri fontis vnda. De quo ſacramento Petrus linteo illo de cœlo demõſtrato eruditur. Actorum. 10. Et nõ ſolum Eſaias, quinetiam ante Eſaiã ſapiẽtiæ liber planè idẽ agit, quod Eſaias.

Hæc[a] dicit Dñs, Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam: quia iuxta eſt ſal[o] mea, vt veniat, & iuſtitia mea reueleť. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet iſtud: cuſtodiẽs ſabbathũ ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne malũ.

Quoniam fœlix, ait, eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, & ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitauit aduerſus Deum nequiſsima. Dabitur enim ei donum fidei electum, & ſors in templo Dei Sapient. 3. At quæ nã ſors eſt hæc, quę ſpadonibus in tẽplo Dei impartienda promittitur, quandoquidem Deute. 34. ſpadones à templo Dei excluduntur, niſi eſſet Deũ ſummopere Iudæis prolis propagationẽ indixiſſe, quia ex ſemine Abrahæ Chriſtus ſecundũ carnem deducturus erat originem, & genus? At verò poſtquam mundo Chriſtus adfuit, ceſſauerunt illa antiqua prolis iura. Et prolẽ, quam iam amat Deus, ſanctorũ operũ eſt. Quamobrẽ inquit, Cuſtodite iudiciũ & facite iuſtitiam, qa iuxta eſt ſalus mea, ideſt, lex ſalutis & gratię Euãgelicę, quę nõ habet rationẽ terrenę ſobolis: ſed ſpiritualis atq; cœleſtis: q̃ eunuchi & alienigenæ Deo opitulãte prę ſtare poterũt. Ideo hos Chri ſpõſa in gremiũ ſuũ recipit: imo neminẽ Chri gratia deſpicit. Cęterũ qa inter Deũ & homines

Proles Chriſto aptę merita ſunt.

propriè iuſtitia non eſt, imo religio: ideo poſtquam præmiſerat, Cuſtodite iudiciũ, & facite iuſtitiam, obſeruantiæ ſabbatinæ meminit. ¶ *Et non.*[a]) Aduenas diximus illos intelligendos, qui ex gentili propagine orti in cultum tranſibant Iudaicũ, vt Gabaonitæ olim, & Achior ille, cuius liber Iudith meminit. Porro de eunuchis tu multa leges ſi iuueris, apud diuum Baſilium libro de ſancta virginitate. Illos tamen Eunuchos hoc accipe loco, qui ſunt infœcũdi, quippe qui teſticulos viriles habent erutos, aut cõfractos. Quapropter etiam crediderim eſſe Eunuchos quoſdam coire cum fœminis potentes, quos etiam habiles ob eam cauſam ad ducendas vxores puto, illorumque inita ſemel coniugia diſſolui non poſſe. Quippe matrimonium & eſt in remedium libidinis, & ad prolem etiã obtinendam initur. Quare ſi vtrunq; non datur, primum (vt ratum ſit coniugium) ſi ad fuerit ſatis mea ſententia erit. Alioqui vt poterit hic Eunuchus, qui potẽs eſt fœminam cognoſcere, ſi libidine æſtuat ſibi ſubuenire citra culpam, ſi vxoris contubernio deſtituitur? Memini quẽdam Eunuchum in Caurienſi dioceſi vxorem duxiſſe & cognouiſſe, de in vxor coniugem infœcundum non ferens, diuortium vehementer intentat, multis, licere affirmantibus diuortium, quia cum Eunucho irritũ erat. De qua interdoctos tum orta eſt contentio: me tñ cõſulto cõnubiũ initum nõ eſt diſſolutum. Etenim, vt dudum aiebam Eunuchorum quidam ſunt quibus non ſunt execti teſticuli, at ſunt cõquaſſati aut contriti: qui tametſi infœcundum habeãt coitum cęterũ coire cum fœmina poſſunt. Eſt aũt matrimoniũ & in remediũ libidinis & ad prolẽ. Eunuchi igitur huiuſmodi ritè nuptias celebrant ſi nõ ad prolẽ, certe ad remedium. Eunuchorum porrò differẽtias apud Paulũ AEginetã & alios medicos legere poteris: nam ſatis ſit obiter & perfunctoriè hæc dixiſſe. Legimus porro apud Matthæ. capitulo. 19. eſſe eunuchos, qui de matris vtero ſic nati ſunt, & eſſe alios eunuchos, qui facti ſunt ab hominibus, & demum eſſe eunuchos, qui ſe ipſos caſtrauerunt, propter regnum Dei: & ſubiunxit poſt hęc, Qui poteſt capere capiat. Cæterum primum atque alterum eunuchorum genus nulli virtuti dabitur. Etenim natis eunuchis laudi non eſt ducendum, quod eunuchi nati ſint. Itidem quos ars eunuchizat qs laudabit? Quæ ars olim erat in vſu: nam vt mulierum eſſent cuſtodes viri eunuchi ex arte erãt: & etiã num eunuchizantur, vt in ſublime pueri ferant voces, & ſtabiles ſolidosque ſonos edant. Cæterum qui propria autoritate virilia à ſe ipſis decuſſerunt indigni ſunt laude: etſi

Et non[a] dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino: dicens, Separatione diuidet me dominꝰ à populo ſuo. Et non dicat eunuchus, Ecce ego lignũ aridũ. Quia hæc dicit dominꝰ Eunuchis, Qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui: & tenuerint fœdus meũ: dabo eis in domo mea, & in muris meis locũ, & nomẽ melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternũ dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenæ qui adhærẽt Domino, vt colant eum, & diligant nomẽ eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodiẽtem ſabbathum ne polluat illud, & tenentẽ fœdus meum:

Ioſue. 10. Iudith. 6.

Qui dicant aduenæ ſeu proſelyti.

Eunuchi quidã contrahere matrimonium poſſunt.

Eunuchorũ varietates.

prætexant regni cœleſtis gratia ſe factitaſſe, id quod feciſſe Origenem Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, & Nicephorus ſunt autores: & apud noſtrates Hiſpanos quoſdam idem feciſſe fama vulgaris aliquãdo increbuit. Quodſum mopere crimini dandum eſt. Nam vt crimen eſt ſeſe occidere: ita & propria mutilare membra. Quippemẽ brorũ ſuorũ homines non ſunt Domini, vt illa abſcindãt: ſed potius vt illis vtãtur ad opera ſibi ipſis conducẽtia. Quare canonicis Apoſtolorũ decretis cautũ iam olim eſt, ne tm facinus tenteẽ à fidelibus. Et Dñs cõmẽdans eos, qui ſeipſos caſtrauerũt nõ cõmendat quod propria manu virilia ſua detruncauerũt. Iſti nanq; rudẽ ſatis dñici verbi intelligẽtiam conceperunt, vt rudis quoq; eſſet, qui ꝓpter verba illa, ſi oculus tuus ſcandalizet te erue eum, erueret oculos offendentes, vt de quibuſdam proditũ eſt. Quidquod abciſsio virilium, carnalis concupiſcentiæ non eſt abſciſsio: neque membra externa præciſſa animum ad patranda delicta tollunt. Illa igitur membra ſunt abſcindenda, quæ Paulus mortificanda monebat, ideſt, animi internos affectꝰ. Caſtitatis igitur deſideria, & ad illam feruens affectus caſtrãt ſalacitatem, & qui caſtimoniæ ſe mãcipant votis perpetuis, iſti ſunt, qui ſcitè & iuſtè ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorũ: & qui cuſtodiũt & faciũt iudiciũ. Iſti ſunt eunuchi de mũmyſtici, ꝙbus eſt paratus locus in Dei tẽplo: & illuſtrius ſibi parãt nomẽ, q̃ ex filijs, aut filiabus nanciſci valuiſſent. Nã nomen ex deductione ſobolis parẽtibus cõciliatũ, tã dẽ perit: at vero horum caſtimonia ſempiternò coronabit. Quod vero Eccleſia dei decreuerit materiales eunuchos ad ſacra celebranda non eſſe recipiendos, illud veneratione ſacrorum dandum eſt: quæ integrum hominẽ corpore & animo poſcũt.

Nemo põt mutilare membra ſua aut abſcindere. Matthæ. 19.

Matth. 18.

Coloſſ. 3.

Quid eſt nos caſtrare propter regnũ Dei.

Adducam eos ī montem ſanctũ meũ, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum, & victimæ eorum placebũt mihi ſuper altari meo: quia domꝰ mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus Deus q cõgregat diſperſos Iſrael.

¶ Et aduenas tandem admittẽdos eſſe ad diuina rogum hiſtoria. 3. lib. ca. 18. adumbrabat, aduenas gentiles admittẽs viſendi templi magnificentiſsimi, & adorãdi Deum gratia, & Spũ ſancto tonante in die Pẽtecoſtes aduenas quoq; Romanos interfuiſſe geſta Apoſtolica demõſtrant. Fuit autẽ Ezechias pijſsimus Iudęorum rex, quem quia Chaldæos introduxit ad ſacerrima viſenda tẽpli penetralia, intimosq; ſacri ærarij ſinus ſpectãdos, dominus corripuit, quia illò aduenas inducere nefas erat: vt tu legere poteris in dilucidatione noſtra ad capit. Eſai. 38. Iam verò ſub reuelata Euangelij gratia, iã velũ illud veteri oppanſum ſanctuario eſt diſciſſum, & ſacrarum ædium etiã penitiſsimi receſſus patent cunctis gentibus, quas fides, & Chriſti amor, imbuit.

Actoꝝ 8.

2. Para. 32.

¶ *Adducam.* a) Hos aduenas prædicit adoptandos in filios Dei, & lætificãdos in domo orationis vera, (quæ eſt Chriſti Eccleſia) in qua patrẽ oramus cœleſtem in ſpiritu, & veritate. Ioan. 4. Nanq; templũ illud vetuſtum erat huius nouæ domus typus, & vmbra ſiquidem extra Chriſtianam Eccleſiam nulla oratio Deo eſt grata, neq; victima ſalutaris pro peccatis offerri poteſt. Hæc Eccleſia eſt, quæ habet altare verum, vbi Chriſti memoria iugiter recolitur, & non ſolùm ſacratiſsima Chriſti memoria recolitur, quinimò & corpus & ſanguis eius ſumuntur, & immolantur. Require declamationem noſtram de viribus orationis, & aliam de ſacrificio miſſę. Dominus hunc Eſaię locũ indicauit Matthæ. capit. 21. Lucæ capitul. 19. Marci. 11.

Extra Eccleſiam ieſu Chriſti nullũ opus meritoriũ eſt.

¶ Ad-

Gentes conferuntur oleaſtro à Paulo.

¶ *Adhuc.*[a]) Ideſt, vltra Iſraelem congregabo aduenas & incircunciſos. Etem Paulo docente gentes veluti oleaſtrini rami inſiti ſunt Iſraelitis. Ad Rom. 9. Ad eum igitur congregabo, ideſt, Iſraelitis inferam gentes: ex quibus omnibus vna coaleſcet Eccleſia. Aduenas ergo hos vocat congregatos eius, participium paſsiuũ, aut præteritum pro futuro vſurpabis participio, hoc eſt cõgregãdos illi. ¶ *Omnes.* b)

Adhuc[a] cõgregabo ad eũ congregatos eius, Oẽs[b] beſtiæ agri venite ad deuorãdũ, vniuerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores eius cæci oẽs, neſcierũt vniuer ſi: canes multi nõ valẽtes latrare, videntes vana, dormiẽtes & amantes ſomnia. Et canes impudẽtiſſimi neſcierunt ſaturitatẽ:[c] ipſi paſtores ignoraue-

Derepẽte ſtylũ loquẽdi mutat, & conſolationẽ vertit in inuectiuã procerũ, aduerſus quos beſtias agri ferasq; vocat, vt de illis vltionẽ ſumãt: vt olim ſumpſerũt ſerpẽtes igniti de filijs Iſrael. Eſt igit ſermo obiurgatorius procerũ, quorũ intereſt populo Dei aut in ſpũalibus indigẽtijs ſuccurrere, id quod Epiſcoporũ eſt, aut in tẽporalib⁹, nõ deficere id qđ magiſtratuũ reipublicæ munus, vt regũ, ducũ, & aliorũ eſt ſeculi primatũ. In eos igitur inuehit modo qui id tpis tales erãt, vt Eſaias deſcribit & in principes Iudæorũ qui ſub Chriſto extiterunt. Nã Phariſæi, Scribę & pontifices illi proprijs coloribus pingũtur ab Eſa. Erãt nãq; illi canes officio. Canes enim hoc habẽt in natiuã functionẽ domos cuſtodire ſolertiſsimè, & dormẽtibus Dñis ipſi ſunt peruigiles, vt latratu fures nocturnos ab expilãdis domibus arceãt: & gregũ itidẽ & armẽtorũ à lupis acerrimi ſunt defenſores. Hoc itidẽ noſtrorũ ſpeculatorũ eſt, & Eccleſiæ principũ hæreticis obſiſtere tanquã trucibus lupis, in cæterosq; malefactores animaduertere: ideo canibus nõ temerè cõferunt. Rurſum canes domeſticos admittũt, & extraneis ſemper oblatrãt, & nõ nunq̃ etiã inſiliũt: id quod epiſcoporũ & Eccleſiæ doctorũ eſt, germana & amica catholicæ fidei admittere, & quæ ſunt illi inimica reſpuere. Rurſum canes impudici ſunt, nã obſcęna citra podorẽ publicitus cõmittũt: tales ſunt magiſtratus corrupti, qui ſępè nõ verentur Deũ neq; homines, & ſæpè furiunt, & debacchãtur in plebes inſontes. Et qui debuiſſent latratibus ſuis diuinis, ſcilicet, ſermonibus, luporũ arcere rabiẽ aut abigere, ſilent & delictis conniuẽt. Equidẽ ſi Germania veros habuiſſet canes & nõ mutos, ſed latrantes cõtra illã, nõ ita furibũdè inuaſiſſent eam truces iſti lupi, qui ſunt huius ſeculi hæretici. Imo qđ eſt lamẽtabile dictu, ſi quos veros & fideles habuit veritatis p̃dicatores, hęreticus furor illos adegit ī mortẽ? At vero in fœliciſsimos vos dixerim hęreticos, & impudẽtiſsimos, nõ potuiſtis latrare aduerſus falſidicas excogitatiões vras, & acuiſtis linguas vras aduerſus Chri ſp õſam. Verè ſpeculatores tui Germania cæci ſunt oẽs, neſcierũt em̃ vniuerſi qđ piũ & catholicũ eſt nõ potẽtes latrare qa noluerũt latrare cõtra Lutheri dogmata, ſed latrãt cõtra fidei catholicę decreta. Miſerã te ſcitè dixerim Germania, qa ex domeſtica fidei, & ſctõrũ ciue, te alienã & exulẽ feciſti. Obſeruẽt quoq; iſtud Epi nri, & alieno periculo ipſi ſapiãt non dormire, aut amare noxia ſomnia. Etenim qd ſpeculatoribus cũ ſomno? qd canibus cũ ſilẽtio? Si ſpeculatores ſunt ſpeculẽtur, & nõ dormiãt: ſi canes ſunt oblatrẽt, & nõ taceãt. Videãt, ne qđ laudi datur canibus, quia ad Dominorũ eſt profectum, negligãt, latratũ videlicet, & quod cani probro datur illud ament, impudentiã dico, & ingluuiẽ. Quæ duo cõprehenſus eſt Eſa. Canes, ait. ¶ *Impudentiſſimi, neſcierunt ſaturitatem.* c) Hæc autẽ impudentia quæ

Magiſtratꝰ corrupti canes impudici.

Cõtra hæreticos Germanos.

Epheſi. 2.

Admonitio prælatorũ.

Canum proprietates.

Præſides eccleſiæ ſunt tanquam canes.

tia quæ erit, niſi morum grauitatem deſerere, quam Epiſcopale munus exigit? & ingluuies, quæ erit, niſi mores plenos auaritia habere, pugnantes cum Apoſtolico verbo, Sint mores ſine auaritia? Et de

Hebr. 13.

mum turpiſsimum eſſet paſtoribus, qui pecora regunt & armenta, cæteroſque greges, illa quæ gregibus commiſsis conducũt ignorare: quanto turpius ſi paſtores

runt intelligentiam, omnes[a] in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuã, à ſummo vſque ad nouiſsimũ. Venite, ſumam[9] vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius.

Chriſtiani gregis non habeant diuinam ſcientiam. ¶ *Omnes.*[a]) Ideſt, vnuſquiſque libidinem ſuam ſectatur, vt etiam traditur Iudi. cap. decimoſeptimo. Vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur agebat, à ſummo ad nouiſsimum, ſiquidem ſi primores populi ſcortationibus & compotationibus & ganeis vacant, poſteriores idem ꝑſtabunt. At de iſtis affatim ſupra diſſeruim⁹.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 57.

Vaticinium de Chriſto iuſtis fauēs.



IVSTVS.[a]) Interpretes de Chriſto locum hunc intellectum volunt, quem occiderunt Iudæi, nihil reputantes Deum & hominem occidere. Et viri miſericordiæ qui ſunt Chriſti mẽbra itidem rapiuntur ſæpè violenta & in tempeſtiua morte & viri inſenſati nõ colligunt apud ſe illud eſſe, vt

IVSTVS[a] perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur:[b] qa non eſt qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus.

illis Deus benè conſulat. At verò nihil incommodi faciemus, ſi de iuſtis generatim hæc intelligamus per ſyllepſim. *Iuſtus perit*, Ideſt, iuſti moriuntur & ſequens ſermo. ¶ *Viri miſericordiæ colliguntur.*[b]) Sit expreſsio prioris. Habes in libro Sapient. capitulo quarto: id quod locum hunc elucidat. Viderunt, ait, finem ſapientis & nõ intellexerunt, quid cogitauerit de illo Deus, ſub ſapiente iuſtos omnes ſubaudiens: qui viſi ſunt oculis inſipiẽtium mori, illi autem ſunt in pace, & ſi coram hominibus tormenta paſsi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. Sapien. 3. Colligũtur igitur, ideſt moriuntur. Eſt enim phraſis ſcripturæ, Collectus eſt ad patres, vel ad populũ ſuũ, ideſt, mortuus eſt. A facie malitiæ, ideſt, ante malũ, ideſt priuſquam acerbioribus grauarentur malis vita functi ſunt iuſti. Eſt autẽ hæc ꝓphetica admiratio, non ex naturalis mortis conſideratione proueniẽs. Hæc nanq; nullam admirationem concitat: quandoquidem quæ naturalia ſunt mirabilia non ſunt. Eſt autem ſtatutum omnibus hominibus ſemel mori. Ideoque de morte violenta ſanctorum, quam patiuntur à tyrannis demiratur Eſaias. Nam ſecti ſunt in occiſione gladij mortui ſunt: quorum dignus non erat mundus. Cur ergo viros præſtantiſsimos improborũ patere grauiſsimis & funeſtis iniurijs

Phraſis ſcripturæ. Gene. 49. Nume. 20. & 31.

Ad Heb. 9.

Ad Heb. 11.

iniurijs ſiuerit Deus, iſtud ſanè dignum eſt quod in ſtuporem Eſaiã & nos vertat.
Iob.5. At quia nihil ſine cauſa fit, iſtud ſanè cauſam habet reconditam. Cæterum, quia
Roma.8. non eſt ſuperior diſcipulus magiſtro, neque membra ſuperiora ſunt capite: voluit Deꝰ fideles ſuos conformes fieri imagini filij ſui chriſti. Vt eñ Chriſtum pati oportuit, & ita intrare in gloriã ſuã: ita & membra pati oportet vt intrent in alienam gloriã, qa nemo coronabitur niſi qui legitime certauerit. Hebræi adnotante Hierony. de Eſaiæ cæterisque prophetis intellecta hæc, quæ diſſerimus verba putant. Nam Eſaias ſub Manaſſe paſſus eſt: & cæteri Prophetæ iti dẽ ſub alijs occubuerunt regibus. Matthę. 23. Cæterũ generalis eſto ſenſus de Chriſto, & mẽbris eius. Nã ſi mortẽ ſanctorũ iniuſtiſsimã demiramur, quidquod ſancti ſanctorum mortẽ demiremur, cuius necẽ capit. 53. proſequutus eſt flebili ſermone Eſaï? Tu lege dilucida. & declamationem appendiciã ad ca. 53. ¶ *Veniat pax.*a) Tempus pro tempore, ideſt à turbulenta morte ſanctis veniet pax: quia corpora eorũ in pace ſepulta ſunt. Hoc eſt quod ait. ¶ *Requieſcat in cubili ſuo.*b) Numerus pro numero, ideſt requieſcent in cubilibus ſuis. Vocat cubilia ſepulchra, in quibus corpora ſanctorũ condita ad tẽpus requieſcunt: quia tandem ſurgent, ad æternas obtinendas coronas: quippe ambulauerunt in directione cordis coram Deo. ¶ *Vos.*c) Iſraelitas filios vocat anguratricis: quia angures conſulebant. Eoſdem adulteros & fornicarios appellat, vt Dñs eoſdem generationem prauam & adulterã vocitat, quia illorum maiores idola coluerunt: id quod myſtica quædam fornicatio eſt. Et ſenſus eſt, Audite me, ò peſsimi Iſraelitæ, quid vobis cum ſanctiſsimis viris, contra quos dilatatis ora, illis exprobrãdo? ſuper quos luditis, ideſt ludibrio habetis, quaſi eſſent nihili pẽdẽdi? Cur extenditis ora & manꝰ in Chriſtum dominum? Vah, dixiſtis illi, qa deſtruis templum Dei. Eſſe Samaritanum, commouẽtemq; turbas, diabolóque familiarẽ illi obieciſtis: & veluti ludẽtes arũdinẽ illi dediſtis habendã in manibus: faciẽ obuelaſtis, vt vel ſic illudendi aptior vobis eſſet occaſio. Erat autem moris idololatris nemoroſa & frondoſa eligere loca, quæ aptiſsima exiſtimabant cultui celebrãdo idolorum: vt habes in Oſea cap. 4. & nunc Eſaias explicat. Itẽq; moris illis erat immolare paruulos ſuos idolis, vt Pſalmus cõmemorat innoxiumq; delectabat ſanguinẽ fundere ſuper limpidos aquarum torrẽtes. ¶ *In.*d) Septuaginta verterunt, iugulantes filios veſtros in vallibus per medium petrarũ. Et ſenſus variat nihil à lectione noſtra vulgata. Dixit autẽ Ariſt. 8. ethi. filios eſſe parentum ſuorũ quodam modo partes. Idcirco, qa ſanguis filiorũ aquis infuſus torrẽtium tramite decurrebat, ideo ait, *In torrentibus pars tua.* Ideſt filij tui. Aut exponere oportebit, in partibus torrentis pars tua, ideſt, in lapidibus, q ſunt in torrẽtibus pars tua eſt, ideſt, tãta demẽtia ageris vt lapides politos & egregios, quos ex torrente ſubſtuleris, in Deos tibi erigas: & in illis colloces partẽ tuã, ideſt tu ita illis fidas, vt

Veniat pax, a requieſcat in cubili ſuo b qui ambulauit in directione ſua. Vos c autẽ accedite huc filij auguratricis, ſemen adulteri, & fornicarię. Super quẽ luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguã? nũquid non vos filij ſceleſti, ſemen mendax? qui cõſolamini in dijs ſubter oẽ lignũ frondoſum: immolantes paruulos in d torrẽtibꝰ ſubter eminẽtes petras? In partibus torrẽtis pars

Myſtica fornicatio quę

Matth.27. Ioan.8. Lucæ.13. Lucæ.11. Mar.14. Lucæ.22.

Pſal.78. Pſal.93.

Cap.12.

Matth.12.

Deo

Deo fidendũ erat. ¶ *Hæc.*[a]) Irridentis Dei inſipientium ſtultitiam verba ſunt. Quaſi dixerit ſi hos friuolos Deos amas & ab illis portionem tuam pendere cupis, illi ergo ſint ſors, & portio tua. Nã dimittit infidos Dominus ire ſecundum deſideria cordis eorũ. ¶ *Super montem.*[b]) Frondoſa & vmbroſa quæ fiſſe loca idololatras dixerat ſuperius: nũc quoq; addit in præexcelſis montibus poſuiſſe lectum. Ad literã altare idolis dicatum lectũ ſeu lectiſterniũ vocat, vt perſiſtat in priori metaphora: illos nanq; adulteros & fornicarios ſupra nominauit.

tua, hæc[a] eſt ſors tua: & ipſis effudiſti libamen, ob tuliſti ſacrificiũ, nunqd ſuper his nẽ indignabor? Super montem[b] excelſum & ſublimẽ poſuiſti cubile tuũ, & illuc aſcendiſti, vt immolares hoſtias. Et poſt[c] oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia

¶ *Et poſt.*[c]) Habebãt iſti idololatrę figuras ſuorũ deorũ, quæ in illorũ monumẽtũ locis illis frõdoſis & opacis collocabant: vt dij inibi inſculpti aut depicti i domeſticos lares tutelaresq; ſibi haberẽt. Meminime cũ Cordubæ inſigni Hiſpaniarũ vrbe agrẽ (dialecticãem id tpis inibi profitebar ciuitatis eiuſdẽ ſtipendio conductus) oſtẽſa eſt mihi Senecæ grauiſsimi illius philoſophi domus, in qua pro foribus erãt duo inſculpti marmore viri, quos Senecæ fuiſſe Deos mihi indigenę referebãt. Iudęi itidẽ idololatræ hunc morẽ obſeruãtes ab Eſa. carpunt modo, & iuſta eſt reprehẽſio. Etem legẽ Dei debuiſſent illic in monimẽtũ diuinitatis locare, & nõ idolorũ vmbras. Id qd apud Hiſpanos Hebræos moris fuiſſe in idololatriæ odiũ, qui illorũ ſecula attigerunt anteq; ab Hiſpanicis abigerẽtur oris, mihi denarrarunt: & loculos ad id dicatos

Dij tutellares apud idololatras.

mihi oſtẽderũt. Et Deu. 6. & 11. hoc in iuſſis extat diuinis. ¶ *Quia iuxta.*[d]) Ideſt adeò increuit impudẽtia tua, vt me non erubeſceres, qa me cõſcio & vidente (qui oĩa video) impudẽs facinus feciſti, idola ſcilicet

iuxta[d] me diſcoo peruiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti[e] cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus, dilexiſti ſtratum eorum manu aperta. Et ornaſti te regio vnguento,[f] & multiplicaſti pigmẽta tua. Miſiſti legatos tuos pcul, & humiliata es vſq; ad inferos.

venerari. Habet tranſlatio alia, Præter me tenuaſti, ideſt à me diſcedens, cultũ Deo ficto impẽdiſti, quẽ vocat adulterũ. ¶ *Dilataſti.*[e]) Quaſi dixerit, Neq; vel ſic ceſſauit veſania tua, qppe nõ vno Deo ficto cõtẽta fuiſti: neq; ſic expleuiſti inanẽ ſalacitatẽ tuã, imo dilataſti cubile tuũ. i. altaria varijs dijs dicaſti, & pepigiſti cũ eis fœdus, qa te illis mancipaſti, quaſi dñis tuis. Et rurſum dilexiſti altaria eorũ, *Manu aperta.* Ideſt, aperiẽs illis manus inſignũ reuerẽtię. Id qd q Indorũ hac ætate referunt mores, facilè indicant. Aiũt em̃ Indos ſolẽ verſus incultus diuini gratiã man⁹ porrigere & aperire. Et ab Eſaia cõmonemur, in p̃ſẽtia idololatrarũ extitiſſe hũc morẽ, idolis aperire man⁹, quo ritu illis veneratione impẽderẽt. Alij exponẽt forſitã manu aperta, ſpõte, ideſt, & libẽtiſsimè. Et eſt Hiſpana phraſis. Alius trãſtulit dilexiſti lectos eorũ vbicũq; vidiſti. Vnde Nicol. libr. differẽtiarũ trãſlatio nẽ nr̃am hãc corruptã cõtẽdit eſſe, ſed legẽdũ eſſe, vt modo aiebamus, Vatablũ trãſtuliſſe. Vt ſit ſenſus, Amor idolorũ vbicũq; tẽpla & altaria illorũ cernebas te rapiebat. Et qd ſequit̃. ¶ *Et ornaſti te regio vnguẽto.*[f]) Legit ipſe, & ornaſti te regi vnguẽto. Nã. 4. Re. 16. vt placeret regi Damaſceno

Mos Indorum idololatrarum.

Achaz

Achaz transtulit altare à Damasco idolorum in Hierusalem. At translatio nostra legitimum habet sensum. Adulteræ enim vt amasijs gratas sese præbeant, vultum multis pigmentis fucant, & corpus varijs imbuunt vnguẽtis. Iudæi quoq; in idolorũ cultum, se vestibus ornabant, & vnguentis delinie-bant. Sũt qui recta legant & nõ regio, quia cursu recto properabant Iudæi ad regiones gẽtiũ, vt illorum idola sibi in Deos conciliaret. Mittebant autem legatos procul qa cũ rege Assyrio amicitias inierunt, & illi obtulerũt munera. Habes hæc. 4. Regũ. 16. Achaz cum Teglath phaassar amicitiæ copulasse fœdera. Lege Paralipo. libro. 2. capitul. 28. Propterea humiliata est vsq; ad inferos Iudaica natio. Nã que valde depressa est quia ab hostili manu Babylonis ingẽs illorum facta est strages. Inferus autem loco hoc sepulchrũ significat: siquidem cæsi ab hostibus sepulchris aut foueis sunt mandandi. ¶ *In multitudine.*[a]) Idest, in longo itinere à te laboratum est. ¶ *Non dixisti quiescam.*[b]) Idest, nõ conquesta tu es, neque te tęduit prolixi iteneris: quia decem abactæ in Assyrios tribus, nunquã resipuerunt. ¶ *Vitam.*[c]) Idest vitam, quam solent parare manus inuenisti. Victum ex labore partum vocat vitam manus. Quasi dicat, Quod auidè quasi victũ quærebas & amabas, Deos colere gentium apud Assyrios habuisti: nec me rogasti, vt à captiuitate illa te subducerem, quia tibi grata erat. Quæ verba latẽter Iudaicam perfidiam & tenacitatẽ impij positi demonstrant. ¶ *Pro.*[d]) Septuaginta verterunt, *Quem timẽs perterrita es, & mentita es.* Quasi dicat apertius, Ecquid iactas me coluisse aliquando, meque veneratio ni habuisse: siquidem *mentita tu es mihi.* Idest à me defecisti ad Deos alienos? ¶ *Ego.*[e]) Perinde me erga te gessi, quasi nihil viderẽ: & vltionem nõ essem acceptu-rus de tuis facinoribus. Deus igitur patiẽtissi mè expectat impios ad pœnitẽtiam: & quia nõ citò profert animaduersionem in hominum errata, propterea insolescunt peccatores in Deum, vt Salomõ dixit. Atqui peccatores latet, vt Paulus docet quod Dei benignitas illos ad resipiscẽtiã vocat, proinde cõtẽnunt diuinæ diuitias bonitatis: & thesaurizant sibi iram diuinam. Et si 3. Regum. 8. citam esse Dei vindictam & Sapien. 6. & Luc. 18. legamus. Siquidem coram Deo cita est: quã in prospectu habet, & paratus est malorũ vt summat pœnas: quæ tamen secundum humanum sensum tarda sæpè videtur: quippe moras tẽporales vindicta hæc sæpè ptrahit. Quidquod quodlibet crimen sui ipsius vindex est? Nã iussisti Domine (dicebat Augustinus) & ita est vt quilibet inordinatus animus ipse sibi pœna sit. Nam cor impij vt mare fluctuat: non enim est pax impijs, dicit dominus. ¶ *Ego.*[f]) Ironica est loquutio idest cum te legitima plectã censura tũc demum erit omnibus apertum, quam iustus fueris incolendis idolis: tunc clamabis, vt implores meam misericordiam, & occinã tibi, Dij tui, qui sunt collectitij tui, liberent

In multitudine[a] viæ tuæ laborasti, non dixisti, Quiescam. [b] Vitam[c] manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Pro[d] quo solicitatimuisti, quia mẽtita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego[e] tacens, & quasi non videns, & mei oblita es. Ego[f] annũciabo iustitiã tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cùm clamaueris, liberent te cõgregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura.

Deus patiẽtissimè expectat impiorum pœnitentiam. Eccles. 8.

Rom. 2.

Peccatũ gestat secum suũ cruciatum.

liberent te,& eruãt te à pœnis, quibus me autore ſubigendus eris, ô Iſrael. At verò idola ventus ſunt & vanitas, vt igitur tibi proderunt, aut auxilio tibi eſſe poterunt? ¶ *Qui.*[a]) Idololatras pronuntiauit deſolandos citra præſidium: nunc veros Dei cultores allicit monens à captiuitate Babylonica ſubtrahendos. ¶ *Et.*[b]) Hos videlicet cultores meos honorib' p̃clariſsimis proſequar:dicam enim,ideſt,iubebo Cyro, vt illos captiuitate ſoluat: & ſolutos pariter ego deducam:mandaboque,vt viæ illis pręparẽtur, nequid aut luti, aut lapidis illis ſit offendiculo. Verba ſunt Dei magnificientis cultores ſuos. ¶ *Quia.*[c]) Deus natura ſublimis eſt, & duratione æternus. Idcirco habitator æternitatis modo aſſeritur,non habens finem neque initium. Nam tametſi creaturæ quędam, vt cœli,æternę ſcribanturesſe,iuxta illud,Statuit ea in æternum:at nulla creatura habitat æternitatem:quia nulla eſt quæ principium non habeat. Legimus in ſcripturis Deũ habitare tenebras. Qui poſuit ait tenebras latibulum ſuum, & habitare æternitatem,& inhabitare cœlos,& terram & homines.Etenim quia incomprehenſibilis eſt,poſuit tenebras latibulum ſuum, & caliginem. Et quia ſecundum ſe eſt ipſe ipſa lux, & veritas,habitat lucem: at quia ab hominibus non eſt inueſtigabilis, quis & qualis ſit, ideo habitat lucem inacceſsibilem: at vero, quia eius duratio eſt carens principio & fine,idcirco habitat æternitatem. Cæterùm, quia gratiam ſuam donat contritis,& humilibus corde,ideo ait hoc loco, Habitare cum contrito, & humili corde, qui alioquin in vniuerſis ſecundum ſuæ eſſentiæ interminam ſubſiſtẽtiam exiſtit. Viuificare autem ſpiritus, eſt illos ſibi gratos reddere. ¶ *Non.*[d]) Quaſi dicat etiamveſtris exigentibus ſceleribus vos punire decreui, adiges vos captiuitati: hæc tamen non erit perpetua, Tandem enim miſericordiam meam ego vobis impartiam. Nãque ſpiritus veſtros, & flatus ego condidi. Zacharias item duodecimo cap.huius rei meminit,Deumvideli cet creare humanos ſpiritus. Qui fingit ait,ſpiritũ hominis in eo. Id quod regius vates non eſt oblitus dicens.Qui fingit ſigillatim corda eorum. Imo & archiphilo ſophus ille. 3. de generatione animalium cap. 3. animam rationalem noſtram de foris eſſe conceſsit.Tu lege commenta. noſtra ad libros Ariſt.de anima. ¶ *Propter.*[e]) Iuſtè indignati Deum nobiſcum oſtendit:quia etſi de Iudæis ſit ſermo,ad omnes mortales producere illum poſſumus. Iratus eſt igitur Dominus propter iniquitatem auaritię eorum.Auaritia nanque illos monebat idola colere: falſo perſuaſos cultum illum illis quæſtuoſum eſſe futurum. Ideoque, quia radix idololatriæ auaritia erat,

Qui[a] autem fiduciã habet mei, hæreditabit terram: & poſsidebit montem ſanctum meũ. Et[b] dicam, Viam facite, p̃bete iter, declinate de ſemita,auferte offẽdicula ꝺ via populi mei. Quia[c] hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans ęternitatem:& ſanctũ nomẽ eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu:vt viuificet ſpiritũ humilium,& viuificet cor contritorum. Non[d] enim in ſempiternum litigabo neque vſque ad finem iraſcar:qa ſpũs à facie mea egredietur:et flatus ego faciam. Propter[e] iniquitatem auaritiæ

Quæ habitat Deus.

Deus habitat æternitatem.

Deus creator humanę mentis.

Pſalm. 32.

Iob. 22. Pſalm. 17. 3. Regũ. 8. Pſalm. 96. 2. Reg. 22. 1. Timo. 6.

erat, illam idololatriam vocat. Nam qui fornicatur, vt mœchetĕ mœchus eſt Ariſtote. 5. Ethic. teſtante. ¶ *Vias.*[a]) Deus contemplatur vias noſtras, ideſt, opera noſtra & recordatus eſt, quoniam puluis ſumus, propterea noſtri miſeretur, quia ipſe nouit figmentum noſtrũ. Ideo ſi contriti ſimus ipſe ſanat nos. Et Iudæos captiuitate moleſtiſsima abactos, ab illa in pace in propria reduxit, qa ipſe eſt, qui vulnerat ꝓpter ſcelera noſtra, & ſanat propter gratiam ſuã, & conſolatur nos ĩ omni tribulatione noſtra, & abſtergit lachrymas ab oculis ſanctorũ ſuorum, & creat fructum labiorum pacem.

Pſal. 102.

Iob. 5.

eius iratus ſum, & percuſsi eum: abſcondi à te faciem meã, & indignatus ſum: & abijt vagus in via cordis ſuis. Vias[a] eius vidi, & ſanaui eum, & reduxi eum, & reddidi conſolationes ipſi, & lugentib⁹ eius. Creaui fructum labiorũ pacem, pacẽ ei qui longè eſt, & qui propè, dixit Dominus, & ſanaui eum. Impij autẽ quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt, & redundãt fluctus eius in conculcationem & lutum. Non eſt pax impijs, dicit dominus Deus.

Prophetæ nanque obiurgabant Iudæorum praua geſta, cuius obiurgationis fructus fuit pax, quia tandem obiurgati reſipuerunt, & Deo ſunt reconciliati: vt vitam tranquillã apud proprios agerent lares. Atqui cum vera pax ſit per Chriſtum orbi conceſſa, huius miſcet, ſermonẽ: quippe Paulus ad Epheſ. 2. hunc locum cõ memorat: ſiquidem Chriſtum donaſſe pacem ijs, qui longè, id eſt, Gentili populo, & ijs, qui prope, ideſt, Iudaicæ natiõi docet. Atverò hęc vberrima Chri pax, etiam ſi oĩbus offeratur, cæterùm impij non illa fruuntur. Supra quoque cap. 48. nonnihil de hac attigimus re.

Apoc. 7. Eſaiæ 25.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 58.

Prædicatorum munus hoc vaticinium continet.

Lama[a].) Si ergo Dominus ſanare amat peccatores, & viuificare ſpiritus humiles atque contritos, quibus ſolum pax hæc diuina donanda promittit: quid ſupereſt ô Eſaia, cui & conſolandi pios & obiurgandi impios concreditum eſt munus, niſi, vt & perpetim clames, voce ſonora & vocaliſsima tones, vt vel ſic alto dormiẽtes ſomno diuinis tuis clamoribus excitari valeant, & excitati melius iam quam ſapuerunt mortales ſapiant, & ad meliorem vitæ frugem ſe conducant, ne tantis à Deo propoſitis donis, ſint ingrati, ſed potius ſuas Deo vocanti adaperiant cordis aures? Clama igiturne ceſſes, Hyperbole eſt: aliquando eñ ceſſandũ à clamore erat, & alijs vitæ neceſſarijs incumbendum. Clamat quoque Chriſtus prophetarum

Clama[a], ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuã, & aununtia po-

Luce. 18.

Ioan. 7.

tarum dominus. Et clamabat, ait, euangeliſta, qui habet aures audiendi audiat. ¶ *Etenim* a.) Tumidum ex ſanctimonia ſupercilium Iudæis, vt hæc oſtendunt verba, fuit coæuum. Nam legimus quoque ſub Chriſto quã intumuerint ſacerdotes & ſcribæ, & Phariſæi, illius gentis. Vnde etiam ieiunia iactabat ille, Lucæ. 18. qui in templo ſtans aiebat, Ieiuno bis in Sabbatho. Atq; opera exteriora tanti coram Deo æſtimantur quanti animus ipſe vnde proficiſcũtur coram Deo æſtimatũ. Porrò ex diuinarũ legũ ſcrutinio Iudæi gloriabantur, Id quod nunc legimus apud Eſaiam. Me ait quotidie quærũt, & ſcire vias meas volunt, Quotidie autem quærere Deum eſt diuinas ædes iugiter verſare, & ſacrificijs, & oblationibus incumbere aſsiduè: & diuina ſcripta voluere manu nocturna, atque diurna. Rogantq; me iudicia iuſtitiæ, id eſt, prophetas meos voluentes per illos me rogant & conſulunt de faciendis. Quæ ſanè vniuerſa quis vitio daret, ſi ex animo prodirent puro? At ſemper illud illis occinitur, Matth. 15. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. Nam laudatorijs, & hymnidicis labijs, ſacrificijs, decimis, & ſcrutinio ſcripturarum ſatagebant Iudæi Deo accedere: at intima eorum plena erant fraude, & rapinis. Et tales illos inuenit Chriſtus, quales modo deſcripſit Eſaias: & hoc erat Chriſti prothema aduerſus illos, vt mundarent viſcera, Matth. 23. quæ fœtẽtia gerebant, etiam ſi extrinſecus plebibus picturatos pietatis vultus oſtẽderent. Dicebant ergo cũ Deo ex poſtulantes. ¶ *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti* b?) Etenim ieiunabant quando calamitatum tempeſtas illos deterrebat, & non aſpiciebat deus: quippe non erãt Deo grata illorũ ieiunia. Propterea non libe rabat à preſſuris quibus quatiebantur, vt vel in de apud ſe colligerent inſipidas Deo eſſe illorũ abſtinẽtias. Humiliare vero animas eſt ſe premere flagellis, & macerationibus: quæ Deus eò neſciebat, quia reſpuebat. ¶ *Ecce.* c) Quæſtioni motæ Deus per vatem ſuum reſpondet, non eſſe Deo plauſibilia ieiunia, niſi quæ ex Dei amore procedũt. Qualia non erãt horum ieiunia: nam qui odit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non videt quomodo diliget? 1. Ioannis. 4. Iſti autem ieiunabant, & ſub ieiunijs ſuis fratres opprimebãt iniuſtiſsimè. ¶ *In die, ait, ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra* d.) Id eſt veſtræ auaritiæ indulgetis,

pulo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim a de die in diem quærunt, et ſcire vias meas volũt: quaſi gẽs quæ iuſtitiam fecerit, & iudiciũ Dei ſui non dereliquerit, rogãt iudicia iuſtitiæ, & appropinquare Deo volunt. Quare b ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce c in die ieiunij veſtri inuenitur volũtas veſtra d, & omnes debitores vros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, no lite ieiunare ſicut vſque ad hãc diẽ, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? nunquid contorquere, quaſi

Bona exteriora à Deo æſtimantur ex animi cãdore quo fiunt.

Ieiunia quę Deo grata.

& debitores veſtros repetitis. At debitum petere, non eſt iniuſtum: verum debita ex vſuris exigere, iniquum eſt. Id quod iſti actitabant. Hocque ſic intellectum iri ſequentia exponunt. ¶ *Diſſolue,*

Contractus vſurarij faſculi deprimentes.

ait, *colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes*[a].) Contractus nanque vſurarij erãt huiuſmodi colligationes impiæ. Nanque tametſi cum alienigenis id permitte-

Deute. 15.

Deuter. 23.

batur, id temporis Iudæis commercia celebrare vſuraria: at cũ indigenis diuina vetabat lex. Hypocriticum igitur hoc loco vituperatur ieiunium, vt Dominus quoque, ait, Nolite ieiunare, vt hypocritæ triſtes. Ieiunant enim, vt appareãt hominibus ieiunantes: tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam lua. Apparebant autem triſtes, vt modo

Matth. 6.

Eſaias expreſsit, quia ex nimia inedia vertigine contorquebantur, in circulum acto capite, item vultum macie gerentes confectum, & ſubpallidum à natiuis cardinibus facies ſuas eliminabãt. Ideo ait; Exterminant facies ſuas. Scitè autem Ariſtoteles documentũ tradidit, vt auaritiæ mederetur, ſi auaros in diuerſum vitium torquere coneris, id eſt, in prodigalitatem. Nam facilius prodigum ad liberalitatem, quam auarum deduces. At verò longè ſapientius Eſaias, auaros Iudæos ad miſericordiam pauperum flectit. ¶ *Frange*, ait, *Eſurienti panem tuum*[b].) Iſti enim ad quos dirigitur Eſaiæ ſermo ſubſtantiam pauperum deuorabant: & illos validè opprimebant extorſionibus varijs & pauperes detinebant iniuſtis carceribus, ſi non ſoluiſſent malè parta pauperibus vnde corraſa ſunt, & malè ab ipſis exacta refundere Eſaias modo iubet. Eſt autem faſciculus deprimẽs idem, quod catena, quam dixerat de medio tollendã, id eſt, onera grauia, quę miſeris pauperibus Iudęi diuites imponebant, in dies debita iniqua ex vſuris aggregantes noua. ¶ *Tunc erumpet quaſi*[c].) Lumen frequẽter admonuim' in ſcriptis ſacris diuinam gratiã, atque fauorem

circulum caput ſuum, et ſaccum, & cinerem ſternere? nunquid iſtud vocaui ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes[a], dimitte eos qui cõfracti ſunt liberos, et omne onus dirumpe. Frange eſurienti panem tuum[b], et egenos vagoſque induc in domum tuam, cùm videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne deſpexeris. Tunc[d] erũpet quaſi mane lumen tuum, et ſanitas[e] tua citius orietur, et anteibit faciem tuã iuſtitia[c] tua, et gloria Domi-

indicare. Miſericordibus igitur Deus pollicetur lumen matutinum. Et egregiè, ait, matutinum, vel quaſi mane. Etenim lux matutina ſolis omnia viuentia mira voluptate perfundit. Id quod modulati garritus, & dulces auicularum cantus procul dubio docent. Erumpet ergo quaſi mane diuinum lumen, miſericordibus: quia eximiè diuina potientur gratia. ¶ *Et ſanitas*[d].) Id eſt liberabit te dominus à calamitatibus. Quippe beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. In die mala liberabit eum dominus. ¶ *Et iuſtitia*[e].) In diuinis oraculis iuſtitia abſolutam animi virtutem denotat: vt ex declamatione ad. 55. caput diſcere poteris. Miſericordiam igitur puram, & ſynceram, iuſtitiam appellat. Quoniam iuſtus iudex

Miſericordibus optima repoſita ſũt præmia.

Pſalm. 40.

Iuſtitia qd in ſcripturis denotet.

Matth. 25.

Chriſtus

Chriſtus de operibus miſericordiæ cum venerit iudicare ſeculum per ignem rationem cum hominibus ſubducet: & qui miſericordia fulſerit, is reputabitur cœleſti palma dignus: qua immiſericors indi-

gnus. Hæc igitur iuſtitia præcedet faciem miſericordiũ. Nanque poſt mortem miſericordię operibus nõ eſt locus. Vt Salomon ſcripſit. Præcedentibus autẽ miſericordiæ meritis gloria domini colliget iuſtos, quia ad illam recipiẽtur. Et quanquã Lutherus iuſtitiam humanorum operum inſaniens neget, Eſaias concedit. Et ante ibit, ait, faciem tuã iuſtitia tua. ¶ *Tunc*[a].) Erunt quoque preces ornatæ miſericordię ex audibiles à deo. Nam qui fratris miſeretur Domino fœneratur, & in qua menſura metimur fratres nobis remetietur. ¶ *Si abſtuleris*[b]). Catena hæc falciculus eſt deprimens, cuius iam meminerat. Extendere autem digitum, quod fortè vulgato Hiſpanorum ſermone eſt, motejar con los dedos, idem eſt quod digito extento, aut porrecto alijs conuitiari. Quare Septuaginta tranſtulerunt, Si abſtuleris à te colligationem, & ordinationem, & verbum murmurationis. Si hæc igitur præſtiteritis ô Iſraelitæ in tenebris, id eſt, calamitatibus veſtris, diuina lux diuinusque fauor, atque præſidium vobis præſto erunt: & vertentur calamitates veſtræ in magnam gloriam veſtram. Nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ: ideoque erunt, vt lux meridiana: quæ fulget tenebris nõ impedita. ¶ *Et implebit*[c]. Alius interpretatur, & ſaturam reddet in ſiccitatibus, animam tuam. Pro ¶ *Splendoribus*[d].) Et vtraq; tranſlatio habet perſpicuum ſenſum, aut quia tẽpore famis Dominus alit ſuos: vt Eliam, quem per coruum pauit, aut quod exi mijs fauoribus dignabit Deus ſeruos ſuos. Cæterùm nomen Hebraicum, qđ apud Eſaiã ſcribitur Sahe Saot, à verbo Sahach, deriuatur: quod aruit ſignificat, aut exiccatum eſt: vnde Sehihim loca arida ſunt Hebræis. Quare illud, quod prædiximus nomen germanè per ſiccitates redditum eſt. Verũ quia idem verbum in ſexto ordine claruit eſt: ideo claritates, aut ſplendores legitimè etiam transferri potuit. ¶ *Et eris*[e].) Miſericordiæ copiam diuinæ affuturam famulis Dei Eſaias oſtẽdit. Cum ipſis nanq; eſt in tribulationibus, vt eripiat eos, & tandẽ glorificet. ¶ *Et ædificabuntur*[f].) Locus ambiguus

ni colliget te. Tunc[a] inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adſum, ſi abſtuleris[b] de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt. Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus Deus tuus ſemper, & implebit[c] ſplẽdorib[9d] animam tuam, & oſſa tua liberabit: & eris[e] quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ædificabuntur[f] in te deſerta ſeculorũ: fundamenta generationis, & generationis ſuſcitabis: & vocaberis, AEdificator ſepium, auertens ſemitas in quietem.

Eccle. 9.

Contra Lutheranũ dogma.

Matth. 7.

Roma. 8.

Sahe Saot, & Sahach qđ hebręis.

Ex varia ſignificatiõe verborũ varia tranſlatio.

Pſalm. 90.

biguus eſt, neque quid velit peruium eſt. Hebræi annotante Gloſſa ordinaria, ad reædificationem templi & Hieroſolymæ locum torquent, alij vt Gloſſa, & Nicolaus ad eccleſiam nouam, quam Chriſtus in Apoſtolis fũdauit. Aut ſenſus eſto, ſi miſericordes,& pij fueritis ô Iſraelitæ, veſtra pietas atque clementia in gentes exhibita, & contribules veſtros dilatabitis, prouincias veſtras. Nihil enim tam mortales inuicé conciliat, quam liberalitas,Ariſtotel.teſtante. Parabitis ergo innumeros amicos,qui ad veſtra veniẽt,vobiſcũ manſuri ex veſtri nois celebritate,atq; eleemoſynarũ liberalitate pellecti,adeò vt ſit vobis neceſſe,vt accolis nouis locum apud vos faciatis in ſolitudinibus, & deſertis locis vrbes condere nouas: & eritis glorioſi conditores nouarũ vrbiũ: auertetisq; ſemitas in quietẽ, quia ſemitas itinerarias,quas iter facientes procul cabãt,nouis conditis vrbibus, in loco ſemitarũ requieſcent ſemitæ, à calcatione, hoc eſt nõ calcabuntur. ¶ *Si auerteris* a.) Dixerat de miſericordia proximis præſtanda,dixerat de iniurijs auertendis,à fratribus,iam ea quæ ad cultum, & religionem conducunt, proponit, quale erat tunc auertere à Sabbatho pedem,id eſt,quieſcere in die Sabbathi ab operibus ſeruilibus. Erat nanque magnus dies ille Sabbathi apud Iudæos. ¶ *Et vocaberis* b.) Septuaginta aliter ediderunt, *Et vocabis Sabbatha delicata Sancta Deo tuo.* Alius tranſtulit, Tunc vocabis d ſanctum delicatum. Et quanquam varius ſit ſermo, ſenſus eſt non varius. Curioſos enim volebat eſſe Sabbathi colendi Iudæos Deus,& in delicijs ſpiritualibus,monet modo Iudęos Eſaias diẽ Sabbathi expẽdere & nõ in laboribus corporalibus. Sabbathum igitur delicatum appellat, aut quia delicatiſsimè,& moroſiſsimè obſeruandum iniungebatur olim, aut quia delicijs ſanctis tũc erat vacandum. Si legas vocaberis ad obſeruatores refertur, qui dicũtur Sabbatha delicata: quia vſurpatur numerus ꝓ numero. Quippe exactiſsimè amantes Sabbathi cultũ, ipſo noĩe amati, & culti Sabbathi nuncupant. Amatores nanq; ab amatis nomẽ ſibi conciliant. Si legas, vocabis, ex phraſi ſcripturæ conſueta intelliges vocabis, id eſt, erunt tibi Sabbatha delicata. ¶ *Et glorificaueris* c.) Quale dixerit Sabbathum delicatum & laude dignum demonſtrat modo ſi non libidini & iniquitatibus,vacetur in eo. Dum non facis, ait, vias tuas & rectè peccata vias noſtras dixit, & voluntates noſtras illas quas corruptus ſuggerit appetitus. Hîc habes abnegationes euangelicas, & apoſtolicas mortificationes. ¶ *Tunc* d.) Alta terra & ſublimis ſecurior eſt habitantibus,& ſalubrior,quam terra humilis. Promittit igitur præſidia certiſsima, & qđ tandẽ reducendi eſſent, à captiuitate in Hieroſolymam, quæ ſublimis & montoſa eſt. Tu aũt conſidera ſub iſtis terrenorum bonorũ corticibus cœleſtes fructus Deũ polliceri, & ſub vmbra literæ ſpiritualia adumbrantur. Omnia, quæ

Si auerteris a à Sabbatho pedẽ tuum, facere voluntatẽ tuam in die ſancto meo, & vocaueris b Sabbathum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris c eum dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: Tunc d delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollãte ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui: os enim Domini locutum eſt.

Matth. 16.

4. Ethic. ca. 1. & 1. Retho. ca. 9.

Ioan. 19.

Sabbathum delicatum quid ſit.

Lucæ. 9. Coloſſen. 2.

quæ in declamatione ad caput. 55. denarrantes illud Domini verbum, Beati miſericordes, diſſeruimus, in caput hoc deducere commodè poteris, & rurſum quæ in hoc capite egimus illò non ineptè reducere. Ab vberiore autem de ieiunio tractatione abſtinui. Vereor enim ne plus iuſto tomus iſte increſcat.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 59.

Vaticinium diuinam miſericordiã commẽdãs.

ECCE [a].) Miſericordiam proximis impendendã hactenus vates noſter abundè monuit: nunc Deum eſſe miſericordem erga nos, ſedulò docere ſtudet. Vnde exorditur,

Ecce [a], non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare neq̃at [b]: neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat: Sed iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, et digiti [c] veſtri iniquitate: labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra iniquitatem fatur. Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neque eſt qui iudicet vere, ſed cõfidunt in nihili, & loquuntur vanitates: concepe runt laborem [d], & pepererũt iniquitatem. Oua [e] aſpidum rupe-runt, & telas ara

Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat [b].) Qui ergo non ſaluantur ſuum vitium non regerãt in Deum, quaſi vero Deus ſit impotens ad ſalutem donandam. Et rurſum ſi nõ audit clamores nros, non eſt, quia oppletas habet aures cæra, vt obſurdeſcat: at peccata noſtra inculpa ſunt, quòd ipſe non propicietur nobis: & perinde ſe gerat erga nos, atque ſi non audiret. Manus, ait, veſtræ pollutæ ſunt ſanguine. Dixerat nanque illos auaros eſſe: auari autem rapinis, vſuris, fraudandisq; proximis incumbũt. Sunt enim tanquam leones voraciſsimi ſemper parati ad eſcam, id eſt, pauperum ſubſtantiam deglutiendam. Et ſicut venatio leonum onager, Eccleſi. 13. ita pauper diuitis eſt venatio. ¶ *Et digiti* [c].) Explicat quid voluerit metaphoricus ille ſermo, *Manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine*, ſubdens, *Et digiti veſtri iniquitate*. En tibi quẽ cõmemorat ſanguinem. Confidebãt autem in nihili. In idolis nanq; iactabant confidentiã ſuã: at idolum nihil eſt. ¶ *Conceperunt laborem* [d].) Id eſt, mente tractant proximis ſuis iniurios eſſe: & quod mente conceperũt, opere abſoluũt, proximos lædẽtes. ¶ *Oua* [e].) Egregia metaphora iniquorum opera noxia, & inutilia eſſe euidens faciens. Aſpidum nanque oua qui rumpit, mortem ſibi parat. Aſpis nanque effracto ouo exiliens effractorem morte mulctat. At aranearum ſubtiliſsimæ telæ & tenuiſsimæ cum ſint inania,

Pſalm. 13.

1. Corin. 8.

& nullius commodi ſunt. Ad eũdem prope modum & impiorum impia opera noxia ſunt autoribus, nam in operibus manuum ſuarum comprehẽſus eſt peccator, & incidunt in foueam quam fecerunt. Vnde fugit impius nemine perſequente. Quod ſi quæ præſtiterint bona, illis ad vitam æternam ſunt inutilia. Nanque propter illa non recipientur ad æterna tabernacula, quia impiorũ ſunt. ¶ *Quod confotum eſt a.*) Id eſt, quod manibus preſſum eſt ouum, erumpet in regulum. Septuaginta vero *frangens* ediderunt, *vẽtilatum, reperit, & in ipſo regulum.* Et in eundem omnia recidũt ſenſum, etiã ſi legamus cõculcatũ, vt alij verterunt. Neq; mireris huius loci variã editionẽ. Nã Hebraicè legimus Vehazureh, id quod à verbo, Zara ortũ habet. Quod tñ multiplicẽ habet ſignificationẽ, iam ventilauit, ſeu diſperſit, iam circunligauit &c. denotat. Nomẽ vero Sepah (vnde ſeponi aſpidum) regulus, ſcilicet, vel aſpis eſt: qđ autẽ vertit noſtra editio regulũ, Hebræis ſerpentis ſpecies eſt, à verbo pahah: ſortaſsis vipera eſt, qđ vero regulus ſit ſupra diximus. Eſt etiam regulus auis. 8. de hiſt. anima. cap. 3. cuius eſt vermiculos petere, cuius modo non fit mentio, habes etiam apud Ariſtot. 8. de hiſtoria animal. capit. 19. Ictum aſpidis ſine remedio lætalem eſſe, & plura alia de aſpide habes. 9. de hiſtor. cap. 6. ¶ *Pedes b.*) Paulus Romanis ſcribens cap. 3. Hunc Eſaiæ indicat locum, tanquam vaticiniũ ex ponẽs Iudaicã perfidiã: & hocidẽ agit Eſai. Et re vera pedes Iudęorũ tunc pſertim ad malũ feſtinarunt, qñ ſanguinem Chriſti innoxiũ fuderũt. ¶ *Et viã pacis c.*) Quæ Chriſtus eſt) nam ipſe eſt pax noſtra. *Ipſi neſcierunt, & omne iudiciũ peruerterunt*, innocentem patibulo affigẽtes crucis. Semitæ eorum incuruatæ ſunt eis. Nam diuinæ ſcripturæ, quas ipſi terebant incuruatæ ſunt (non per ſe) ſed illis. Nã adhuc qñ Moſem legunt habent velamẽ obducens inſipiẽs cor eorũ, & oĩs Iudæus, q illas teritignorat pacẽ. i. Chrm ſub eis latere. Aut ſi mauis vias dices Iudaicas eſſe incuruas, ꝓpterea dixit, qa impiorũ viæ ſunt obliquæ ducẽtes ad inferni ꝓcipitia: iuſtorũ autẽ ſemitæ rectæ, & lucidæ ſunt: nã recta tẽdũt ad patriã cœleſtẽ. Obſerua quoq; contritionẽ hõc loco in malũ vſurpari. Nãq; perinde eſt atq; ſi dixiſſet, Viæ illorũ ſunt cõtritæ, & diſſipatæ, ruinoſæ atq; infœlices. Paulus aũt ſuo more nõ dixit, Vaſtitas, & cõtritio, in vijs eorũ ſed, Cõtritio, & infœlicitas ĩ vijs eorũ. Admonuimus eñ non ſemel hoc familiare eſſe apoſtolis, & euãgeliſtis, retento ſenſu verba inſtrumẽti mutare veteris. ¶ *Propter d.*) Legitur corruptè in quibuſdam Biblijs noſtris

Pſalm. 9. Pſalm. 7.

Prouer. 21.

neæ texuerunt: & quod confotum eſt[a], erumpet in regulum. Telæ eorum nõ erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes[b] eorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem innocẽtem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vaſtitas & contritio in vijs eorum. Viam pacis[c] neſcierunt, & non eſt iudicium in greſſibus eorum: ſemitæ eorum incuruatę ſunt eis: omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter[d] hoc elongatum eſt iudicium à vobis, & non apprehendet vos iuſtitia:

Eccle. 21. Eccle. 17. Sapien. 10. Sapien. 1. Prouerb. 4. &. 3. Roma. 3.

Apoſtoli & Euãgeliſtæ retento ſenſu verba ꝓphetarum mutant.

noſtris vobis, aut vos, ſiquidem eſt ſyncera lectio. *Propter hoc elõgatum eſt iudicium à nobis, & non apprehendet nos iuſtitia.*) Et ſunt verba Eſaiæ ſub perſona Iudaici populi prolata, & habent ſenſum hunc. Noſtris depoſcentibus culpis iniurias nobis illatas à gentibus non vlciſceur dominus. ¶ Nam *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ.*a) Vtiq; expectant huc vſque Iudæi lucẽ, quippe hactenus ſuum prẽſtolantur Meſsiam. At ecce tenebrę: qa tenebris errorum inuoluti ſunt. Indies enim magis obdureſcunt palpant enim diuinas muſas ſicut cæci. 2. ad Cori. cap. 13. & in meridie impingũt: quia clariſsimã & micantiſsimã euãgelij lucem, tanquam veſpertiliones fugiũt, & ſunt in caligi noſis locis, quaſi mortui, ideſt, iã deliteſcimus in ſepulchris noſtræ perfidiæ, quaſi mortui. Nã qui non credit in Chriſtum mortuus eſt.

expectauimus lucem, & ecce tenebræ, [a] ſplendorẽ, & ĩ tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut cęci parietem, & quaſi abſq; oculis attrectauim⁹: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caligoſis quaſi mortui. Rugiemus [b] quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditãtes gemimus, expectauimus iudicium, & non eſt: ſalutem, & elongata eſt à nobis. Multiplicatæ ſunt enim iniquitates nr̃æ coram te, & peccata noſtra non reſpõderunt nobis: quia ſcelera noſtra nobiſcũ, et iniquitates noſtras cognouim⁹, peccare et mentiri contra dominum: et auerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei noſtri, vt loqueremur calũniam et tranſgreſsionẽ: concepimus, et locuti ſum⁹ de corde verba mẽdacij. Et conuerſum eſt retrorſũ iudicium, et iuſtitia longe ſtetit: quia corruit in platea veritas, et æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas ĩ obliuionẽ: & qui receſsit à malo p̃dæ patuit: & vidit [c] Dñs, & malum apparuit in oculis eius, quia nõ eſt iudicium, & vidit Deus [d] quia non eſt vir: tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt in quem transfixerunt: expectabant iudicem propicium, & habebunt illũ tanquam leonem rugientem: expectabãt deniq; ſalutem & elongabitur ſempiternò ab eis, vt à cæteris impijs. Cætera patent in hũc vſque locũ. ¶ Et *vidit.*c) In Pſalmo itidem legimus de præparato habitaculo ſuo reſpexit Deus ſuper filios hominũ, vt videat ſi eſt ĩtelligẽs, aut requirens Deum, & nullum inuenit: imò, Omnes, ait declinauerũt & inutiles facti ſũt &c. Hunc eundem lapidẽ verſat Eſaias modo. ¶ *Vidit*, ait, *Deus* aut *Dominus.*d) Hebraicè enim habetur Iehoua quia non eſt vir ſubaudi iuſtitiã amans & exercẽs. ¶ *Et apporiatus eſt.* e) (i. moleſtè tulit. Qđ dixerat ſupra, Et vidit Dominus & malũ apparuit in oculis eius, quia nõ eſt iudicium, ideſt, qui iudicium exerceat ſuper terrã. Propter hoc igitur apporiatus eſt. Eſt idẽ loquẽdi tropus, qualis ille, Et tactus dolore cordis intrin-

Matth. 24. Ioan. 19. Amos. 3.

Pſal. 32.

Gene. 6.

Ioan. 11.

¶ *Rugiemus.*b) In die iudicij rugient quaſi vrſi, & gement inſtar columbarum. Nam

intrinsecus. Est enim metaphorica loquutio: in Deo enim stupor non est, neque molestia. Causam autem molestiæ subiecit, Quia non est, qui occurrat, ideſt, non est qui Deo sese pro cæteris obijciat, subaudi, qui precibus suis diuinam iram submoueat. Aspicis ne quanta sit Dei erga homines benignitatis procliuitas. Deus desiderat vt pij se opponãt ne sequiat in impios. Desiderat enim suæ vindictę obstaculum, quia magis illi cordi est peccata relaxare, quam punire. Vides ne rursum, quam syncera sit theologorum doctrina asserens, neminẽ Deo satisfacere ad ęqlibre posse, pro offensa illata, nisi vnus CHRISTVS? id quod subsequentia indicant. ¶ *Et* a) Ideſt ipsi sibi facere satis voluit. Nullus ad rigidam iustitiam satisfacere potest Deo excepto Christo. Saluauit, ait, sibi brachium suum: & iustitia sua ipsa confirmauit eum. Quasi dixisset euidentius, Vidit nullum esse mortalium, qui iram suam succensam contra homines mitigare valuisset, ideo ex sua potentia, atque bonitate tanto malo occurrit Deus. Nam non ex operibus nostris, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, ad Titum capitulo. 2. Iustitia igitur Dominicæ passionis. ¶ *Ipsa confirmauit eum.* b) Ideſt, sanctorum prædestinationem stabilem fecit. ¶ *Indutus.* c) Quia decreuit brachio suo salutem humanam efficere, per CHRISTVM, videlicet, idcirco induit se armis, ideſt, lorica, & galea, & induit vltionem tanquam vestem aduersus Satanam. Lorica CHRISTI flagella sunt: & galea capiti imposita corona spinea est. Istis induitur armis fortissimus noster armatus CHRISTVS vt fortis alterius armati vasa velociter & potenter diripiat, & spolia distribuat. Lege declamationem de passione Domini. Legimus quoque in libro Sapientiæ Deum contra impios indueturum arma hæc mystica. ¶ *Sicut.* d) Ideſt, talis erit feruor Domini aduersus Satanam, sicut esset solet, quando hostibus iniurias rependimus. Et vicissitudinem reddet insulis, ideſt, infidelibus, qui Satanæ adhærebunt: quippe de illis quoque, vt & de suo principe vltionem capiet, per insulas, vt ex parte totum infidelium globum totum intelligens. ¶ *Timebunt.* e) Reuerebuntur Dominum omnes quotquot sunt mortales, quando viderint oppressos CHRISTI hostes. Vt enim olim hostes Israelitarum pœnas dederunt: nam submersit Pharaonem & copias eius in mari Rubro: ita tandem submerget & ad Tartara deprimet Deus Christianæ fidei aduersarios, aduersum quos inuehetur fluuius violentus, qui rapido feratur eosdem ingurgitaturus cursu. ¶ *Quem Spiritus Domini.* f) Id-

Arma Christi.

Lucæ. 11.

Sap. 5.

Lege declamatio de finali iudicio

Exo. 14.

& aporiatus est, quia non est qui occurrat: & [a] saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum: [b] Indutus [c] est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius, indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Sicut [d] ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet. Et timebunt [e] qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab ortu solis gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini [f]

Ephe. 6. 2. ad Thessal. 5.

eſt, diuina poteſtas coget, ideſt, ad immanem voracitatẽ excitabit. Sermo eſt metaphoricus diem ſubindicans nouiſsimũ impiorum extremam luem futuram portendens.

¶ *Et.a)* Propoſita impiorum ſupma clade, piorum ſupremas quoque indicat glorias. Nã Siõ, ideſt, Sioni deus erit redemptor: quia fidelibus (quos per Sion ſubintelligit) dies ille non miſeriæ ſed redemptioni erit. Scitote quoniã appropinquat, ait, redemptio veſtra.

cogit, & a) venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob dicit Dominus. Hoc b) fœdus mecum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodo, & vſque in ſempiternum.

Hoc.b) Euangelicũ eſt hoc fœdus q̃ eſt ſempiternum fœdus. Et verba euangelica non recedunt de ore eccleſię catholicę quæ cũ hymni dico illo canitiu giter, Abſcondi eloquia tua in corde meo, ne peccem tibi. Luc. 11. Pſal. 118.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Cap. quinquageſimum nonum Appendix.

TROPOLOGICA Declamatio, de exterminanda obduratione humani cordis, cuius prothema eſt. Non eſt abbreuiata manus Domini vt ſaluare nequeat. Eſaiæ. 59.

VERBA HAEC QVAE dicendi de exterminãda ab humano corde noxia obduratione quam ſæpè gerit ne diuino ſpiritui cedat mihi initium dabũt, ſunt ſatis equidem grata audientibus. Nihil enim gratius eſt auribus noſtris, quàm Eſaiam audire docentẽ, non eſſe abbreuiatã manum domini vt ſaluet. Roboratur nanq; debilitas noſtra quãdo certa fide tenemus, Deum eſſe potentem vt ſalutem nobis indigentibus impendat: ſcimus enim Deum poſtquam plura donauerit nobis, adhuc potẽtem eſſe plurima donare. Etenim exhibens Deus nobis munera diuina ſubſtantiã nõ extenuat ſuam. Et ſuam potentiam in nos fundens, non propterea breuiatur. Quippe infinitas vires habet, vt poſsit, & viſcera miſericordiæ inexhauribilia, vt velit de nobis benè mereri. At verò ſubit duo conferre inuicem miranda. vt excollatione horum tibi prõptiora ſint, quæ in hac declamatione differenda ſunt. Quare ſi prothematis cum cohęrentibus ſibi librauerisverba ad ſtuporem cogent. Alterum eſt nõ eſſe abbreuiatã manum Dñi, vt ſaluet. Eſt nanq; infinita gaudens potẽtia: prõptiſsima quoq; eſt, vt quod poteſt perficiat. Alterũ vero eſt quod tã obſtinata & obdurata ſit noſtri cordis tenacitas, vt illam coarctemus, & vt ſic dixerim breuiemus. Quis hæc ſi rectè & ad iuſtam deduxerit conſiderationis lancem, non mirabitur, vt humana malitia eò ſe exerat peruicaciæ atque inſolentiæ quò diuinam bonitatem atq; poteſtatem (alioqui non coãguſtabilẽ) ſtringat vt ita loquar & breuiet. Qđ ſi hũc moraris ſermonem

Duo mirãda diuina poteſtas & noſtra obduratio.

ſermonem, audi Matthæum capitulo. 13. Non fecit ibi, ait, virtutes multas propter incredulitatem illorum: & Marci capitulo ſexto. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Non erat ſanè abbreuiata Chriſti manus, vt in patria ſua miracula ederet: at vero iniquitates conterraneorum obſtiterunt, quo minus id præſtitiſſet. Et quid eſt quod Paulus Romanis ſcribens teſtatur, Qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, niſi bonitatem Dei & poteſtatem in contumacia & cordis perfidia breuiare? Sub Eliſæo propheta vaſis non extantibus nouis, olei ſtetit multiplicatio: quippe vaſa in quibus diuinæ miſericordię infunditur liquor, humanæ ſunt mentes: quod ſi ſteterint & à recipiendo diuino liquore ſe ſubduxerint contumaciter, & diuina quoque miſericordia ſtabit. Neque vitium eſt liquoris, qui ſe multiplicare amat: vaſis porrò vitium eſt ſe, ne imbuatur ſubducentis, vt qui prauo vtitur regimine corruptaque dieta medicamenta etiam optima in frugifera facit, & illarum vim medicatiuam coarctat, & detinet, ne quod donare ſalutis poterant abſoluant. Et qui ſolis micantiſsimis radijs obicem opponunt, ne illuſtrentur & ne incaleſcant, nũ vitio dabunt ſoli, quod in caliginoſo verſentur loco, aut quod frigeſcant? Et qui magiſtrum adepti ſunt diſertiſsimum, & in docendo ſolertiſsimum, ignauia tamen preſsi nihil addiſcunt, nunquid magiſtro ſuccenſebis, quod diſcipuli amuſi ſint? non arbitror. Deo igitur omnipotenti cuius vires nunquam abbreuiantur neque exhauriuntur, nemo ſuccenſeat, ſi non ſaluat: ſed noſtra deſidia, & mentis noſtræ obduratio in culpa ſunt, quod ſub peccatis noſtris nos ſuccumbere ſinat. Ipſe vocat nos & renuimus vocantem auſcultare: ipſe extendit manus ſuas beneficia largies, & non aſpicimus. An non iuſta eſt Dei indignatio, vt nos quoque contemnat? ſi obdureſcimus, ratio exigit vt ipſe quoque obdureſcat? vt Eſaias clamat, Propter hoc elongatum eſt à nobis iudicium, & non apprehendet nos iuſtitia. Et ſubdit, Palpauimus, vt cæci parietem, & quaſi ſine oculis attrectauimus: impegimus meridie, quaſi in tenebris. Poſtquam enim homo in peccatis obcalluit, in illorum numero referendus eſt, qui dixerunt Deo, Recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus. Iſti ſunt, qui contempſerunt diuitias diuinæ benignitatis: & theſaurizant ſibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Iſtos commemorans Paulus ad Epheſios capitulo. 4. ait, illos ambulare in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienatoſque eſſe à via Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum. Et ſatis conſonè cum verbis Eſaiæ dudum indicatis hæc Paulus commemorat. Iſtud nanque eſt palpare parietes ſicut cæci, & in meridiana luce impingere. Quippe ſimul atque induruit in perfidia, aut peccatis animus humanus, an non cæcutit, & palpans graditur, & in meridiana offendit luce? Etenim neque diuina aduertit ſuplicia, neque diuina conſiderat beneficia: vt ſuo genio ſeruiat. Ideo deſperantes, ſemetipſos tradiderunt ſe impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam, vt Cain ille deſperauit dicens, Maior eſt iniquitas mea, quam, vt veniam merear. Quæ ſi dixiſſet fratriſcidij grauitatem exaggerans veniam à ſe non propulſaret. At verò quia conclamatam ſibi credebat culpæ donationem, abbreuiatamque eſſe putauit manum Domini propterea deſperati animi verba ſunt, & in meridiana impegit luce, neſciens miſer diuinæ clementiæ theſauros inexhauribiles eſſe. Nuſquam enim abbreuiata eſt manus Domini, vt non ſaluet: neque aggrauata eſt auris eius, vt non audiat. At verò obdurati animo, vt ſibi ab-

blandian-

Noſtra inſolentia ſtringit diuinæ bonitatis curſum.

Rom. 1

4. Reg. 4.

Prouerb. 1.

Eſa. 59.

Ioh. 12.

Rom. 2.

Ephe. 4.

Gene. 4.

blandiantur aggrauatam Dei credunt aurem ne audiat, breuemque Dei miſericordiam, ne opituletur vt dixerunt illi, Non
Pſal. 93. videbit Dñs, & non intelliget Deus Iacob digni proinde ſunt etiam ne exaudiãtur à
Cap. 7. Domino. Et factum eſt, inquit, Zacharias ſicut loquutus eſt, & non audierunt. ſic
Sap. 1. clamabunt & non exaudiam. Obſeruas, quia Deo obſurdeſcimus, ipſe quoque cuius auris zeli eſt patentiſsima obſurdecit. Et hoc ipſum capitulo. 1. teſtabatur Eſaias cum hoc genus hominibus verba faciens. Cum multiplicaueritis, ait, orationes non exaudiam. Et prouerbia Salo-
Prouerb. 1. lomonica idem conteſtantur. Tunc, ait, inuocabitis me, & non exaudiam. Et apud Ezechielem, Cum clamauerint ad
Ezech. 8. me voce magna non exaudiam. Et hoc genus teſtimonia paſsim offendes in diuinis oraculis. At cur ita? num quia auris Dei aggrauata eſt, aut cæra, aut plumbo
Actor. 7. oppleta? minimè. Sed cur? quia iſti Spiritui ſancto reſtiterunt, & cor habent pluſquam lapideum. Rurſum non exaudiuntur, quia iniquitates eorum diuiſerũt Deũ ab illis, & peccata eorum abſconderunt faciem Dei ab iniquis, ne exaudiret. Eſaiæ
Deus propter noſtram obdurationem nõ tollit animæ præſidia. capitu. 59. Abſcondere autem faciem eſt, diuina præſidia ſubmouere temporalia, quando fame, peſte, belli, & id genus homines impios Deus premit: at ſpiritualia nuſq; tollit, illa, inquam, quæ ad Dei notitiam, & vitam parandam æternam ſat ſunt. De qua re declama. noſtram conſule ad caput Eſaiæ. 6. Obduratio igitur cordis eſt, quæ abſcondit à nobis diuinos fauores, ne in preſſuris noſtris exaudia-
Thren. 3. mur. Oppoſuiſti nubem tibi, ait Hieremias, ne tranſeat oratio. At dices, Ecquid ſi obduratus quiſpiam in Dominum, conuerſionem ad Deum precatur? num non exaudietur? vtique exaudietur, ſi tamen ex animo precetur. Nam prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in
Pſal. 144. veritate. Hunc nanque, emolliri & liquari à diuino ſpiritu ardenter cupientem, durum ne dixeris? At verò qui vellet ſanè à peccatis priſtinis ceſſare, cæterum tametſi vellet, verum non vult ab eis deſiſtere, durus ſanè eſt, neque dignus, qui exaudiatur. Demum qui neque vult, neque vellet à peccatis ſe ſubtrahere, at in illis potius poſtremos exhalare ſpiritus amat, hic duriſsimus eſt, & indigniſsimus, cui dominus ſuam porrigat manum. Iſti ſunt, quibus concinna admodum ſunt Eſaiæ prælibata verba, Oua aſpidum ruperunt, & telas aranearum texuerunt. Et-
Obduratia animo q ſunt tenim aſpidea oua ſunt obdurata corda, quorum peſtis venenata interdum non ſentitur: quippe ſæpè ducunt in bonis dies ſuos, & pro votis illis ſuccedunt, quæ optant. At verò nondum ſunt rupta oua,
Iob. 21. quæ virus condunt, donec corpore per mortem fracto ipſa quoque oua rumpentur, quia tunc manifeſtabit Deus conſilia
1. ad Cor. 4. cordium. Tunc quantum veneni gerebat obduratio habenti, vniuerſis patebit. Propterea ait, Qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum erumpet in regulum, ſiue in aſpidem, aut viperam. Orem calamitoſam hoc genus fouere oua? Quid nanque eſt hæc fouere oua, niſi gla-
Obdurati ua aſpidum fouent. dium contra fouentem acuere? quid rurſum aliud eſt, hæc fouere oua, quam læti-fera augere venena, & intra pectoris tui penetralia hoſtem indies corroborare, vn de crudelius in te ipſum atque vegetius in ſaniat, & ſtrangulet? Quamobrem chariſsimi, ſi manus Domini largiſsima eſt. vt ſaluet, & auris promptiſsima, vt exaudiat, at iniquitates præpediunt & obſtant, quominus tanta largitate fruamur: ſuper eſt, vt illas malè valere ſinamus.

DILVCI-

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 60.

SVRGE.[a]) CAPVT hoc graphicè eccleſiæ primitiuæ maieſtatem exprimit & veluti diuino penicillo deſcribit & ſub ſacris rerum temporalium velamentis ſpiritualem eiuſdé magnificentiã oſtẽdit. In calce vero capitis, vt à militia ad palmam deducat, ad triumphantem eccleſiam ſtylum conuertit. At in Hebraico codice, neque in Hieronymi tranſlatione, neque in biblijs emendatioribus Hieruſalem hîc legimus: quanquam in plæriſque alijs extet. Id quod mutuatum eſt ex Septuaginta interpretum verſione, quæ ſic habet. *Illuminare illuminare Hieruſalem.*) Non enim ſurgere verterunt, vt Hebraica habet veritas: nam comi Hebræis ſurgere eſt. Sunt porrò verba Eſaiæ primitiuam eccleſiam alloquentis, vt ſurgat à tenebris infidelitatis prioris, & det operam vt fide illuſtretur. Docuerat nanque cap. proximo Deum immenſum habere miſericordiæ tramitem, quem tamen, ne nos alluat, vitium noſtrum oppedit. Ideo adhunc libandum incitat dicens. *Surge illuminare quia venit lumen tuum.*) Ideſt Chriſtus, qui eſt lux verâ illuminans vniuerſum orbem: ſub quo ppior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus. Eſt enim tempus hoc acceptabile, & Deo placitum, vt mortales omnes iam placido exaudiat vultu, & fide & amore Chriſto hærere ſatagant. ¶ *Et gloria Domini ſuper te orta eſt.*[b]) Ideſt certiſsimè orietur. Nanq; primitiua eccleſia præclariſsimis fulſit miraculis, quæ vocat gloriam Domini: quippe illa videntes Deum magnificabant, qui talem poteſtatem dedit hominibus. ¶ *Quia.*[c]) Vtiq; Iudæi omnes & gentes quæ luce fidei nõ ſunt perfuſæ in tenebris ambulant, & velut cæci impingẽtes in meridie, Chriſto docente, Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: & contra, qui non ſequitur Chriſtũ in menſis tenebris, & caligine mentis obruitur. At ſuper eccleſiam oritur dominus, ideſt, diuina Dei claritas, hanc illuminat. De ortu autem temporali Chriſti ſi verba haberentur non congrueret ſenſus: nanque dominus non Hieroſolymis ſed in Bethlehẽ natus eſt. Quare nihil neceſſe eſt legere Hieruſalem. Ortus autem hic domini per nouam fidei eſt illuſtrationẽ. Quare ſi verteretur ſurge vt illumineris perſpicua eſſet lectio, atque ſenſus non eſſet ambiguus: ſiquidem illuminare iam actionis eſt, iam vero paſsionis. Actionis ſane verbum eſt illud Zachariæ, Illumina re ijs, aut eos, qui in tenebris ſunt: paſsionis verò hoc loco, Surge illuminare, ideſt, vt illumineris. ¶ *Et ambulabunt.*[d]) Tanta fuit eccleſiæ CHRISTI illuminatio, vt illuſtraret omnes gentes. Ite, ait, docete omnes gentes baptizantes eas, &c.

Vaticinium maieſtatem ſpũalem ecclęſię primitiuæ declarans.

Surge,[a] illumina re Hieruſalem: quia venit lumẽ tuum, & gloria Dñi ſuper te orta eſt.[b] Quia[c] ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt[d] Gẽtes ĩlumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti cõgregati ſunt, venerunt tibi:

Iſai. 59. Ioan. 8.

Ioan. 1.

Rom. 13.

2. Corin. 6.

Luc. 1.

Mar. 16.

Et non

Matth. 28. Et non ſolum gentes pauperes, atque viles, imò & reges & illuſtriſsimos quoſque ſiue philoſophos ſiue proceres quoſque fides Chriſti illuſtrauit. At verò eccleſia catholica hoc decantat vaticinium in celebri epiphanię feſto: nõ ſolum quia Magos illuminauit ſplendor diuini radij, quin etiam, quia Magi ſuſceptaſi de initium fecerunt fidei gentibus vniuerſis donandæ. Tu lege declamatiõem noſtram de epiphania domini.

Illuminatio cœleſtis per Chriſtũ eſt vniuerſalis.

filij tui de longe venient,[a] & filię tuæ de latere ſurgent. Tunc [b] videbis, & affluës, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando [c] conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij Madian et Epha: [d] omnes de Saba venient, aurum et thus deferẽtes, et laudẽ Domino annuntiantes. Omne [e] pecus Cedar cõgregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi: offerentur ſuper placabili altari meo, et domum maieſtatis meæ glorificabo.

¶ *Filij tui de longe venient.* a) Gẽtes per fidem Chriſto copulandas recenſet, iam inter filios eccleſiæ, quas quoq; Ioannes Euangeliſta filios dei vocat, qui diſperſi erant. Nanque quod certũ eſt apud diuinam præſcientiã atque præfinitum, vt fiat eſſe iam factum Eſaias ducit, nempè ſpiritu vatidico illud præuidens. Ideo ait, Filij tui de longe venient. Quia in omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines terræ verba eorum, Et rurſum multi venient ab Oriente, & Occidente & recumbent cum Deo Abrahã, &c. *Et filiæ tuæ de latere ſurgent.*) Quia omnem ſexum admittit ad lauacrum regenerationis eccleſia: circunciſio autem maſculinum tantum initiabat ſexum.

Ioan. 11.

Pſal. 17.

Matth. 8.

¶ *Tunc videbis.* b) Quando videris gratiam Dei etiam gentibus impartiri, miraberis Hieroſolyma, vt Petrus ex linteo cœleſti illo admonetur, & geſta etiam denarrant apoſtolica Iudæos fideles obſtupuiſſe vidẽtes quod in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt cap. 10. At dilatum eſt eccleſiæ cor quia non coercetur carnis anguſtijs, ſed fruitur ſpiritus libertate. 2. ad Corinthios. 3. ¶ *Quando.* c) Multitudo maris, ſunt nauigantes ipſi, & gẽtium fortitudo, ſunt fortiſsimi vel illuſtriſsimi quique gẽtium: quos omnes p̃dicit vẽturos ad fidem Ieſu Chriſti. Et idem eſt, quod ſequitur inundatio camelorũ operiet te. *Dromedarij Madian & Epha.* d) Hæc duo regiones ſunt pro dromedarijs, Eſaias habet Bicere. Quam dictionem Kimhi expoſuit camelos eſſe iuuenes. Alij vero pullos camellorũ. Becor em̃ primogenitum ſignificat. Et ſenſus eſt camelos cum pullis ſuis onuſtos diuitijs & pretioſiſsimis quibuſque auri & argenti copijs, venturos ad eccleſiam CHRISTI illam copijs corporalibus ditaturos, & refecturos. Nam ſi ſpiritualia vobis ſeminauimus, magnum non eſt ſi carnalia veſtra metamus, Gentibus dicebat Paulus. Eſt autem Saba, quam Hebræi Seba, vocant, orientalis quædam regio. Arabiam vero fœlicem etiam Sabæam vocant, vt Petream Arabiam Nabathæam, ſeu Nabatenam, & Arabiam deſertam Schenite aut Scenite. Demum per hæc vniuerſalem orbis illuſtrationem per Chriſtum futuram Eſaias p̃ſignauit. ¶ *Omne.* e) Cedar Arabiæ generale nomen. Nabaiot vero quid velit iã expreſsimus. Pecora igitur, & arietes cõuehenda eſſe ſuper altari

Bicere Hebræis ſunt cameli iuuenes.

Saba

Nabathæa.

Schenite.

1. ad Cor. 9.

Deo

Dignitas ecclesię catholicæ. cap.12.

Deo grato & offerenda non materialia illa ſacrificia(quæ olim Iudæis erant in vſu) in eccleſia Dei vult renouanda Eſaias: ſed aliud lõge præclarius olfecit ſacrificium, cuius Paulus meminit ad Rom.12.Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem, &c. Eſt porrò placabile altare eccleſiæ catholicę,in quo victima ſalutaris offertur, ideſt, corpus & ſãguis Ieſu Chriſti. Lege declamatiões noſtras deauguſtiſsimo altaris ſacramẽto, & aliam de miſſę ſacrificio, & aliam de dignitate catholicæ eccleſiæ, quam hoc loco vocat domum maieſtatis meæ. Quippe quę claret diuina ſapientia, & ſpiritus ſancti ardoribus inflãmatur. ¶ *Qui ſunt iſti.*a) Si ad apoſtololos cæteroſq; verbi euãgelici referas,ppalatores,verè retuleris,vt nubes.n.ocyſsimè per totũ orbẽ volarũt, vt fidẽ Chriſti annuntiarẽt. Vnde & Paulus ſe vſq; ad Illiricũ(qp Sclauoniam noſtri Hipani vocãt)ſe penetraſſe teſtatur. At verò ſi de gẽtibus agatur quæ venerunt ad fidẽ Chriſti recipiendã, itidẽ ſenſus aptus eſt: imo meo iudicio aptior eſt. Primo, qppe ſimul vt intonuit euangelica vox feſtino, multi illã amplexi ſunt. Ideo ſubdit, Et ſicut colũbæ ad feneſtras ſuas,ſui,ideſt,colũbarij. Itaq; gẽtes per gratiã baptiſmi renouatæ,vt colũbæ factę ſunt. Nã Chri baptiſmo Spũs ſanctus in ſpecie columbę interfuit. Quarũ colũbarũ ſctã Dei eccleſia eſt colũbariũ. Nãq; eſt vbi colũbæ iſtæ myſticæ vt in columbario quieſcunt,aluntur,& à noxijs beſtijs defenduntur. ¶ *Me.*b) Hebraicè,Nõ expectabunt,ſed expectãt legimus. Quanq̃ ſenſus mihil variat. Gẽtes enim expectaturas legẽ Chriſti,& patriam cœleſtẽ, & ipſum Chrm videre vt illi dixerũt volumus Ieſũ videre Ioã.12.pręſentiebat Eſaias. ¶ *Et naues.*c)i. non ſolũ qui terram incolunt, verùm, & qui mariatranãt nauibus, Chrm expectabunt ad glorificãdũ illũ, & honore proſequẽdum. Quod ait in principio, ſubaudi,ſicut in principio, quia ſub Salomone multa erat Iudęis nautica negotiatio. Et per mare multa deuehebãtur pretioſa ad Salomonicũ tẽplũ ornãdũ. Naues igitur expectãt,vt vndiq; gẽtium plęroſq; multos deuehãt ad Chri monumenta, & viſenda & oſculãda Hieroſolymis, & auro & argẽto ſuo Hieroſolymã ornabunt in dñi memoriã:vt varię hiſtorię cõmemorãt. ¶ *Et ædificabũt.*d) Nã principes fideles ex gẽtibus aſciti ad Chri eccleſiã,multas eccleſias Hieroſolymis ornatiſsimas cõſtruxerũt:& alibi quoq; in idẽ quoq; opus incubuerunt. ¶ *In indignatione.*e) Percuſsit ſanè gẽtes illas multis irretiri delictis reliquẽs. Erãt.n. tanq̃ ſine deo in hoc mũdo: at tãdẽ eſt miſertus illarũ, illas ducẽs ad caulas Chriani gregis. Eſt autẽ reconciliatio Dei illa quã Paulus cõmemorat, Erat Deus in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Eſt enim propiciatio pro peccatis noſtris. In reconciliatione,ait,mea ſubaudi in Chriſto miſertus ſum tui. Nam nihil dãnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto. ¶ *Et aperiẽtur.*f) Metaphoricus

Qui ſunt iſti, [a] qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Me [b] enim inſulæ expectabunt, & naues [c] maris in prĩcipio, vt adducã filios tuos de longe: argentum eorum, & aurũ eorũ cum eis nomini dñi Dei tui, & ſancto Iſrael: qa glorificauitte. Et ædificabunt [d] filij peregrinorũ muros tuos, & reges eorum miniſtrabũt tibi: in indignatione [e] enim mea percuſſi te, & in reconciliatiõe mea miſertus ſum tui. Et aperiẽtur [f] portę tuæ iugiter: die

Rom.15.

2.Para.9.

Vocatio gẽtium ad eccleſiam.

2.ad Cor.5

1.Ioan.2.

Rom.8.

phoricus ſermo. Etenim ſi magna eſſet frequentia eorum, qui ciuitatem aliquam ingrediuntur, portas reſerare noctu & interdiu eſſet opus, vt pateret ad vrbem aduenis & incolis acceſſus. Significat ergo numeroſiſsimos futuros ex gentibus fideles, quibus tamen non negabitur ingreſſus. ¶ *Vt afferatur.*) Nã Romani imperatores, qui orbem armorum impetu perdomuerũt Chriſto, & ſuæ eccleſiæ colla ſubdiderunt, & gentes, & regna quæ eccleſiæ reſpuunt gremium peribunt ęterno. Nã qui non credidit condemnabitur. Et qui vos audit, ait Dominus me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit, ſermonẽ habens cum apoſtolis, & eccleſiæ magiſtratib⁹ ſuccedaneis apoſtolorum. ¶ *Et.* Ideſt tales gẽtes Chriſtiano lumini rebelles ſolitudine vaſtabuntur, ideſt, redigentur in ſolitudines, à diuina ſubintellige gratia aſymbolæ erunt. ¶ *Gloria Libani.* [b]) Sub arboribus iſtis proceribus mundi quoque proceres, qui ad eccleſiam ſe conduxerunt, intellectos vult. Quid quod excedris abietibus, & cæteris nobilibus arboribus multæ baſilicæ conſtructæ ſunt à principibus catholicis, opere muſæo, & ex teſſellis varijs micantibus, illas inſtruẽtibus. ¶ *Et venient.*[c]) Apoſtolos & Dñi diſcipulos & cæteros Chriſti martyres Romani imperatores & alij tyranni humiliauerunt, illos flagellis, lapidibus, carceribus, fame, ſiti deniq; mortepleẽtentes (id quod frequenter ſcriptura humiliare vocat) at filij illorum & ſucceſſores, qui tormẽtis diuexarunt ſanctos deimartyres, cur ui ad eccleſiam Dei venerunt. Quàm enim ſe curuauerit Cõſtantinus ille magnus patribuscõcilij Niceni: quã que Ambroſio Theodoſius magnus à me iam ſupra indicatum eſt. Catholica porrò eccleſia locus eſt & quaſi ſubſeliũ ſiue ſcabellum diuinorũ pedum. Quippe in hac ſola habitat per gratiam ſuam Deus. Propterea dixit & locum pedum meorum glorificabo. Glorificabitur autem eccleſia hæc quando à bellis, & huius ſeculi certaminibus ad cœleſtes coronas Chriſto duce promouebitur. ¶ *Pro.*[d]) Eccleſia primitiua fuit derelicta ab humanis præſidijs, & odio habita, à gentibus & Iudæis. Nanque fidei Chriſtianæ vbilibet gentium contradicebatur: Iudæi illam ſcandaloſam ducebant, Gentes vero ſtultam illam eſſe reputabant. Cæterum, vt olim filij Iſrael, quo magis affligebantur a regibus AEgyptijs, eò magis numero increſcebant: ita & Chriſti fideles veluti ſanguine martyrum irrigati, vehementius pullulabant. Fuit enim inſtar grani ſinapis eccleſia, quæ minima in principio,

ac nocte nõ claudẽtur, vt afferatur[a] ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. Gens enim et regnũ, quod nõ ſeruierit tibi peribit, et Gentes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria Libani[b] ad te veniet, abies, et buxus, et pinus ſimul, ad ornandum locũ ſanctificationis meæ, et locum pedum meorũ glorificabo. Et veniẽt[c] ad te curui filij eorũ, qui humiliauerũt te et adorabunt veſtigia pedũ tuorum omnes qui detrahebant tibi, et vocabunt te ciuitatem Domini Sion ſancti Iſrael. Pro[d] eo quòd fuiſti derelicta et odio habita, et non erat, qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſeculorum: gaudiũ in generationẽ et generationẽ.

Luc. 10.

Eccleſia opibus exornãda prædicitur.

Pſal. 131. & alibi ſũp. 57.

Act. 28. 1. Cor. 1. Exod. 1. Mar. 4. Lu. 17.

& derelicta & odio habita videbatur, at adeò increuit,vt ſit ea, quam hîc dixit Eſaias ponã te in ſuperbiã ſeculorũ. Quippe eius autoritas,atq; miraculorum maieſtas,maiora ſunt,quam humana ratio excogitare poterit imo ob illã ſtupens infidelis cadens adorabit Deũ. 1. ad Cor. 14. Eſt quoque gaudiũ ſpũs qđ eccleſia habet. Quia certam habet ſpem ad gaudia cœleſtia tandẽ euolaturam. Et gaudium, ait, Dominus,vrum nemo tollet à vobis. Ioann. 16.& Lu.6.Rurſumre petit gaudete & exultate in illa die, & Paulus ad Phi.3.& alibi hui⁹ gaudij memor Gaudete,inquit, iterum dico gaudete. ¶*Suges lac gentium.*[a]) Eccleſia Chriſti paſta eſt eleemoſynis gentiũ,& ornata eſt ſupellectilibus,& donarijs regũ,& illuſtriũ, & dotata eſt opimis vectigalibus,quæ illi gẽtes opulẽtiſsimæ miniſtrarũt:vt Cõſtãtinũ ferunt Romano imperio ceſsiſſe, Silueſtroq; põtificiRomano tradidiſſe:& Romani imperij iura,in eccleſiæ dedit patrimoniũ,tranſtulitq; ſubinde Conſtãtinus ſedẽ imperij in Bizãtinos. ¶*Pro.*[b]) Ideſt diuexationẽ,& paupertatẽ tuã,in præclarã vertã fœlicitatẽ. ¶*Et ponam viſitationem.*[c]) Legimus Luciã virginẽ edoctã ex diuina inſtructione edixiſſe pacẽ quæ data eſt eccleſiæ ſub Cõſtãtino magno. Quæ olim multis agebat ſub alijs imperatoribus tribulationibus, & ꝑ exactoribus moleſtiſsimis,qui ab eccleſia impios idolorũ ſacrilegosq; cultus exigebãt,exhibiti ſunt eccleſiæ Chri pacifici moderatores, q illos cultus nefãdos abraſerũt,ꝑ ſus ab eccleſia,et cultũ vnius veri Dei ſanxerũt,ob ſeruãdũ.Hoc eſt qđ ait, Et ponã præpoſitos tuos iuſtitiã, ideſt,iuſta decernentes, & non ſacrilega. ¶*Non.*[d]) Datanã q; eccleſijs pace tumultus hoſtiles ceſſarũt: & fidẽ Ieſu Chri corpore, & animis ſedatis amplexi fideles, Chro canunt gaudenter gloriã. ¶*Non.*[e]) Finem Chrianæ militæ đmõſtrat qualis futurus ſit fœliciſsimus ſanè atq; ętern⁹,nõ egẽs Sole,aut Luna,neq; horũ luminariũ viciſsitudinibus agetur. De quare cõſulere poteris noſtrã de generali mortuorũ reſurrectione declamationẽ. Aut fortaſsis nõ occidet Sol tuus,inquit Eſaias,qa Chrs,qui eſt Sol eccleſiæ Chriſtianæ ſemel mortuus eſt,ꝑpter delicta noſtra:ſed iam non morietur amplius,& mors illi vltra non Dominabitur. Et iſtud eſt quod ait. ¶*Erit tibi Dñs in lucem ſempiternam.*[f]) Cæterũ quia adiecit. ¶*Et complebuntur luctus tui.*[g]) Adfœlicem ſanctorum referre vitam cõmodius erit. Quando abſterget Deus lachrymas ab oculis

Et ſuges lac Gẽtium[a], et mamilla regum lactaberis:et ſcies, qa ego Domin⁹ ſaluans te, et redẽptor tuus fortis Iacob. Pro[b] ære afferam aurum, et pro ferro afferam argẽtum: et pro lignis æs, et pro lapidibus ferrum, et ponam viſitationem[c] tuam pacem,et prępoſitos tuos iuſtitiã. Non[d] audietur vltra iniquitas in terra tua, vaſtitas et contritio in terminis tuis, et occupabit ſalus muros tuos, et portas tuas laudatio. Non[e] erit tibi amplius Sol ad lucẽdum per diem,nec ſplendor Lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucẽ ſempiternã[f],et Deus tuus in gloriam tuam:non occidet vltra Sol tu⁹, et luna tua non minuetur: quia erit tibi Domin⁹ in lucẽ ſempiternã:et cõplebunt dies luctus tui[g].

Catachreſi vtitur Eſai. ſuperbiam vitij nomẽ, vſurpans in bonum. Vt contra ſupra cap. 10. viſitabo ela tum Aſſyrij regis cor, magnificũ appellat, & iſtud obſeruabis aliàs in ſcriptura ſacra.

Sub Conſtãtino imperatore magno data eſt eccleſiæ pax quã prædixerat Lucia virgo & martyr.

Luminariũ viciſsitudo ceſſabit ſub finali iudicio.

culis ſanctorum ſuorum vt Ioannes in Apocalypſi commemorat.c.21.&.22. ¶*Populus autem.*[a])Et ſi modo mixta ſint triticum & palea & promiſcui iuſti, & peccatores:at quãdo Chriſtus venerit iudicare terram, ventilabro ſui iudicij, p mundabit areã, ideſt, eccleſiam ſuã: & ſeparabit frumentum electum & paleas comburet igne inextinguibili. Tunc verè dicetur populus tuus omnes iuſti:quia omnes iuſti à primo ad nouiſsimum conflant eccleſiam Chriſti. Qui omnes ſunt germen plantationis diuinæ,ideſt germina diuinæ gratiæ, & opera diuinæ manus ad illius gloriam conpoſita. Quia etſi naturæ opera Deum glorificant,multo vehemẽtius diuinæ gratiæ munera,quæ ſunt ſupra naturæ ordinem. ¶*Minimus.*[b])Nã ex pauciſsimis fidelibus qui fidem Chriſti coluerunt in principio eccleſię,ingens copia per totum ſuccreuit orbem,vt ſcitè dixeris, Exiguũ fonticulũ excreuiſſe in fluuium magnum. ¶*Ego.*[c]) Deꝰ polliceturſe hoc p̃ſtiturum ſubito: quando venerit plenitudo temporis, vt mittat filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege.At non hoc ita intellectum velis, vt putes eccleſiam ſubito creuiſſe: nam ſenſim incrementa accepit ſua.At humanatio diuini verbi ſubita fuit.Subito enim carnem accepit,quæ non organis fuit paulatim diſtincta,vt noſtra,at ſubito ſenſum,mẽtem & ſibi debitam figuram accepit.

Matth.3.

Populus autem[a] tuus oẽs iuſti in perpetuũ hęredi tabũt terrã,germen plãtationis meæ,opus manꝰ meæ ad glorificãdũ. Minimus[b] erit in mille , & paruulus in gẽtẽ fortiſsimã : ego[c] Dominus in tẽpore eius ſubito faciam iſtud.

Hester.10.

Gal.4.

Iuſti omnes germina ſut diuinæ gratiæ.

Caro Chri non fuit organis diſtincta moroſè vt noſtra ſed in pũcto cõceptionis.

Finis Libri Quarti.

DILVCIDATIO NVM ET DECLAMA-tionum tropologi. in Eſaiam Prophetam.

LIBER QVINTVS.

Dilucidatio in Caput ſexageſimumprimum Eſaiæ.

Vaticinium de Chriſti vnctione.

SPIRITVS.[a]) Nouacap. huius materia nouo libro & poſtremo, harum dilucid. initium faciet. Etenim verſat Chriſti Domini noſtri ſpiritualem vnctionem, vnde Meſsiæ nomen æquiſsimo ſibi Chriſtus vēdicat nomine. Spiritus[a] Domini ſuper me, eo quod vnxerit me. Quam vnctionem ipſemet Chriſtus inſinuās ait, Quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum &c. Hæc nanque paterna ſanctificatio, ipſa eſt ſpiritus ſancti vnctio. Et ſi rem hanc libratè pendis beatiſsimæ & arcanæ Triadis myſteria hoc inſinuari loco non obſcurè diſces. Ait nāque Spiritus Domini ſuper me. En tibi tria & ſpiritum, & Domini, & me. Spiritus equidem ſanctus eſt, at Dominus pater eſt & me filium Chriſtum, qui vngitur, denotat. Filius autem non vngitur à patre, & ſpiritu ſancto, vt filius Dei eſt, at vt virginis filius eſt. Hæc autem vnctionum primas tenet quod verbum patris ſit filius matris. Id quod gratiæ vnionis eſt. Cæteræ vero vnctiones huius cōſequiæ ſunt, ideſt, habituales quas theologi vocant gratiæ infuſionē ſcientiæ & donorum donationem. At vero legimus lib. Reg. 2. c. 5. Dauid regē primo regnaſſe ſuper cōtribules ſuos ideſt ſuper Iuda tribū dein vero ſuper omnes tribus, duodecim. Et ante quā regni adminiſtraſſet iura fuit à Samuele vnctus in medio fratrum ſuorum. 1. Reg. 16. & quæ erat intra domeſticos lares celebrata per Samuelem vnctio, dein propalata fuit & publicitus euulgata qñ regni iura à Iudæorū tribubus omnibus Dauidi cōcedūtur. Dominus itidē Ieſus intra ſepta virginei cœnaculi ab Spiritu ſancto in Meſsiam vngitur: quia verbū caro fit: qñ profundūſilentium tenerent omnia & nox in ſuo curſu medium faceret iter. At vero quod intra virgineos cancellos agebatur, paulatim manifeſtatur. Natus nanque ab angelis Meſsiam eſſe natum euulgatur, à paſtoribus, & à Magis adoratur, tandem exaltatur in cruce & vniuerſa ad ſeipſum ſinevi traxit. *Spiritus* igitur *Domini*, ait, *ſuper me, eò quod vnxerit me.* Et ſunt vatis verba Chriſti perſonam incarnatam gerentis. Nanque Eſaiæ verba hęc non congruunt. Quippe quanuis ipſe libertatem Iudæorum prædicauerit, à captiuitate illa Babylonica: cęterum ſi omnia quę hoc cap. complexus eſt Eſa. in vnum contuleris, excedere illā corporum libertatē facilè cōprehendes: vt etiam verba ſuperioris capitis. Quidquod Chri autoritati omnia argumēta cedant, qui Luc. 4. hūc, quē verſamus locū de ſemetipſo voluit intelligēdū. Hodie, inquit, impleta eſt hæc ſcriptura in auribus vris. Eſt ergo ſpūs Dñi ſuper Chrm: quia illum vnxit. Etem Spūs ſctūs ſuperior eſt Chriſto, quatenus homo eſt, alioqui vt Deus illi eſt æqualis. At vero hęc vnctio in gratiā noſtram

Ioan. 10.

Sanctę triadis myſterium ex Eſaia.

Vnctio habitualis.

Dauidis vnctio & proceſſus in regnum Chriſti gerūt typū.

Sap. 18.

Ioan. 14.

Ex Chriſti autoritate hoc caput & Chriſto eſt interpretandum.

noſtrã celebrãtur. ¶ *Ad annũtiãdũ*, inquit, *manſuetis miſit me, vt medeorer contritis corde.*[a]) Vnde crediderim ſi nõ eſſent humanæ ruinæ, ſi nõ eſſet humanę naturæ captiuitas à Satana, nequaq̃ ſpiritualis hæc vnctio extitiſſet, vt verbũ caro fieret. Ait enim eò qđ vnxerit me ad annũtiãdum manſuetis miſit me, & cætera quæ ſequuntur. Aduertẽdũ autẽ eſt Lucã Septuaginta editionem ſequutũ indicaſſe locũ hũc. *Spiritus Dñi ſuper me propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me.* &c. Etiã ſi Lucas adiecit hoc, dimittere confractos in remiſsionem. Id quod neq; Septuaginta neque hebraic[o] Eſa. codex habet. At lucas à ſenſu (vt idẽtidẽmonem[o]) verborũ Eſai. nihildiſceſsit. ¶ *Vt prædicare.*[b]) Gratiæ euãgelicæ tempus, eſt annus placabilis Dño. Eſt em̃ euangelica gratia, quę veteres patrũ promiſsiones implet, quæ legales vmbras illuſtrat, quę peccata ſoluit, quæ Satanã ligat, quæ cœleſtia reſerat, & inferna obdit. Hic aũt ann[o] Deo placidus, eſt dies vltionis, qppe huius mũdi princeps eiectus eſt foras. Et fortis armatus diabolus cuſtodiẽs atriũ ſuum. i. humanã naturã à fortiore. i. Chro eſt ſuperatus. ¶ *Vt ponerẽ.*[c]) Fortitudinẽ neq; hebraicè legimus, neq; .70. ediderunt: ſed litera hæc eſt, vt dem lugẽtibus in Siõ, dem inq̃ coronã, aut ornamẽtũ pro cinere. Defunctis nãq; patribus mœrore affectis, qđ ꝑplixis detinerẽtur tenebris, dedit illis coronã vitæ æternæ Chrs, ad inferos deſcẽdẽs: & viuis quoq; fidelibus gaudiũ cõtulit, illos ſua reſurrectiõe beans, & ſpe certa illos donãs futũræ beatitudinis. Nolite, ait, time Luc. 12. re puſillus grex, qa cõplacuit patri vro dare vobis regnũ. ¶ *Vocabũtur.*[d]) In eccleſia Dei ſunt fortes iuſtitiæ, quippe ſctĩ martyres perſequutionẽ paſsi ſunt ꝑpter iuſtitiã: & alij plæriq; eminẽtiſsimè iuſtitiã euãgelicã coluerũt. Iſti ſunt Dñi plãtatio, ad glorificãdũ. Nõ em̃ ſunt plãtatio ſpuria, q̃ nõ plãtauit Chri pater quæ eradicabit: ſed q̃ ipſe ꝑ ſanguinẽ Chri plãrat. ¶ *Et.*[e]) Apoſtoli nanq; Matth. 15. deſertas à ſeculo gẽtes & à Deo alienas ędificauerũt, in nouã Chri eccleſiã. ¶ *Et.*[f]) Ideſt ex gẽtibus eligã mihi apoſtolorum meorũ vicarios q greges cõcreditos verbo veritatis paſcant. Et vineæ nouæ meæ ipſi vinitores erũt. Nanq; præclariſsimos habet Chri eccleſia ex genere gentiũ doctores, qui gregẽ Chri paſcũt: & vineã. i. Chrianã eccleſiam eximiè coluerũt, qui Apoſtolorũ vices gerũt. Ideoq; ſermo Eſaiæ ad Iudæos habetur. Quippe apoſtoli

Verbum patris non humanaretur ſi homo nõ labereturex Eſaia.

Euangelicæ gratiæ primæ ſunt dotes.

Ioan. 12.

Luc. 11.

qꝑ vnxerit me: ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde[a], & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: Vt prædicarem[b] annũ placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolarer omnes lugẽtes: Vt ponerẽ[c] fortitudinem lugentibus Sion, et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris et vocabuntur[d] in ea fortes iuſtitiæ, plãtatio Domini ad glorificandum. Et[e] ædificabunt deſerta à ſeculo, et ruinas antiquas erigent, et inſtaurabunt ciuitates dẽſertas diſsipatas in generationẽ et generationẽ. Et[f] ſtabũt alieni, et paſcent pecora veſtra: et filij peregrinorum, agricolæ et vinitores veſtri erũt.

q̃ui ab illis originẽ ducũt,primarij ſunt ecclеſiæ magiſtri & paſtores. ¶*Vos autẽ.*a) Apoſtoli ſacerdotes Dñi fuerunt. Illos nã q; fecit Chriſtiani orbis Chr̃s paſtores,& rectores,& doctores. Propterea miniſtri quoq; ſunt Dei nr̃i nã legatione functi ſunt pro Chr̃o illiusq; miniſterio, addictiſsimi: & illius fidẽ ad ſanguinẽ vſq; tutati ſunt. ¶*Fortitudinẽ.*b) Ideſtoptimaquę quæ gẽtiũ vobis cedẽt in alimoniã. Et apoſtolorum ſucceſſores pinguiſsimis ſacerdotijs ſunt donati,ex gẽtium cõuerſarum ſubſtantijs. ¶*Et in gloria.*c) Dixi mus ſupra in annotatione marginali vocẽ ſuperbiæ (quæ vitiũ elationis denotat) per catachreſim vſurpari ab Eſaia in bonũ vt contra bona nomina vſurpari in malũ. Iuxta quẽ loquendi ritũ in gloria earum (ait) modo ſuperbietis. Quippe excellẽtia literarũ, imperij, diuitiarum, quibus gẽtes erant conſpicuæ tranſlata ſunt in eccleſiã Chriſti: vt olim filij Iſrael ſuperbierunt in gloria Aegyptiorum. ¶*Pro.*d) Septuagin ta *ſic ſecundo* poſsidebunt terrã tranſtulerunt. Et niſi diuines, non aſſequeris quid velint. Fortaſsis rectè expones ſi dixeris a poſtolos primo poſſediſſe terram, quãdo diffuſi per orbem euangelium annunciarunt: & tũc poſſederunt terrenorum hominũ corda: dein vero illorũ vicarij atq; ſucceſſores illorum meritis terrenas itidem poſſeſiones acceperunt in ſuas, quas tamen Apoſtoli neglexerunt. Non enim quęrebãt humanã, ſed ipſos homines, Paulo teſtante ſecundo ad Corinthios duodecimo. Non enim ait. Quæro veſtra ſed vos. Nihil nanque eſt quod ita euangelicum moretur fructum, quam ſi apud auditores lucri ſpe illud prædicari ſuſpicetur. Ideo apoſtoli ab iſtis ſe exuerunt ne fi des in ſuis initijs ſentibus iſtis obducta ſuffocaretur, ideo victu & veſtitu contenti euangelium fœliciter enarrauerunt, vt idem aiebat apoſtolus, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.

Ephe. 4. 1. Cor. 5.

1. Timo. 6.

Lege Bedã de tropis ſcriptu. Sacræ.

Exod. 11. & 12.

Septuaginta interpretatio difficilis exponitur.

Vos autẽ[a] ſacerdotes Dñi vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis: fortitudinem[b] gẽtiũ comedetis, & in gloria[c] eorum ſuperbietis. Pro[d] confuſione vr̃a duplici & rubore laudabũt partem eorum[e]: propter hoc[f] in terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia

Cæterum vt noſtra intelligatur planè tranſlatio in memoriam reducere oportebit, id quod alias admonuimus in ſcripturis diuinis certum numerum pro incerto vſurpari. Pro duplici igitur confuſione, perinde eſt atque ſi dixiſſet, Pro multis iniurijs, quas fideles Chriſti ſubſtinebunt, & pro duplici rubore ſiue pudore, non geminatum in proportione dupla ſubintelligit pudorẽ, aut erubeſcentiam: ſed nimiam erubeſcentiam. Et quod ſequitur. ¶*Laudabunt partem eorum.*e) Ideſt, variæ iſtæ, quibus ſancti torquebũtur iniuriæ & ignominiæ cedent in laudem ſanctorum: quippequi dederunt animas ſuas, vt Chriſti fidem illæſam ſeruarent. Et ita eſt, quoniam in eccleſia Chriſti ſanctorum trophæa iugi memoria celebrantur, & ſummis encomijs proſequuntur. ¶*Propter hoc.*f) Terra ſanctorum nõ eſt, quam calcamus hęc: quod enim exilium ſanctorum eſt, vt terra ſanctorum eſt? Sunt nanque pij fideles ciues ſanctorũ & domeſtici Dei: ideo pro multis quas perpeſsi ſunt calamitatibus exilia agẽtes, in terra ſua, ideſt patria beata, duplicia poſsidebunt, Dño promittẽte Matth. 5. Gaudete, & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et lætitia ſempiterna erit eis. Quæ nõ cõgruunt Iudæis de poſt liminio reuerſis captiuitate ſoluta Babylonica, nã ipſi nõ duplicia poſſederũt pro malis quæ ſub captiuitate pertulerũt: imo ſenes à captiuitate ſoluti memorãtes tẽpli collapſi mirabilẽ fuiſſe ſtructuram,

Numer⁹ certus in ſcriptura pro incerto.

Eph. 2.

1.Eſdr.3. ſturã,& cũ nouo ſub Zorobabel ædificato templo cõferẽtes, flebãt, voce magna.

Ex parte totum ſæpè in ſcriptura intelligitur. ¶*Ego Dñs.*a) Quãq̃ nõ meminit niſi rapinæ ſub parte totũ ſubintelligẽs.i. odio mihi eſt, quidqd̃ ex ſcelere mihi offertur in holocauſtũ. Et ſub holocauſto victimas oẽs libamina, & ſacrificia intellecta vult. Ad eũdem quoq; modũ ſũt & alia habẽda in diuinis ſcripturis,quibus familiare eſt ſub ſpecie genus cõprehẽdere & cõtra.

Ex ſpecie genus & cõtra in ſcriptura intelligitur. Quale illud eſt Leui.20. Qui dederit de ſemine ſuo Moloch, p hoc vnũ idolũ, omnẽ ſacrilegũ idolorũ cultũ vetãs. ¶*Et dabo.*b) Opus fideliũ eſt in veritate:quia filij veritatis ſunt, & veritatẽ profitẽtur Chriſtianã, in cuius tutelam vitã morti exponere parati ſunt.Euãgelica quoq; lex ęternũ fœdus eſt.Nã hic, ait

Mat.26. Mar.14. Luc:22. 1.Ioan.3. 2.Ioan.2. Dñs,calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti.¶*Et ſcietur.*c) Quãquã nondũ apparuit quales ſint ſancti Dei,donec appareat diuina illis claritas,hac tñ coruſcante ſcietur à cunctis gẽtibus eſſe fideles ſyncer os,filios Dei, & inter ſanctos ſors illorũ extabit.Quãquã Ioan.13. Dñs certũ ſym

Sap:5. bolũ ſuorũ diſcipulorum cõmemorat dicens,In hoc cognoſcent omnes, quod æſtis mei diſcipuli ſi diligatis inuicem.Quaſi dixiſſet cũ Eſaia.¶*Iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.*d) Nam diſcipuli Chriſti qui ſunt veri fideles omnes, verè ſunt ſemen ſeu filij Dei.Quod ſi filij & hęredes,

Rom.8. Eph.1. hæredes quidẽ Dei,cohæredes autẽ Chriſti propterea q̃; illis benedixit Dominus, bẽnedictione cœleſti:qa de rore cœli & de pinguedine terrę eſt benedictio illorũ,vti q̃; etiã de pinguedine terræ,qa viri cõſummatæ ſctitatis, vt apoſtoli nihil habentes oĩa poſsidebãt.¶*Gaudẽs.*e)Iſtud interp̃tes ad Eſaiæ referũt p̃ſonã, cui⁹ ſunt hæc verba, ad Chr̃m, quẽ mẽte cernebat vatidica:totusq̃; pin de in illo exultabat. Ego vero mallẽ ſub Chr̃i prolata eſſe p̃ſona. Sub q̃ caput hoc initiũ cœpit ſpũs Dñi ſup me Gaudẽs igit̃, ait Chr̃s,gaudebo ĩ Dño.i.valdegaudebo. Legimus eũ exultaſſe in ſpũ ſctõ. Denarauerat nãq̃; primũ ſe à Deo patre miſſum, vt o pus grãde cõſummaret,p̃dicandi captiuis indulgẽtiã &c. Ob hoc igit̃ lætat̃ Chr̃s in Deo patre,cui omniũ operũ ſuorũ gloriã nũq̃ nõ tribuit.¶*Quia.*f) Veſtimẽta Chr̃i ſunt fideles ſancti oẽs,hi ſunt veſtimẽta ſalutis Eſa.49.quippeq̃ ſalutẽ à fonte ſalutis Chr̃o ſibi cõciliant,ſuntq̃; indumẽta iuſtiti æ. Quia ex ſanguine rubent Chr̃i: vnde donãtur illis peccata,& iuſti reddũtur corã Deo,quos vt iuſtificet pœnitẽtiã elargitur. ¶*Et quaſi ſponſum.*g) Nã qui habet ſpõſam ſpõſus eſt: Chr̃s ergo ſpõſus eſt,d̃coratus triũphali corona q̃ppe rex eſt & pontifex æternus. ¶*Et quaſi ſpõſam.*h) Eſt quoq; Chr̃s ornatus monilibus ſpõſæ ſuæ eccleſiæ:nã qñ merita nr̃a præmiat,munera ſua coronat. Et debuit rurſum per oĩa aſsimilari fratrib⁹:vt miſericors fieret. 70. interpretes.*Sicut ſponſo circũdedit mihi mitram ediderunt.* Cui alludens Vatablus tan

noſcent illos, qa iſti ſunt ſemen, cui benedixit dominꝰ d. Gaudẽs c, gaudebo ĩ Dño, & exultabit aĩa mea ĩ Deo meo: quia f induit me veſtimentis ſalutis, et induméto iuſtitiæ circũdedit me, quaſi ſpõſum g decoratũ corona, et quaſi ſpõſam h ornatã monilibus ſuis.

Gene.49. 2.Cor.6. Lucæ.10. Quæ ſunt Chriſti veſtimenta. Ioan.8. Ioan.3. Heb.2.

quam ſponſum ſacerdotali more ornabit magnificentia vertit. Quę illò tendunt vt Chriſtum ornatiſsimum ſponſum eccleſiæ eſſe ſummumq; oſtendãt eſſe ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech.

¶ *Sicut.*a) Multiplicandos Chri fideles docet, inſtar terræ vberrimæ quæ germinatherbascopioſè: & inſtar horti irrigui, qui irri-

Cõparatio ex Eſaia.

Sicut[a] enim terra profert germen ſuum, et ſicut hortus ſemẽ ſuum germinat

ſic dominus Deus germinabit iuſtitiam, et laudem coram vniuerſis Gentibus.

guo fotus abũdanti luxuriat, in arbuſta, & virgulta: ſic eccleſia Chriſti ſponſa, ſponſo ſuo innumeros ꝓcreauit filios. Quos demiratus Ioãnes, ait, vidi poſt hęc turbã magnã ex omnibus gentibus, & tribubus ſtantes ante Dominum, vt autem hoc cum illo cõſentiat multi ſunt vocati pauci vero electi in propria declama. differui. Apo.7.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput.62.

Vaticinium panegyricũ Chriſti & ſalutis humanæ precatorium.

PROPTER.a) Enarrauerat præclariſsima quæ à Chriſto Eſaias gerenda magnificè prędicerat. In laudem igitur Chriſti & deſideriũ erumpit modo: aitque Sionis amore ſenõ taciturum, & propter Hieruſalem non eſſe quieſcendum illi quo minus pces fundat ad Deum patrem, vt ſaluatorem mittat Chriſtũ, qui eſt vera ſalus mundi. Et quanquam ſolum exprimat Sion, & Hieruſalem, à parte nobiliſsima orbis, totum orbem intellectum vult. Sciebat nanque Eſaias non ſolum Sionis gratia, & Hieroſolymæ, Chriſtum venturum. Cæterum vt ipſe Chriſtus ſe miſſum teſtatur ad oues, quæ perierunt ex Iſrael: propter has quoque oues Eſaias ſe iugiter vacandum, ait, precibus, vt tandem Chriſtus accedat. ¶ *Donec.*b) Chriſtus in ſcriptura familiari ſermone ſplendor, & lux cognominatur.

Propter[a] Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec[b] egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, et ſaluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt Gẽtes iuſtũ tuũ, et cũcti reges in

Matth.15.

Nam eundem ſplendorem gloriæ paternæ & figuram ſubſtantiæ eius Hebræis ſcribens Paulus dixit, id quod nos abundè, noſtra ſententia, in declamatione de beatiſsima Triade expoſuimus. Eſt item lampas illa, cuius Iob mentionem fecit capitulo duodecimo. Lampas, inquit, contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus ſtatutum. Et prę dixerat dudum iuſti ſimplicitatem eſſe ridiculo, ſubaudi inſipientibus, & ſubdit illam eſſe lampadem contemptam. Nempe Chriſtus moribus ſimpliciſsimus eſt, eiusque ſimplicitas in opere, & ſermone, & cogitatione, neque veſtigium fraudis aut culpæ habuit. Hæc eſt enim iuſti huius ſimplicitas: at deriſa eſt à diuitibus. Quia prædicamus (ait Apoſtolus) Ieſum Chriſtum, Iudæis quidem ſcandalum gentibus autem ſtultitiam. Contempſerunt hanc lampadem lucidiſsimam Iudæi, & philoſophi,

Heb.1.

Chriſt⁹ ſplẽdor & lãpas

Locus Iob exponitur.

Chriſs apud infideles lãpascõtẽpta.

phi, mundíque primates illi non cedentes, lucemque Euangelicam technis omnibus curantes obtenebrare: at parata eſt in tempus ſtatutum quod eſt finalis dies. De incredulis enim ſumet Chriſtus pœnas. Hęc lampas eſt, quam vidit Zacharias ſuper cãdelabrũ mica re aureũ. Quia caput Chriſtianæ Eccleſiæ eſt: & demum diuini oculi Danielis capitu. decimo, ardentes vt lampas, deſcribuntur. Accenſa porrò eſt lampas hęc quãdo verbum eſt caro factum. Tunc autem illuſtrauit orbem quando in omnem terram exiuit ſonus eorum: tunc viderunt reges iuſtum tuum, ideſt, Chriſtum non oculis carnis, ſed fidei oculis. At Magi illum viderunt: vnde & videbunt, ait, reges inclytum tuum. Eſt enim Chriſtus in domo Dei inclytus, quia filius Dei eſt, & quia dedit illi Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu, &c. ¶ *Et vocabitur.*[a]) Eccleſia ex Iudæis, & gentibus coaluit, & habet nomen nouum. Primo nanque fideles diſcipuli cognominabantur dein Chriſtiani. Hoc eſt nomen nouum, quod os Domini nominauit nam à Chriſto deriuatur. ¶ *Et eris.*[b]) Eccleſia corona Chriſti eſt, & quid ni? nam ſi Paulus filios ſuos quos Chriſto parturiebat, ſuã eſſe coronam fatetur & gaudium, cur obſecro vniuerſa electorum congregatio, non erit Chriſti corona dicenda? Et diadema regni in manu Chriſti eſt. Quippe nõ temerè aiebat Apoſtolus, Bonum certamen certaui, curſum cõſummaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus iuſtus iudex. Habet ergo Chriſtus diadema regni, vt ſuos coronet electos. Venite, ait, benedicti patris mei percipite regnum, quod paratum eſt vobis ab origine mundi. Hoc eſt illud diadema ſpeciei, ideſt, ſpecioſum, quod ſuſcepturi ſunt ſancti de manu Domini Sapientiæ capitul. quinto. ¶ *Non.*[c]) Diximᵃ non ſemel gentes ex quibus bona Eccleſiæ portio eſt, derelictas fuiſſe, & quia incircunciſæ erãt odio & vilipẽdio fruerũt Iudæis. Nũc autem opprobrium hoc, quo aſperſæ erant gentes abſtergẽdum eſſe prædocet Eſai. ¶ *Sed.*[d]) En tibi nomen Eccleſiæ Catholicæ, hoc eſt voluntas mea in ea. Etenim quidquid extra hanc Eccleſiam geritur, quanlibet heroicæ virtutis habeat ſpeciem, extra diuinam voluntatem eſt. Quia ingratum eſt Deo, & inſipidum eſt, quod ex infidelitate proficiſcitur opus, reliquum vero quod ex infidelitate non eſt, vt alere parentes, & reuereri maiores, etſi bona ſint Deum tamen non promerentur, teſte Auguſtino ſuper Pſalmum trigeſimumprimum. Opera, ait, ante fidem quanuis videantur hominibus mirabilia inania ſunt. Scitè, ait, Ante fidẽ, quia quæ in fideles exercent contra fidem, vt Mahometicus cultus, aut idolotica obſeruatio, hæc non ſolum inania ſunt quinetiam & letalia ſunt: & Deo odioſa. Quæ dicebã ex infidelitate deriuari. At ais Eccleſia nõ hanc nomẽclaturam habet, voluntas Dei in illa. Verum iam hoc ſæpiſsimè aduerti mus ſupra, nomen pro re ſumendum eſſe aliquando. Quãquã igitur nõ ita nominetur Eccleſia, at res ita ſe habet. Diuinum

clytum tuum: & vocabitur [a] tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Et eris [b] corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Non [c] vocaberis vltra

Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius deſolata: ſed [d] vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabit.

Cap. 4. Coloſſ. 1. Ioan. 1. Pſal. 17. Matth. 2. Philip. 2. Actor. 12: Gala. 4. Philip. 4. 2. Timo. 4. Matth. 2.

placitum eſſe ſolum in Eccleſia Chriſti. Quod ſi non obtinet vſus, vt ita appelletur Eccleſia germaniſsima, eſt tamen Eccleſiæ hæc appellatio. Lege dilucidationem ad capitu. 7. ¶ *Habitabit.* a) Septuaginta clari' hũc verterunt locũ, quam noſter interpres. *Et ſicut habitãs*, inquiũt, *iuuenis cum virgine, ſic habitabunt filij tui tecũ: & erit quemadmodum lætabitur ſponſus ſuper ſponſa: ſic lætabitur Dominus ſuper te.* Hæc autẽ habitatio adoleſcentis cũ virgine adoleſcenti conceditur vt ſponſam in domum ſuam ducat: tunc enim tutè habitat. Eſt igitur ſenſus, Vt virgo, quæ ducitur ab adoleſcente in vxorem cum illo habitabit: ita quoque & habitabit Eccleſia cum Chriſto. Siquis, inquit, mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ſum ego illic ſit & miniſter meus. Vel ſi ad fideles referas, ſic habitabunt filij tui tecum, ideſt, fideles in Eccleſia vſque ad conſummationem ſeculi permanebunt, & Chriſtus illis aderit Matthęi vigeſimooctauo. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Aut ſi mauis tranſlationem noſtram expoſitam habere, hoc habebis modo. Habitabit iuuenis cum virgine. Eſt iuuenis hic Chriſtꝰ & vox Hebræa dagueſſata Bahur electum adoleſcentem & ſtrenuum ſignificat. Eſt autem Chriſtus electus, per quem omnis ſanctorum electio conſummatur, & ad ſuum deducitur exitum. Iuuenis ſanè quia annum agens trigeſimumtertium animam in cruce egit. Hic reſurgens à mortuis, ſtrenuus belli triumphator glorioſuſque victor, habitat cum virgine, ideſt, cum Catholica Eccleſia: quæ tanquam virgo prudentiſsima Chriſto per fidem ſponſata eſt. Habitat autem cum Eccleſia per fidem, charitatem, & per alia cœleſtia chariſmata: quæ ſuæ ſponſę ſponſus ĩpartit Chriſtꝰ. Et filij huius Eccleſię quos citra corruptionẽ parit, quia verbo veritatis illos chriſto parit, habitabunt cũ matre ſua Eccleſia. In finem nanque vſque ſeculi fideles pſiſtent. Hoc eſt qđ ait, Habitabũt in te filij tui. ¶ *Et gaudebit.* b) Quia Chriſtus gaudet ſuper Eccleſia proindeque Deus gaudet cum fidelibus. Et nihil eſt opus facto, vt ad maritationem confugiamus, vt Vatablus confugit, ſi amplexus hanc fueris dilucidationem. ¶ *Super muros.* c) Habet Eccleſia Dei cuſtodios angelos: qui neque noctu neque interdiu à cuſtodia ceſſant. Iſtud eſt, non tacebunt. ¶ *Qui.* d) AEſtuans Chriſti amore Eſaias, precibus ſuis aliorum iuſtorũ preces iungi ſibi optat: vt ponat Deus Hieruſalem ſpiritualem in laudem, & ſtabiliat pactum cum illa ſempiternum, hoc eſt pactum Euangelicæ legis. ¶ *Iurauit.* e) Dextera aut ſiniſtra manus in Deo non eſt: qui ſpiritus eſt. At vero dextra principium motus eſt, & vigore præſtantior, quam ſiniſtra, manus eſt. Iurauit igitur Dominus in dextera, ideſt, per vigorem ſuum. Id quod exponunt ſequentia, Et in brachio fortitudinis ſuæ, ideſt, per ſummam ſuam poteſtatem, quod iuramentum rem venturam aſſerit infallibilem quam ſubdit.

Habitabit[a] enim iuuenis cum virgine, & habitabũt in te filij tui. Et gaudebit[b] ſpõſus ſup ſponſam, & gaudebit ſuper te deꝰ tuꝰ. Super muros[c] tuos, Hieruſalẽ conſti tui cuſtodes: tota die & tota nocte ĩ perpetuum non tacebunt. Qui[d] reminiſcimini domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabilitat, & donec ponat Hieruſalem laudem in terra. Iurauit[e] Dominus in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ.

Ioan. 12.

Angeli cuſtodes non ceſſant à cuſtodia nra.

Bahur electus adoleſcens Hebræis.

¶ *Si dede-*

Si dedero[a] triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuũ in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedent, & laudabunt dominum: & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Transite,[b] transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate[c] signum ad populos. Ecce[d] Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion, Ecce Saluator tuus venit, ecce merces ei⁹ cũ eo, & opus ei⁹ co

¶ *Si dedero.*[a]) Ecclesiam suam certam facit de securitate ab hostilibus incursionibus. Id quod etiam si tantisperdum hic militiæ suæ stipendia facit, non consequatur: quia foris pugnæ & intus timores, & caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem: cæterum cum emerita iam fuerit in cœlesti patria æterna tranquillitate gaudebit, ideo sub tritico & vino spiritualia chasmata adumbrat. ¶ *Transite.*[b]) Aduetante principe i egregijs vrbibus mos est vt vias purgent à sordibus, & aspera itinera in planas vias sternant. In quem prope modum Esaias præparanda omnia ad Christi aduentum monet. Id quod Ioannes Baptista Lucæ capitulo tertio, oraculo huius vatis vtens capitulo quadragesimo etiam hortabatur, dicens, Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Parare enim viam Domini est parare viam Domino: & parare viam Domino est portas egredi, & planum facere iter & lapides eligere, id est elapidare vias, vt Esaias nunc ait. Et istud est mentes humanas Deo morigeras, & mites facere, & Spiritui sancto non resistere vt Iudæi restiterunt. ¶ *Eleuate.*[c]) Id est vexillum à vobis, ò Prophetæ leuandum est, vt tanto muneri obeundo nemo desit, imo ad vexilli ostensionem omnes coeant, & Christo aduentanti, viam dignè ornent, & instruant.

2. Corin. 6. Gala. 5.

Esaias ad Christi aduentum nos excitat suscipiẽdum.

Actor. 7.

At vaticinia Prophetarum sunt hoc signum. Est autem metaphoricus sermo Prophetæ, vt quod intendit elegantissimè amplificet. Nanque signa leuantur in altum, vt rei, quæ significatur notitia, ad omnes perueniat. ¶ *Ecce.*[d]) Quia in omnẽ terrã exiuit sonus eorum. Septuaginta, *Ecce tibi saluator aduenit, habens suã mercedem secũ: & opus suum ante faciem suam.* Vtique Christus venit in mũdum habens secum suam mercedem, quam fidelibus suis polliceabatur: nam ipsemet est merces eorum. Ego, ait, sum merces tua magna nimis. Atqui opus eius erat hominum sanguine suo piacula expiare. Istud erat opus, quod erat in Christi prospectu, etiam antequam in nostras carne indutus prodiret auras. Atqui in libro Prouerbiorum legimus seminãti iustitiam erit merces fidelis. Dominus enim reddet mercedem sanctis suis laborum suorum. Hãc autem mercedem conferre Christi est. Qui tanquam Agonotheta currentibus in stadio præmia statuit, secundum rationem laborum quos sancti pertulerunt. Et quanuis apud Matthæum extet illud sedere autem ad dexteram meam, vel siniſtram non est meũ dare vobis, non ideo dictũ quod Christus non sit æterni brauij agonotheta: at qa ex cõsanguinitatis, aut naturæ meritis, hæc ęterna pręmia à Christonõ sunt cõcedẽda, ideo ait, Nõ est meũ dare vobis vt alibi iam nos disseruimus.

Psal. 17. Roma. 10.

Gene. 15.

Opus Christi quale.

Prouer. 11. Sapien. 5.

1. Corin. 9. Philip. 3.

Matth. 20.

Apparens collisio tollitur ex scriptura.

¶ Et

¶ *Et vocabunt.* a) Eccleſia vtique ſancta vocatur congregatio: vt eſt ſymboli catholici profeſſio, Credo vnam ſanctam Eccleſiam. Etiam ſi quidam neſcio quas amantes ingenij acrimonias contendant, in vnam ſanctã Eccleſiam eſſe credendũ: quia ſic legerunt in quibuſdam ſanctorum codicibus. Et in quibuſdam profeſsionibus fidei præfixis quibuſdam Concilijs ita habetur, Credimus in vnam ſanctam Eccleſiam. Tu conſule diuum Cypꝛianũ de ſymbolo fidei. Ego tamen non operoſam puto huius nodi extricationem: ſiquidem Eccleſia, ſi caput ipſum comprehendat, ſcitè dicemus, Credo in vnam ſanctam Eccleſiam: quippe credimus in Chriſtum. At verò ſi Eccleſia ſolum fidelium dicat cætum, credo oportebit dicere vnam ſanctam Eccleſiam, vt etiã profitemur: & hoc germanius eſt. Nanque Eccleſia ſecundum genuinã rationem ſuæ ſignificantiæ non Chriſtum comprehendit: ſed membrorum Chriſti eſt coadunatio, in fide vna, & charitate, & ſpe, & ſacrorum ſignorum communicatione. Et demum longè diſtans ratio eſt capitis, à membris. Si vero grammaticas obſeruationes amas Laurẽtius in annotationibus ad Ioã nemcontendit, idẽ eſſe credere Deo, & credere Deum, & credere in Deum. Quare apud eũ dem nihil intereſt ſiue dixeris credo in Eccleſiam, aut credo Eccleſiam, &c. At Theologica obſeruatio aliud habet.

Credere vnam ſanctã Eccleſiã & invnam ſanctam Eccleſiam.

ram illo. Et vocabunt[a] eos populus ſanctus, redempti à Domino. Tu[b] autẽ vocaberis. Quæſita ciuitas, & non derelicta.

¶ *Tu.*[b]) Diuus Petrus. 1. capitul. ſecundo, idem hanc nobis dilucidat. Vos, inquit, genus electum, regale ſacerdotium, gẽs ſancta, populus acquiſitionis. En tibi liquidò Eccleſiam eſſe ciuitatem quæſitã à Chriſto quam acquiſiuit ſanguine ſuo Actorũ. 20. Neq; hanc relinquet Eccleſiam Chriſtus, vt olim Synagogam. Vt ergo caput hoc Synagogæ aptabitur germanè? Neutiquam illi niſi violẽtè accommodabitur: ſiquidem dereliquit Dominus populum illũ vt primo iã per ſuos diuulgarat vates.

DE SENSIBVS TROpologicis ad Cap ~~quinquageſimum~~ 62 ſecundum Appendix.

TROPOLOGICA declamatio prima, De purificatione beatiſſimæ Virginis Mariæ, cuius prothema eſt. Ne detis ſilentium ei donec ponat Hieruſalem in laudem. Eſaiæ. 62.

VERBA HAEC exhortatoria eſſe Eſaiæ, quibus cæteros vates ſacros admonitos vult, vt precibus inſtãter efflagitent Chriſti aduentum, diximus iam. At vero huius prolixæ efflagitationis, huiuſq; anxij ſanctorum deſiderij, dies præſens fœliciſſimum demonſtrat exitum. Hodie nanque Hieruſalem illa præclariſsima ciuitas in laudem à Deo ponitur. Nam quæ vnquã maior à quoquam excogitari laus poteſt, quam quod virgo candidiſsima nunc Hieroſolymam petat, & puerũ Ieſum in templũ illũ celeberrimũ inferat? Ille enim qui ſpirituali ſua eſſentia cœlum & terram replet, hodie corporali & illa infantili præ-

tili præſentia materiale templum illud implet, & vmbratile templum illud infan tuli lux coruſca illuſtrat, & templum typis & vmbris oppacatum, ipſa ſui corporis veritate decorat. Et ipſe agnus qui tollit peccata mundi, ipſe vitulus ſaginatus defertur à Maria matre, in templum: vt iam cæteræ aliæ agnorum, & vitulorum victimæ abolendæ inſinuentur. Adeſt tanto aduentui, tam illuſtriq́ue pueri præſentiæ vir ille timoratus Simeon Spiritu Sancto refertus: qui pueri vires & maieſtatem aſtantibus doceat, dicens, Nunc dimittis ſeruum tuum, ſecundum verbum tuum in pace quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, &c. Quod ſi terrenæ Hieruſalem laudi clariſsimæ hoc, quod dudum dicebamus dandum eſt, Hieruſalem myſticæ (quæ eſt virgo ſacerrima) maiori laudi dandum erit quod ipſa hodie introducit primogenitũ ſuum in Domini templum: vt ſcitè & commodè cum prothemate dixeris, Ne detis ſilentium ò Prophetæ, ne quieſcat lingua veſtra, ò diuini vates precamini ſolicitè Deum patrem, vt ponat hanc beatam Hieruſalem in laudem. Nam Hieruſalem dicitur pacis viſio. At virgo hæc hodie non eſt ſolum pacis viſio; ſed oblatio pacis eſt, quia offert Ieſum filium ſuum ad templum domini: ipſe autem oblatus à virgine eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Poſita eſt hæc Hieruſalem in laudem, quando homo natus eſt in ea. Pſalm. octuageſimo ſexto, poſita eſt rurſum in laudem quando idem homo Chriſtus Ieſus natus eſt ex ea, demum hodierno die amplius ponitur in laudẽ quando is ipſe homo Deus, qui in ea natus erat, & ex ea progenitus, oſtenditur cunctis palam, & diuina virginis maternitas, vniuerſis in templo pateſcit, & Simeonis iuſti decoratur: hæc oſtenſio laudibus, & Annæ filiæ Phanuelis aſſiſtentia exornatur, & declaratur confeſsione. Hæc myſtica Hieroſolymæ ciuitas eſt illa ciuitas, cuius Eſaias capitulo ſexageſimoſecundo, meminit, Vocaberis quæſita ciuitas, & non derelicta. Nanque mortales omnes velut derelicta ſumus ciuitas: quippe antequam in orbem ex materno edamur vtero, derelicti diuina gratia concipimur. At hæc virgo antequam naſcatur cum ædificatur in maternis Annæ viſceribus, iam Deo acquiritur: ædificata nanq; eſt vt ciuitas (vt Paulo poſt ſubiungemus) ædificatur autem quando concipitur, & id temporis quæſita eſt ciuitas, & non derelicta. Verum libet modicum gradum premere, vt aperiam quam germanè virgo hæc ciuitati confertur in diuinis ſcriptis. Id quod vt perſequar repetenda eſt mihi politica Philoſophia, quæ. 7. Polyticorum capitulo octauo docet, ciuitatem multa exigere, vt humana habitatio inibi degens verè hoc nomen ciuitatis ſibi vẽdicet. Quæ etiam ſi Ariſtoteles magno orationis ductu expreſſerit, ego paucis ſuccingam. Eſt ergo ciuitas dicenda quæ alimentis, & commeatibus, ſufficiens eſt, & quæ armorum nitet copia, quæ artibus præterea non indiget, quibus humanæ conſulatur indigentiæ (vt ſunt ſutores, agricolæ, calcearij, & id genus) quæ pecunijs nõ eſt indigens, quæ cultu Dei floret, quæ iuſtitia & æquali gubernatur iudicio. Vt armis enim aduerſus hoſtes exteros agit, quibus illorum rabiem atq; iniuriam propulſet, ita legibus & iudicio in pace vtendum eſt: vt interim hoſtes, qui ſunt fures, adulteri, homicidæ, legitima animaduerſione plectantur. At vero hæc omnia, quibus terrena fruitur ciuitas, atque carnalis, in virgine ſacra (quæ eſt ciuitas Domini, & ciuitas ſancti Iſrael) ſecundum ſpiritum facilè reperias. Hæc nanq; commeatu cœleſti refertiſsima eſt. Nam venter eius eſt inſtar acerui tritici, vallati lilijs. Eſt vtique aceruus illius grani frumẽtacei, quod cadens in terram mortuum fuit, & ſurgens à terra diuini fructus fuit feraciſsimum. Vallaturq́ue lilijs cadidiſſimis:

Templũ materiale templũ vmbratile templũ typicum in ſans Chriſtus honorat.

Ephe. 2.

Virgo Maria ex multis poſita eſt in laudem.

Luc. 2.

Maria eſt ciuitas acquiſita nos vero ciuitas collapſa.

7. Pol. c. 8.

Maria quomodo eſt ciuitas & ciuitatis conditiones.

Maria commeatu cœleſti plena. Canti. 7.

Ioan. 12.

ſimis: virginitatis, nanque candore rutilat tota. Commeatus rurſum huius ciuitatis cœleſtis eſt, nam Chriſtus eſt, qui
Ioan. 6. eſt panis vitæ, qui de cœlo deſcendit. Hic quoque panis caro eſt diuini verbi. Caro, ait, mea verè eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Vt iam neque cibum neque potum deſideres ſi ad hanc confugeris vrbem. Habet quoque aquam ſalutarem, ex qua qui biberit non ſitiet in æternum. Ioannis capitulo quarto. Quam verò armis ſit inſtructa hæc ciuitas, quis effari tibi poterit? Habet enim arma illa, quæ Paulus aiebat, Arma militiæ noſtræ, non ſunt carnalia, ſed potentia Deo. Hæc nanque huius vrbis arma, neque mundanæ illecebræ neque Satanicæ fraudes infringere potuerunt. Siquidem neque Satanas neque caro, neque mundus, hanc potuerunt maculare virginem. Vt verè dixeris, Non ingredietur Satanas aut quiuis aduerſarius hoſtis in eam: nec mittet contra illam ſagittam: neque occupabit eam clypeus. Id quod de Hieruſalem illa vmbratili ſcriptum legimus eſſe. 4. Regum capitulo decimonono. Habuit hæc virgo Galeam ſalutis in capite: habuit lũbos ſuccinctos veritate: habuit ſcutum fidei, habuit loricam iuſtitiæ: habuit gladium ſpiritus, quod eſt diuinum verbum, quod celatum habebat veluti in vagina vteri ſui incontaminati, & in natali Chriſti veluti ſtrinxit ex vagina gladium: quo percuſsit diabolum, & Angelos eius. Vt
Gene. 3. olim prædixerat Dei ſpiritus. Et ipſa, ait, conteret caput tuum. Hæc arma ſunt eximiè potentia: diuina nanque prædita ſunt virtute. Quod ſi artes quibus pollet ciuitas hæc deſideras quales ſint ſcire, vtique nulla eſt agricolatio quæ huius ciuitatis agriculturæ conferatur. Nutriuit enim nobis virgo hæc arborem vitæ Chriſtum, & benedictum fructum ventris ſui nobis eſt elargita: veſtimentum quoque illi fecit, carne verbum Dei induẽs vt mulier illa fortis ſtragulatam veſtem fecit:
Prouer. 31. ex byſſoq; & purpura veſtimentum contexuit. Nam verbum Dei patris carne veſtiuit, at Chriſti caro puritate candet, vt byſſus, & ſanguinis aſperſione rubet, vt purpura. Hæc calceamentum fecit illud, quod Pſalmus meminit, In Idumæam extendam calceamentum meum. Etenim Pſal. 59.
Chriſti caro tanquam pedes eſt diuinitatis. Hoc igitur calceamentum Apoſtolica prædicatione productum eſt ad Idumæos vſque: quia gentes ad fidem vocatę ſunt. Pecunia porro huius vrbis infiniti valoris eſt: eſt nanque illa pecunia, qua redempti ſumus à diaboli, qua tenebamur, poteſtate, cuius inſcriptio illa eſt, quam Pontius Pilatus affigendam cruci iuſsit, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Iſta eſt huius pecuniæ regia inſcriptio. At valor quem intra condit, tantus eſt, quantus ſat eſt regno cœlorum emendo. Hoc numiſma regium Petrus non ſiluit: imò vt egregius trapezita multi pendẽs illud ait, Empti eſtis de vana veſtra conuerſatione non corruptibilibus auro, & argento, ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Hæc pecunia in hac regia ciuitate cuditur: nam in vtero virgineo caro, & ſanguis Chriſti concepta ſunt. Hoc diuinum numiſma obſcurare & maculare calumnijs, & iniurijs, homines contenderunt. At quo magis torquebatur, magis fulgebat. Iam verò ſi de cultu agitur diuino, audenter & veraciter aſſeramus, excepta anima Chriſti creaturam nullam Dei ita fuiſſe colentiſsimam, vt Maria: nanque nondum edita Deo conſecratur. Nos verò omnes cõtra quãdo edificamur, ideſt, concipimur, execrati ſumus: nam à radice infecta originem trahimus. Extat apud agricolas (qui res ruſticas nouerunt exactius) ars quædam quæ vuarum acinos odoriferos reddat, vt oleant ambrã, aut moſchum, & rurſum ex arte venenatos etiam faciunt illos. Si in radice nanq; aromata ingeras, qñ virgultũ vitis recens eſt, ſuccreſcens fructus ſpirabit odores: & cõtra ſi venena inſeras, letales pendebunt ex vite racemi. Diabolus ergo inuidit humanæ

Maria armis ſpiritus eſt inſtructiſsima.

Caro Chriſti vt pecunia noſtra eſt qua emitur regnum Dei.

Arma Marię cœleſtia Ephe. 6. Eſai. 59.

Ars Mariæ incolendo Chriſto.

Agricolæ ex arte reddũt fructus odoriferos.

manæ origini, quam aromatibus diuinæ gratiæ infuſam vidit: & aſtu ſuo aromata expulit, illiſque mortifera ſuffecit venena. Vnde racemuli huius vitis omnes, mortiferi pendent, ideſt, tota humani generis à primo homine deriuata propago.

Vide decla. de cõceptu virginis.

Quamobrem non abſurdè diximus, nos execratos naſci: tantum abeſt vt Deo conſecrati concipiamur. Eſt demũ in hac ſpirituali Hieroſolyma eſt iuſtitia, & iudiciũ, quippe iuſtitiam noſtram Chriſtum, ipſa concepit, & genuit. At occines forſan, Ecquid mater miſericordiæ prædicatur, ſi in illa iuſtitia atque iudicium vigent? Cæterum hæc duo non ſecum pugnant. Etenim miſericors eſt, & clementiſsima erga peccatores: at non erga omnes, niſi erga eos qui iuſtitiam amant, ideſt, quos iam tædet peccaſſe, quibus ſtudium eſt ad melior em ſe traducere vitæ frugem. Nam cæteros, qui peccatorum ſuorum ſunt amantiſsimi, negligit, Scit nanque quod nemo poteſt corrigere, quem ipſe deſpexerit filius ſuus Chriſtus. Vides ne, vt hæc duo ſibi ſunt amica, & quod miſericordia Maria molleſcat, & iuſtitiæ ſeueritatem obſeruet?

In Maria iuſtitia & iudiciũ vegent.

Maria miſericors.

Eccle. 7.

Maria iuſtitiæ ſeueritatẽ obſeruat.

¶ Sunt præter hæc quæ ciuitati neceſſaria prædiximus eſſe, alia quædam, quæ prioribus ſunt copulanda. Nanque habere ciuitatem, neceſſe eſt, turres, & arcem, & muros, quibus obmunita hoſtili incurſioni nõ facilè pateat. Et Hieruſalem illa carnalis habebat arcem Sion munitiſsimam, & tutiſsimam, habebatque tres, quibus obmurabatur, murorum ordines. Primum vulgus Iudæorum habitabat vt cerdones, alijque explebecula promiſcua homines: alterum vero nobiles tenebant atque prophetæ: demum tertium & intimum Iudæus rex, & ſacerdotes colebant. At virgo ſacra ipſa eſt turris dauidica Cantic. 4. ædificata propugnaculis multis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Eſt autem fortium iſtorũ ideſt ſanctorum Chriſtus armatura: & hæc ab hac virgine pendebat, quando alebatur, & nutriebatur, vt infans, & erat ſubditus illi. Et rurſum ſi contempleris quantum virgineus Mariæ pudor virginiſque huius altiſsima humilitas, fidelibus omnibus emolumenti conuehant præclariſsimi cæteraque eiuſdem virginis beatæ vitæ viuaces formæ, non hærebis: imo manibus & pedibus in meam ibis ſententiam, imo in Salomonis ſentẽtiã dudum pronuntiãtis, Mille clypei pendent ex ea. Omnes nanque fideles huius virginis bene viuendi tutãtur exemplaribus. Quale eſt illud quod Eccleſia canit Catholica, hanc celebrans virginem. Cuius, ait, vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. Quod ſi muros quales ſint diſcere cupis, ſcito muros tres eſſe Chriſtianæ ſynceraque muniendæ vitæ. Primus eſt, diuinus timor: nanque initium ſapientiæ timor Domini eſt. Hic murus rabidas diaboli vires arcet, ne mentem humanam (quam inuadit) occuper: quo tamen cunctis præſtitit Maria. Nam aiebat ille, Vana eſt gratia, & inanis eſt pulchritudo, mulier timens Deum, ipſa laudabitur. Hæc ergo virgo, quæ benedicta eſt inter mulieres, an non hoc timore vigebit? quæ enim timet Deum ipſa laudabitur. Quæ igitur maioribus proſequenda eſt laudibus, quam omnes mortales, & immortales Angeli, an non timore Domini fuit vigentiſsima? Eſt alter murus pudor, vel erubeſcentia. Etenim multa delicta mittuntur, quia homines veremur: quæ multo vehemens eſſent mittenda, quia Deum vereri oportebat. Nam quod coram homuncione pudet facere, coram Deo quid non pudebit? Atqui murus hic quanuis cunctis ſit oppidò neceſſarius, ne nobis illud obijciatur, neque veretur homines, neque Deum, id quod impudentiſsimi ingenij eſt. At vero mulieribus murus hic eſt congruentiſsimus. Quamobrem Eccleſiaſticus ille docebat gratia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata. Iſte nanq; pudoris murus, niſi fœminas cinxerit, actũ eſt de illarũ honore & pudicitia. At q̃ in fœminarũ numero ita ſanctam

1. Paral. 11. 2. Eſdr. 3.

Hieroſolyma tres ordines habebat murorum.

Tribus muris defendĩtur chriana vita quos insignes habet Maria.

Prouer. 31.

Timor murus primus.

Pudor murus ſecũdꝰ.

Lucæ. 18.

Eccleſi. 26.

ſanctam atq; pudoratam inueniemus,quę Mariæ conferri poſsit? arbitror nullam.

Lucæ.1. Acceſsit ad eam Angelus Gabriel & verba diuinæ legationis deprompſit,& turbatur in ſermone eius,pudoreq; ſuffunditur reuerita,ne fortaſsis virginitas (cui iam ſe voto conſtrinxerat) periclitaretur. Vtinam hoc ipſum virgines ſaperent noſtrę: ſed væ non Angelus,ſed diabolus,ſed lenones,paraſiti,ſeductoresque homines,

Virginũ admonitio. cum illis ſermonem habent, de rebus impudicis gerendis: at non turbantur in ſermone illorum,imo deliciantur.Neque enim ſunt ſanctę neq; pudoratę.At ſunt fœminæ quę libidinem auerſantur,non quia libidinoſæ non ſunt,ſed quodverentur ne euulgetur concepta libido: quas ſanè pudoratas dixerim,cæterum nõ ſanctas.Por rò diuinus ſermo vtraque nectens dudum aiebat. Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta,& pudorata,quæ confertiſimè in virgine hac reperias, Angelico teſtante eloquio,Aue gratia plena, Dominus tecum. Hæc habet gratiam ſuper gratiã,quia plena gratia eſt. Eſt demum poſtremus murus ſpiritualis prouidentia. Etenim quando à maligno inuadimur hoſte ſi pendimus peccati appẽdicia peſsima eſſe (nam ſtipendia ſunt peccati gehenna, & gehenalia) ipſas protinus propulſaremus,à nobis carnis illecebras, mũdanasq; non amaremus inſtabiles voluptates.At vero quia mala, quæ peccatis ſunt connexa non pendimus,ideo clamabat Eſaias,Propterea captiuus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.Iſtum porrò murum virgo hęc beata non deſiderat, quæ ſapientiam Dei patris in vtero gerens, eandem in mente prius geſsit. Verè igitur cum prothemate proclamandum nobis erit, ciuitatem hãc myſticamque Hieroſolymam, in laudem eſſe poſitam:quæ omnibus numeris abſolutiſsimas egregiæ ciuitatis rationes habet. Quod ſi ciues huius ſpiritualis vrbis ſpectas,ad ſummam te prouehent admirationem.Sunt enim illi,quos denarrans Eſaias ait, Populus tuus iuſti oẽs. Omnes enim Chriſti fideles ad ciuitatem hãc cõfugiunt,eiuſdemque præſidio eſſe munitos non vanè gloriantur.

Mulier pudorata non idem quod ſancta Maria &ſancta & pudorata.

Prouidetia tertius eſt murus.

Eſaiæ.5.

Maria plena ſapiẽtia.

¶ Iã verò ipſum orationis filũ admonet, vt Lucam, qui huius ciuitatis nõ ſiluit laudes,audiamus.Ipſe enim capit.2. Et poſtquam impleti ſunt, inquit, dies purgationis eius ſecundum legem Moſi,&c. At verò prius quam ad alia ſe flectat oratio, cũ audis purgationem Mariæ non ſubeat in mentem tuam illam, maculas ſuas hodie exterſiſſe: quippe quæ virgo peperit, & virgo concepit. At vero ſecundum æſtimationem hominum Chriſtus reputabatur filius Ioſeph & Mariæ: quapropter ſi cut cæteræ fœminæ templum cõceſsit oblatura ea, quæ lex ipſa offerenda ſanciuerat par turturum,aut duos filios columbarum:quæ offerenda à pauperibus erãt. Leuiti.12.quando agnus offerendus non dabatur.Lex autem vetus decernebat, Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculũ immunda erit ſeptem diebus,&c. Quæ ergo peperit maſculum, at non ex ſuſcepto ſemine immunda non erat,& abonere purificationis aliarum fœminarũ immunis, quæ ſancta adire non poterant, quouſq; dies purgationis explerẽtur.At vero Maria ſanctum ſanctorum antequam luſtratorios dies perageret, tangebat manibus ſuis,verbum vitæ contrectans:quippe mũdiſsima ſemper extabat. Turtures igitur aut columbinos pullos ipſa obtulit,in holocauſtum, nõ pro peccato, quo carebat. Neq; egebat,vt pro ea oraret ſacerdos,vt mũdaretur.Non enim orat pro ea Simeõ, quem plærique exiſtimant ſacerdotẽ fuiſſe,imo preces in laudes commutat. Nunc dimittis,dicit,ſeruum tuum Domine,&c. Et accepit puerum Ieſum in vlnas ſuas, vt mundi pretium, & ſalutem mortalibus in vlnis ſene habente, pectus eius diuinis ſplendoribus à puero micantibus inuiſibiliter imbueretur:vt Eccleſia feſtiua gaudens voce canit,Senex puerum portabat, & puer ſenem regebat. Multa in Luca cãtica legimus, angelicum quod natale celebrauit

Lucas exponitur.

Maria ex lẽge non habebat vnde purificaret.

Leuit.12. Exodi.13. Exodi.34.

Lege apud Lypomanũ Veronẽſem Epiſcop. Sẽmeonis hiſtoriam.

Cãtica mulsa apud Lucam.

brauit Domini, & canticum Zachariæ ꝙ Ioannis Baptiſtæ expreſsit dignitatem, & Mariæ quod virginis ad Deum gratitudinem demonſtrat,& hoc Simeonis, quo ſibi pacem æternam gratulatur. Quapropter hora completorij canticum hoc ſonat in ore clericorum: quippe ætas ſeptima aut ſeptenarius numerꝰ,quietis eſt numerus. Gene.i. Nam die ſeptimo quieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Eſt autem cõpletorium canonicarum precum hora ſeptima:ideo ſcitè ea hora cãticum pacis in eccleſia Dei ſonat. Legimus Gene.cap.8. quondam columbam ſub diluuij aquis,ad Noeticam regreſſam fuiſſe arcam, ramũ virentem oliuę deferentem,pacis nuntiũ. Id quod mihi viderevideor,hodierno die virginem ſacratiſsimam Chriſtum ad tẽplum deferentem. An non belliſsimè ſyMatth.3. ceræ virgo columbæ cõferẽda venit, quæ copiam Spiritus ſancti adepta eſt?at copia hæc ſub ſpecie columbæ adumbratur. At quis alius ramus oliuæ virentiſsimus, niſi Pſal.51. Chriſtus, Dauide canente ſub eius nomine,Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei? Geſtat nunc columba oliuæ ramum pacis hominum atque Dei certiſsimum & efficacem indicem, egregia ſanè eſt colũba hęc,at pulchrior multo ramus, qui non,vt alter futurę,pacis ſolum eſt indiculum,quin etiam eſt pacis autor. Paci-Coloſ.1. ficauit enim quæ in cœlis & quæ in terra ſunt hic præclarus oliuæ ramus. Aut vt rectius dixeris hæc oliua fructifera oleum diuinæ miſericordiæ arctiſsimè preſſa in cruce,nobis copioſè miniſtrauit. Legimꝰ adhęc Annam,Samuelem in templum detuliſſe,ſub Eli ſacerdote,vt domino puerũ I.Reg.1. conſecraret. Eſt autem Chriſtus Samuel Chriſtus verus Samuel. verus,quem hodie nõ Anna,ſed Maria offert virgo,vt nos omnes ex illius ſacroſancta oblatione cõſecraret. Samuel enim interpretatur poſtulatus àDeo,at quem prophetæ,reges,Patriarchæ flagrãtiſsimè poLuc.21. ſtularũt Chriſtus eſt. Rurſus quis ignorat viduam illam,quæ duo in gazophilatiũ iniecerat æra minuta gratiora obtuliſſe deo munera,quã vniuerſos alios,qui opulẽtiſſima quæque videbãtur obtuliſſe? Hodie quoq; non vidua,ſed virgo,& coniux Maria duo æra minuta infert in templum domini. Maria duo obtulit æra minuta. Minuta ſanè, quia vates ille aiebat, Ego autem vermis ſum & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Et Pſal.21. enim hæc duo æra minuta anima Chriſti, & caro ſunt, quæ ludibrio habuere Iudæi, & tanquam mundi peripſema, ſeu purgamentum vilipenderunt. At verò horũ minutorum oblatio,placidior eſt Deo patri, 1.ad Cor.4. quam omnium vitulorum, & boum hecatombe. Impletur nanque hodie quod Aggæus quondam prælenſerat vates,cap. poLec. Aggę. 2. exponit. ſtremo. Et gloria huius domus nouiſsimę erit maior,quam primæ. Domus ſanè prima fuit Salomonicum tẽplum, quod pluríma inter mortales reſplenduit gloria:cũ quod Salomonem regem habuiſſet fabricatorem, tum quod vario,& miro apparatu,& cultus diuini põpa,gaudebat. At nouiſsima domus templum eſt quod Iudæis poſt liminio reuerſis à Babylone ſub Zo- Salomonici tẽpli duplex ædificatio etſi Ioſephꝰ aliã addat. robabele fuit cõſtructum. Id quod neque fabrica neque opum tanta fulgebat gloria,quanta primum imò ſenes, qui primo & nouiſsimo templo ad fuerant, flebant, quod nouiſsimum templum deiectum eſſet à gradu prioris. Cur ergo Aggęus maiorem & illuſtriorem gloriam nouiſsimo templo futuram pronuntiat, niſi quod erat in hoc nouiſsimo Chriſtus offerendus infantulus? Quare ſubdit idem Aggæus, Et dabo pacem in loco iſto hodie,nanque fit pax in loco iſto,quia ipſe Chriſtus, qui eſt vera pax noſtra,ſua diuina preſentia tẽ Ephe.2. plum hoc diuinitus illuſtrat. Etenim ſi ad temporalem pacem vaticinium hoc referas,exigua fuit ſub templo ſecundo Iudęis Argumentũ contra Iudæos ex Aggæo. pax. Nanque liber Machabęorum quãtis fuerit tum diuexata gens illa bellis tibi demonſtrabit. Et demum ſub Tito & Veſpaſiano funditus fuit euerſum templum illud. Nõ ergo de hac fluxa pace audiamus Aggæum,at de æterna nobis per Chriſtũ conciliata. Hæc pax hodie fit in loco iſto.

Quare Simeon huius vaticinij non obliuioſus ſe dimiſſum in pace canit. Quia viderunt, ait, oculi mei ſalutare tuum. Et obſerua cur in pace ſe dimiſſum profitetur, quia vidit ſalutare diuinum. Quod paraſti addit, ante faciem omnium populorum, & hoc alterum eſt, dein ſubiũgit tertiũ & quartum, Lumẽ ad reuelationem gentiũ, & gloriã plebis tuæ Iſrael. Eſt ergo Chriſtus pacificus, qui mentem iuſti Simeonis pacat, atq́ tranquillat: & non ſolum huius quin etiam & omnium iuſtorum. Eſt rurſum ſalutare Dei, nam qui hac ſalute diuina orbantur benè valere nequibunt. Eſt rurſum ſalus hæc non ſolum Iudæorum: imò parata eſt ante faciem omniũ populorum: non enim venit vocare iuſtos, ſed peccatores. Eſt præterea lumen ad reuelationem gentium. Illa nãq́ quæ ſub tenebris latitãt, ſi lumine perfundãtur, reuelantur & reteguntur. Euãgelica igitur lux gẽtes illuſtrauit & Iudęos obcęcauit. Ideo lumen, ait, ad reuelationem gentium. At vero, quia lumen hoc per Iudæos apoſtolos propalatũ eſt, & in nationes diffuſum, ideo ceſsit quoq́; in gloriã plebis Iudaicę, cui vt oliuę pingui inſerta eſt gentilis natio, tãquã oleaſter amarus ad Rom. 9. En tibi quantis quanq̃ inſolitis clariſsimis encomijs infantulum ſenex proſequitur. Vt verè dixeris huius beati ſenis renouatam hodie, vt Aquilæ fuiſſe iuuentutẽ. Et quid mirũ ſi Dauid rex clariſsimus corã vmbratili tripudiat arca adeo, vt feſtiuè gaudẽs, & piè ludens, viſus ſit inſanire, num igitur miratu dignum erit corã nõ vmbratili illa, ſed coram vera diuinitatis arca, quæ eſt Chriſti humanitas, Simeonem totũ exultaſſe, & incredibili ſuffuſũ gaudio, deo laudes tanti ſibi collati muneris perſoluiſſe, vt quod referre opere nequit, vel vocibus laudatorijs agat? Suſcepit nanq́ ipſe hodie miſericordiam Dei in manibus ſuis, & illam brachijs ſuis eſt amplexus ſtrictiſsimè ſicut vates egregius iam pridem cecinerat. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui. Iam in medio typici templi vera ſalus mundi verè adeſt: nam ipſe Chriſtus mediator dei & hominum medium amat locum. Nanque medius locus aptiſsimus eſt, qui in omnia circũſita ſuam promat virtutem: quippe quę angularia ſunt, non circuncirca ſuam vim fundere poſſunt. Chriſtus autem paruulus in medio offertur templi, & in medio eccleſiæ adultus iam aperuit os ſuum dicens ſicut exaltauit Moſes ſerpentẽ in deſerto ita oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Maior igitur eſt gloria domus nouiſsimæ, quæ tam ineffabilem miſericordiam Dei in medio ſuſcepit, quam prioris, quæ vmbris contenta ſalutem hanc atq́ miſericordiam promittebat, at non donabat, neq́ donare poterat. ¶ Iam verò dignum ſanè eſt, ſi in dubium vertamus cur Simeon & Anna prophetiſſa tam cœleſtem miſericordiam eximijs præconijs extollunt & hos duos ſolum laudant euangelium commemoraſſe. Nam Mariam & Ioſeph aſtitiſſe tanto myſterio ſcimus: at vero laudum teſtimonia quę protulerunt euãgelica denarratio ſilet. Quod ſi te angit dubitatio digna eſt quæ angat hæc, quid eſt ſcilicet q̃ Simeõ, & Anna laudant Ioſeph & Maria ſubticẽtibus, ſiquidem iſti diuina infantis myſteria profundius callebant quam alij? At qui non abſq́ue grandi myſterio geſtum puta. Etenim habet infantulus hic hodie in templo præſentatus id quod non licet homini loqui: nam filius dei eſt: & generationem eius quis enarrabit? Habet etiam id quod vt cunq́ue (tametſi balbo ſermone) fari poterit, vt quod ſit virginis filius, lumẽ ad reuelationem gẽtium, & alia quę hymnidica reſonat Simeon voce. Simeon igitur & Anna dicibilia pueri fantur myſteria: at Maria & Ioſeph alta mente repoſita habent, quæ fari nefas eſt, imo facultas non eſt. Mirantur igitur & non loquũtur, plura nanq́ue ſunt miranda in puero quã loquenda. Idcirco Lucas ſcitè adiecit, Et erant pater eius & mater eius mirantes ſu

Christus eſt ſalutare dei eſt pax, eſt lumen, eſt gloria.

1.

2.

3.

Matth. 9.

4

Pſal. 102.

1. Para. 15.

Simeõ plurimo afficitur gaudio ex Chriſto quem gerebat manib⁹

Pſal. 47.

Chriſtus in medio templi.

Ioan. 3.

Cur laudes Mariæ & Ioſeph tacentur.

2. Corin. 12

Ioſeph & Maria profũdiora callebant de Chriſto quã Anna & Simeon.

per

per his, quæ dicebantur de illo, at qualis hæc admiratio fuerit, ſuppreſsit. Porrò p-
Matth. 5. ſentatur hodie dñs, vt iota vnum aut apex vnus in lege non extaſſet, quem dominus præteriuiſſet: quare eſt quoque circũciſus octauo die. At verò à lege hac exemptus
Mat. 12. erat dominus, qppe filius hominis eſt dominus etiam ſabbati. Lex nanque de puerperio Exo. 34. ſcribitur, quam inſinuat Lu-
Chriſt⁹ ſpõte ſe ſubiecit legi. cas etiam hoc ipſo euangelio. Omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum domino vocabitur. Etiãſi Exodus verba variet: tradit enim, Omne quod aperit vuluã maſculini generis meũ erit. At verò Chriſtus non aperuit beatæ matris vuluam: nã illæſo matris virginitatis flore ex ea natus eſt. Non ergo hac tenebantur lege aut filius, aut mater. Subiecit ergo ſe legi vmbratili lux ipſa, vt ablatis vmbris ipſa fulgentius in humanis mentibus coruſcaret. Ea-
Exo. 34. dem quoque ſtatuerat lex, Primogenitũ filiorum tuorum redimes. Subiecit ergo ſe primogenitus Mariæ, & vnigenitus Mariæ huic redemptioni: qui erat futurus orbis redemptor: vt ſe iudicio Pontij Pilati ſubdidit, alioqui iudex viuorũ & mortuorum. Amat etiam Deus, vt nos illi primo-
Quæ ſunt primogenita noſtra. genita noſtra offeramus. Voco autem primogenita noſtra, præcipuam mentis conſiderationẽ, præcipuumq; affectũ dño impẽdere noſtrũ. Hęc enim ſunt quæ immolãda deo ſunt primogenita nra, quæ dñſo lẽni iuſsit præcepto, illo diliges dñm deũ tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Sunt autẽ quidã, qui primogenita habẽt maſculini ſexus, nã robuſtum eſt, q dño offerũt, vt ſunt viri perfecti: alij verò Viri perfecti offerunt Deo primogenita maſculina. q offerũt ſanè primogenitũ at fœmininũ: quia infirmi ſunt, vt ſunt imperfecti: etiãſi vtraq; amat deus, modo ſint primogenita. Etẽ nõ ſolũ filios iuſsit offerẽdos deus, ſed & filias. Leui. 12. Digniſsimè igitur ecclеſia catholica, hũc diẽ inſignibus proſequit honoribus, adeò vt luminaribus accẽſis clerus & populus feſtiua proceſsione hunc diẽ illuſtrent, quippe lumen ad reuelationẽ gẽtiũ hodie præſentatũ eſt in dñi tẽplo. Quod ſupereſt igit eſt, vt virginẽ ſacram pio amore comitãtes & mẽtis greſsibus illã ſociãtes ad verũ tẽplũ (q cœleſtis patria eſt) conemur feſtinò proficiſci: idq fiet ſi turtures, atq; colũbinos pullos, Deo in holocauſtũ prẽſtemus. Sũt emẽ turtures illi, quos dñs enarrat dicẽs, Beati q lugẽt, qm ipſi cõſolabũtur. Sunt aũt columbini Matth. 5: pulli, qui vitæ integritate colũbinos referũt mores. Deniq; demus operã vt ſimus prudẽtes vt ſerpẽtes, & ſimplices ſicut co Matth. 10. colũbæ, & ita demũ cũ beato Simeone dicamus. Nũc dimittis ſeruum tuum dñe, ſecundum verbũ tuum in pace, quam pacẽ aſſequemur nunc gratia diuina donati, tãdemque gloria ſempiterna fuentes in pace in idipſum dormiemus.

DILVCIDATIO IN Eſaiæ Caput. 63.

Vaticinium de domini in cœlos aſcenſione.

QVIS.[a]) Vulgo interpretes caput hoc dialogum credunt angelorum, & Chriſti eſſe Angeli nanque ſtupentes Chriſtum propria virtute cœlos ſcandere, ſtuporem interrogatione exprimunt. Nã quis eſt iſte, qui venit de Edõ ſcitantur hoc loco: ſiquidem Angeli omnes beati à principio ſuæ beatitudinis diuini verbi humanationem diuino ſuffuſi lumine nouerunt: non tamen oẽs circunſtantias, neq; myſteria oĩa à Chro calluerũt gerẽda. Lege. S. Tho. 1. par. q. 57. art. 5. Quã ob cauſam de Ioan. 6. aſcẽſiõe hac ſciſcitantur. Etiãſi nõ eſſet ineptũ ſi eos hoc myſteriũ nõ latuiſſe, q̃s dixerit. Sciſcitãtur aũt

> Quis[a] eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra,

quis ſit aſcẽdens ad maieſtatẽ myſterij demõſtrandã. Vt Chriſtus ſciẽs oĩa Philippũ interrogat, Vnde, &c. Eſt aũt Edõ hoc loco idẽ, q̃ Idumęa regio: cuius Metropolis eſt Boſra. Sicut autẽ D. Petrus Romanã vrbẽ Babylonem cognominat, ita Iudæa modo Idumæa & Hieruſalẽ Boſra metaphoricos appellãtur. Etẽm Idumæi erãt hoſtes Iſraelitarũ: ita & Iudæi & Hieroſolymitę fuerũt hoſtes Chriſti. Eſt autẽ Eſa. c. 1. eadẽ vſus metaphora ad Iudaicũ loquẽs populũ. Audite, inquit, verbum principes Sodomorũ: percipite auribus legẽ dei vri populus Gomorrhæ. Mirantur igit̃ angeli, q̃ ex populo ſceleſto, ex vrbe facinoroſa, Chriſtus ſanctus ſctõrum in cœlũ victor aſcẽdat. Eſt autẽ, venit, verbũ p̃ſentis tẽporis: at Edõ ſeu Adõ deriuatur à verbo Hebræo Adã, id q̃ ſignificat rubuit: vnde Edõ eſt rutilus, aut rubicũdus, boſra verò à verbo Baſſar, q̃ inter multa ſignificat vindemiauit. Et reuera egregius eſt verborũ, & feſtiuus cõtext⁹ atq; cõſenſus. Nã ſubdet poſtmodũ. Quare rubrũ eſt ĩdumẽtũ tuum: q̃ egregiè reſpõdet verbo priori q̃s eſt iſte, q venit de Edõ. A veniente em̃ de Edõ, appoſitè quærit̃ quare ſit rubrum in dumẽtum, q̃ geſtat, & q̃ ſequitur torcular calcaui ſolus, illi concinit, q̃ dixerat tinctis veſtibus de Boſra. i. de vindemia. Nã calcant̃ botri in vindemia per torcularia. Perinde igitur eſt, atq; ſi dixiſſet. Quis eſt iſte rubicũdus, & rutilus, qui ex vindemia tinxit veſtes ſuas? Et vtiq; hæc vĩdemia, quid aliud eſt, q̃ Chriſti paſsio? & hoc torcular quale aliud putas niſi crucis patibulum, in quo verus botrus cypri electiſsimus clauis, & ſpinis preſſus, & tortus, ſanguinem vuæ meraciſsimũ nobis exp̃ſit? Hæc eſt rubra vindemia, quia ſanguine Ieſu Chriſti tota madet. Hãc cõmemorãs Hieremias, Vindemiã threno. Primo dixit vindemiauit me ſicut loquutus eſt dñs in die furoris ſui: nõ quia pater iratus fuerit vnquã filio ſuo dilectiſsimo Chro: at diẽ furoris vocat paſsionis diẽ, quia proprio filio ſuo nõ pepercit: ſed pro nobis tradidit illum. Et dñs in cruce pẽdẽs clamat, Eloi Eloi Lamaſabactani? nempè ſe derelictũ conquerens. Septuaginta vero ediderunt locum hunc non diſſone à nr̃a verſione, Quis eſt iſte, qui venit de Edõ, fuluor veſtium eius de Boſra. ¶ *Iſte formoſus.*[a]) Chriſtus cãdidus, & rubicundus, in lib. Cãtic. deſcribitur, & Pſalmus illũ eſſe ſpecioſum præfilijs hominum cõmemorat. Formoſus igitur eſt, quia caro Ieſu Chriſti, tanq̃ diuini verbi ſtola mundiſsima eſt, nullam habens peccati rubiginẽ, nullũ veteris, aut noui peccati habens veſtigium. Formoſus p̃ter hæc in ſtola ſua: quippe tribunal dexteræ paternæ aſcẽdit, carne immortali, & ſplẽdidiſsima, agillima, cæteriſq; glorioſis corporum dotibus rutillãs, & gradiens eſt in multitudine virtutis ſuæ: quia propria virtute aſcẽdit in cœlum, & corpus ſuum terrenum, q̃ gerebat, ſideribus imò ſupra ſidera inuexit. Hæc igit̃ eſt propoſita quæſtio ab angelis, ſiue ab Eſaia ſpiritu prophetico triumphalem dñi præuidens aſcenſionem. Etenim qui mortis & crucis myſteria pręſenſerat, victoriam etiam pręſentire op⁹ erat. Et profecto digna, quę in mediũ proferretur, quæſtio. Nam miranda planè res hæc quod is, qui cruore proprio aſperſus erat cuius rubricatæ fuerant veſtes nõ minio, aut herba tinctoria, at p̃prij fluore ſanguinis, iam aſcenderit ſuper cœlorum vertices, & maculis ſanguinis abſterſis, & ignominia mortis depoſita triũphator ſuper oẽs cœlos aſcendat. ¶ *Ego.*[b]) Reſpõſum eſt abſoluens propoſitam quæſtionem. Et is ipſe reſpõdet Eſaias aut angelis Chriſtus, ideſt, vates Chriſtum agens. Chriſtus aũt eſt qui loquitur iuſtitiam. Nanq; euangelica doctrina quid eſt aliud niſi diuina iuſtitia?

Edõ hoc loco eſt Idumæa. 1. Pet. 5.

iſte formoſus[a] in ſtola ſua, gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuę?

Ego[b] qui loquor iuſtitiã, & propugnator ſũ ad ſaluãdũ.

Rom. 10. Mar. 15.

Can. 5. Pſal. 44.

Adam Hebræorũ verbum quod ſignificat rubuit.

Chriſt⁹ propria virtute aſcendit in cœlum.

Cantic. 1. & 7.

Deut. 32.

iuſtitia. Et Chriſtus eſt propugnator & defenſor oīpotens humanę ſalutis, q̃ repromiſit diligentibus ſe. ¶ *Et veſtimenta.* a) Qui calcant vuarum racemos in torcularibus ab ipſo, qui exprimitur liquore, veſtes tingũt. Chriſti quoque caro aſperſa eſt proprio cruore: & delirum fuiſſe Rabbi Salomonem tu mihi crede, qui hoc caput de Meſsia intelligẽs excogitauit commẽtum quoddã: vt à verò Meſsia Chriſto, diſcederet. Temere enim exiſtimauit ſanguine interfectorum à Meſsia. i. Romanorum, quos ipſe bello ſuperaturus erat, maculãdas Meſsię veſtes. At hic refugiebat Meſsię mortẽ, à Iudęis illatã cõfiteri: quę ſalus eſt mũdi. ¶ *Torcular.* b) Sub tormẽtis quæ ſub nomine torcularis, aut præli, hîc ſubaudiũtur neminem habuit Chriſtus conſolatorem. Ideo ait, Torcular calcaui ſolus: nã ſeſe derelictũ querula voce cruci affixus clamat, Deus Deus meus, q̃d dereliq̃ſti me. ¶ *Calcaui.* c) Quod erat Chriſto tormentum carnis, Satanę ſpũm vehementer torquebat, illũq̃; oppido calcabat, Ideo ait, Calcaui eos in furore meo. Verba Chri ſunt. *Calcaui.*) i. calcabo eos. Spũs nanq̃; malignos Chriſtus deiecit à ſuo tyrãnico gradu, per ſanguinem crucis ſuę. Quare, ait, nunc, Princeps mundi huius eijcietur foras, & Paulus hanc calcationẽ denarrans ait, Ipſe cõteret Satanã ſub pedib⁹ veſtris. Poſſumus itidẽ & omnia alia huius capitis in hunc conuehere ſenſum. *Torcular calcaui ſolus, calcaui, &c.*) Ideſt diabolũ, & angelos eius ego preſsi, vt botri vuarum torquentur in torculari: & conſonat q̃ annectitur, Calcaui eos in ira mea. ¶ *Et aſperſus eſt ſanguis.* d) Sanguis eſt aſperſus ſuper veſtimẽta Chriſti. At vero q̃a violentia paſſionis extra manauit, propterea dicitur, Et aſperſus eſt ſanguis eorũ, ſcilicet, quẽ ipſi extorſerunt à meo corpore, ſuper veſtimenta mea. ¶ *Dies vltionis.* e) Eſt dies finalis iudicij, dies extremę vltiõis. Neq̃; abre cenſeas diem huncvltionis in Dei corde eſſe tradi à vate: ſiq̃dẽ dies vltionis finalis, eſt in arciuis dũtaxat diuinis. Nã de die illo nemo ſcit. ¶ *Circuſpexi.* f) Hoc ipſum Pſalmus Chri gerens perſonã tradidit, Cõſiderabã ad dexterã & videbã & non erat, qui cognoſceret me. Eo dẽq̃; ſenſu ſunt ambo hæc donanda. Chriſtus nanq̃; ab oĩbus ſuis deſtitutus eſt, & humanum genus proprię ſuffultus diuinitatis vi redemit. Hoc nãq̃; eſt brachium, q̃ cõmemorat dicens. ¶ *Et ſaluauit mihi brachium meum, & indignatio mea auxiliata eſt mihi.* g) Metaphoricè lege. i. animus vlciſcẽdi meam iniuriam, vires mihi ſuppeditauit, inſtarq̃; eorum me geſsi (quaſi patẽtius dixiſſet) qui ſe cernẽtes ope aliena deſertos, magna ſuccenſi ira, magna audent, & p̃ter ſpẽ multa aggrediũtur quæ videntur ſuperare vires, ira ſubminiſtrante robur. Inebriare autẽ hoſtes incredulos, in indignatione, eſt ad ſatietatẽ vſq; de aduerſarijs ca-

go rubrũ eſt indumentũ tuũ, & veſtimẽta[a] tua ſicut calcãtium in torculari? Torcular[b] calcaui ſolus, et de Gẽtib⁹ nõ eſt vir mecũ: calcaui[c] eos in furore meo, et conculcaui eos in ira mea: et aſperſus eſt ſanguis[d] eorũ ſuper veſtimẽta mea, et omnia in dumenta mea inq̃naui. Dies em̃ vltiõis [e] in corde meo, annus retributionis meę venit. Circũſpexi, [f] et non erat auxiliator: quęſiui, et nõ fuit qui adiuuaret: et ſaluauit mihi brachium meũ, et indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. [g] Et cõculcaui populos ĩ furore meo, et inebriaui eos ĩ ĩdignatiõe mea, et detraxi in terram ſanguinem eorũ.

Deliriũ rabbi Salomonis.

Chriſti tormẽta torcular vocãtur

Rom. 14.

Mar. 13. Matth. 24.

Pſal. 141.

Lege declarat. de dñi paſsione.

Ira ſuppreditat vires ad magna tentanda.

